re ſuo:quo non probante imponiť ei ſilentium,ne vlterius infa
met,vel inquietet;qui ſi non paret ſnĩæ, mulcta afficitur. h. d.
1 no.† In tex.ibi,ſeu errore,ſeu malignitate.no.ꝙ interdum qs ali
quem diffamat errore,interdū dolo,& diffamare eſt,vel in vul-
go prædicare,vel coram iudice diffamare,ēt nō in figura iudicij
vt hic,quod eſt no.ad ſtatutum Peruſinum,qđ loquitur de diffa
mantibus aliquem:tex.tñ vř dicere,ꝙ ēt in cętu vř qs infamari,
dum tñ infamandi cā dicatur,ēt ſi coram paucis quis diffameť,
2 vt ff.de iniu.l.item apud.§.ex his apparet.† Et not. dr̃iam. nam
aliud eſt diffamatio,qñ inimicus infamat ſuū inimicum, aliud
b eſt fama.dr̃.n.duplex fama.*b* vno modo,i.vox publica de aliquo
alio modo.i.ſtatus ſuæ exiſtentiæ primum eſt de perſona, ſecun
dum in perſona. Item not. ꝙ ab inimicis naſcitur diffamatio ut
hic,ſed fama non,vt ff.de adul.l.miles,§.pe.Et ideo teſtis in cau-
ſa criminali debet caute interrogari de origine famæ,& de con
iecturis,vt no.ff.de quæſtioni.l.de minore,§.tormenta p Bar. In
tex.ibi,præſidem vnum atque alterum.no.ꝙ ſucceſſor dř alter.
3 † Item no.apud ſucceſſorem ventilari & proſequi, quæ apud p̄
deceſſorem erant ventilanda & proſequenda.ēt iudicio nondū
4 inchoato.† In tex.ibi,vocitaſſe.no.ꝙ qñ citatio *c* fit viua uoce ad
c domum alicuius,debet interuenire vocatio.i.alta voce locutio.
d vt quilibet aſtans valeat audire:tex.eſt hic not.in tex.*d* ibi, ſi de-
fenſionibus ſuis confideret.no.formam citandi aliquem. cito
te vt compareas,ſi de iure tuo confidis.Simile not.ſ.ſi māci. ita
fue.aliena.ne proſtit.l.ea quidem.in tex.ibi,ne de cetero.no.for
mam ſnĩæ & ſilentii perpetuo imponendi.& vide qđ no.ff.de li-
be.leg.l. Aurelius,§.centum.in tex.ibi, in eadem obſtinatione.
No.dici obſtinatum illum,qui non paret rei iudicate.Not. qūo
fit executio ꝯ eum,cui eſt ſilentiū impoſitū,vel in alijs factis ne
gatiuis qa ſi venit ꝯ, punitur. Item tenetur ſatiſdare de non ve-
niendo ꝯ,& iſto modo fit executio ĩ oĩbus factis negatiuis,ut ff.
de dam.infe.l.a quo fundum,& ff.ſi ſer.vend.l.harum.& l.egi.&
5 ff.de nou.ope.nun.l.ſi prius.† Expedito tex.venio ad glo. & præ
mitto,ꝙ interdum ſtatuiť terminus alicui ad agēdum,vt hic. &
ĩ.qui accu.non poſ.l.ſi ea.interdū ad faciendū oēm ſuā defenſio
nē,vt ff.de re mil.l.3.§.ſi ad diē.interdū ad aliquem certū articu
lū,interdū gñalř ad cām,vt no.Inn.de offi.dele.c.ꝯſuluit. Et cō-
clude,ꝙ interdū terminus aſſignať ad iudici ingreſſum.interdū
ad progreſſum.interdum ad egreſſum.i.ad terminū litis.item in
terdū ſtatuiť terminus p iudicem,interdū p legem, tam cōem,q̃
municipalem:nam non licet venire ꝯ id,qđ lex municipalis diſ-
ponit,vt ff.de decre.ab ord.faci.l.fin. Et dr̃ia eſt:quia ꝯ ſtatutum
iudicis pōt mora purgari,niſi tranſiuerit in rē iudicatam p ſentē
tiā diffinitiuam, vel per impoſitionē ſilentij factam p interlocu
toria,cā cognita latam,vt ff.de accuſa.l.Titia. & not.ff.de optio.
leg.l.mancipiorum. Sed ꝯ terminum legis municipalis, vel cōis
iuris excluſiuum,non dať reperatio,niſi probetur impedimentū
vt ĩ.de adul.l.ob commiſſa.& ff.ad Trebel.l.facta.§.ſi quis bono
rū vbi dicit Iaco. de Are.ꝙ fortior eſt excluſio termini legalis,q̃
6 repudiationis.† Deinde opp.dř hic, ꝙ quis inuitus compellitur
agere.ꝯ,ſ.vt ne inuitus:in rubro & nigro.Sol.nemo inuitus cō-
pellitur agere,niſi ſe aſtrinxerit ad agendum expreſſe.vel tacite.
e Sed ille qui diffamat,*e* aſtringit ſe tacite ad agendū,quia diffama
re eſt ad iudiciū prouocare.tex.eſt hic no.Scđo op.dř hic,ꝙ ꝯtra
non agentē ferť ſnĩa diffinitiua: ſed hoc eſt falſum,quia lis non
erat cōteſtata, &c.vt ff.de iu.l.& poſt edictū.Nam.iudicium dēt
ſolenniter incipere p ꝯteſtatiōnē, & ſolēniter diffiniri p diffiniti
uam,non per interlocutoriā,niſi eſſet caſus, in quo poſſet dupli
citer ꝓcedi.ſ.de plano, & extraordinarie; quo caſu ſi actor dixit
ago,non in modū libelli,ſed ſimplicis petitionis, pōt procedi de
plano,ſi aūt ordinarij,ſecus ad hoc induco glo.ſingularē,q̃ non
eſt alibi,ff.ad l.Aqui.l.proinde.la 2.in fi.glo.Sol.huius ꝯrij timore
eſt hic vna opi.ꝙ lis fuit cōteſtata,& lata diffinitiua ꝯ non probā
tem,& iſta lectura procedit ſine ſcrupulo. Alia lectura eſt,ꝙ hic
non fuit lata diffinitiua,ſed interlocutoria,quia diffamatus ĩtra
terminū non egit;& ideo iudex ꝓnunciauit eum de cetero non
audiendū.Nā ꝯtumaci iuriſdictio denegať, vt no.ff.ex qb.cauſis
7 maio.l.ſed & ſi per p̄torem.§.ſed & ſi dum decreto.† Modo hic
f quæro *f* vnum; vtrum poſt aſſignationem termini qs admittat
ad agendū? Rñ.ſic anteq̃ iudex ſibi ſilentiū imponat poſtea non
& an a dicta interlocutoria poſſit appellari, dic vt in d.l. Titia.&
ibi no.ꝙ ſic,licet verus cōtumax in nō veniēdo nō appellet;tñ ſe
cus in vero contumace in agēdo, qđ eſt no.dignū,& rō dr̃iç eſt,
qa cōtumax in nō agēdo vř diffidere de iure ſuo,nō tñ renuncia
re;& iſta eſt q̃dā præſumptio iudicis,nō tñ ſtatutæ legis,ſed ꝯtu-
max in nō veniēdo ſe facit a iudiciorū copia alienū, vt ſ.de iud.
l.ſancimus.ſcias tñ,ꝙ verus cōtumax qñq;audiť in prin.appella
tionis,ſed non in fine;qñq;eſt verus cōtumax,ſed nō expreſſus,
vnde applo eſt introducēda,& poſt lit.ꝯte.vel quaſi;ſi allegatio
cōtumaciæ diſcutiť,tanq̃ exceptio peremptoria applonis. qñq;
non auditur,nec in prin.nec in fine, vt quia eſt expreſſus contu-
max,& ſic appellatus habet exceptionē declinatoriam applonis
cum poſſit ſtatim ꝓbare. Iſte igitur cōtumax nō pōt applonem
introducere. & poſito ꝙ introduxerit, ad huc in fine cauſæ ſuc-
cumbet, qa ex vera, & expreſſa cōtumacia oriť ꝯ contumacem
duplex exceptio.ſ.declinatoria:& peremptoria.& ita dēt intelli-
8 gi.qđ no.in c. ſi ante.de dolo & contu.in cle.† Modo q̃ro quali-
ter formať ſnĩa, ꝯ infamentē? Rñd. ne de cætero infamet; certe
per hoc non eſſet plene conſultum diffamato,quia nō eſſet uia p̄
cluſa agendi ſine diffamatione, & ideo lr̃a dicit, ꝙ iudex dēt pro-
nunciare, ne de cætero inquieteť.qđ idē eſt,qđ imponere perpe
tuū ſilentiū ſup diffamatione & ipſa cā.de hoc p Inn.extra q ma.
ac. poſ.c.cum in tua. Sed nunquid iudex pronunciauit diffama-
tū eſſe liberū? Rñdeo nō;quia non ꝓbauit de libertate ſua,vt no.
Io. 11.q.1.c.Chriſtianis.& alle.de lib.cau.l.diui fratres. de hoc p
Inn.extra qui fil.ſint leg.c.cauſam.Item diffamatus non petit ſe
pronunciari liberum;ergo cum ad hoc non ſit actū,non pōt fer
ri ſnĩa,vt ff.de fideicom.li.l.fin.bene tñ fuit actum ad hoc,vt ter-
minus

ADDITIONES.

a Diffamari.ad huius l. intellectum vide quæ habes per Bald. & ibi dixi poſt eum, in l. Titia,ff.de accuſa.& authen.ad hæc,ſup.de vſu.verſi. quæro etiam nunquid, arg.in §.1.in Auth.qui.mo.natu.effi.leg.

b A.B.Duplex fama.Quotuplex ſit fama, vide quod.not.in l.1.ex quibus cau. infa. irrog.

c A.B.Nota,ꝙ quando citatio.Not.quando nuncius citat ad domum,debet vocitare,vt quilibet aſtantium valeat audire.Idem dic in accuſatore.c.euidentia,de accu.in verſi.clamore accuſatoris.

d A.B.In tex.No.quod citatio poteſt fieri ſub conditione intrinſeca,vt eſt gl.ſing.in præalleg.l. ea quidem.

e A.B. Sed ille, qui diffamat.Not.quod diffamare eſt id iudicium prouare.& ſic facit iſte tex.quod excommunicatus poteſt petere,ꝙ imponatur terminus,ei qui eū extra iudiciū diffamat.facit quod not.in c.intelleximus.extra de iudi.

f A.B.Modo hic quæro.No.quod verus contumax auditur in appellatione, quod ꝓcedit quando eſt contumax in non veniendo,ſecus quando eſt contumax in non agendo,quod eſt no.dignum.idem.dicas,ſi in continenti uenit, quia tūc appellatur,vt l.diuus,ff.de in inte.reſt.idem ſi eſt contumax in non exhibendo,l.creditor §.iuſſus,ff.de appel.idem dicas,quando eſt verus contumax & euidens, alias approbauit tex. Hoſt.in l.properandum,§.ſin autem reus,ſup.de iud.idem ſi dubitetur, an ſit verus contumax, quia Index poteſt deferre appellationi.idem dicas, ſi eſt contumax a lege,& ab homine,puta quia citatus per diſpoſitionem legis,quia tunc poteſt appellare,licet ſit contumax,glo.or.in cle.ſi ante de dolo.& contu.idē die in muliere,quæ ſi citatur,& non comparet,poteſt appellare.ita dicit Ang.in l. vbi exigitur,ff.de eden.ar. illius gl.

Celſ.adde iſtum in l.properandum,§.ſin autem reus.nu.5.ver.vlterius nota, quod uerus contumax,ſup.de iud.& dixi in additio.ad colle.poſt eum in c.1.num.9.in uerſi.fructus bene appella.extra de li.non conteſtata.

minus aſſignaret diffamanti, implorato ad hoc officio Iudicis:
ſuper hac tñ petitione nõ oportuit litem conteſtari,quia talis pe
titio tendit ad pręparationem cauſæ,vt no.ff.de inter.ac.in ru. Et
no.hanc inter locutoriam fieri poſſe,abſente altera parte:tñ legi
time citat, nam licet quis ſit contumax ad agendum,tñ debet ci
tari ad ſñiam:& dico ꝙ ſolenniter eſt citandus per tria edicta,q̃a
agitur de pleno præiudicio,vt hic colligitur ex litera,quæ eſt val
9 de not.† Vltimo nota arg.ad q.de ſcholari. nam cum habeat de
neceſſitate diſcedere,& redire ad partes,vt maleficijs hominum
obuietur.fiunt cridæ,& proclamationes publicæ, cum termini
aſſignatione,& ita ſeruatur cõſuetudo.Sed pone quod creditor
dicit ſcholari, ſatiſda de iudicio ſiſti,& iudicato ſoluendo in tuo
foro, nunquid ſcholaris teneatur ſatiſdare? Reſpondeo ſic, eo
modo, quo poteſt,uel iuratoria cautione,vt not.ff.de iudi.l.1.§.
pen.& eſt ſpeciale, ꝙ ſuo nomine conuentus ſatiſdat iudicatum
ſolui,quia fit quodammodo ſuſpectus propter receſſum,de do
lo.vel dic ꝙ non cauet,niſi de iudicio ſiſti, vt d.§.pe. Inſt.đ ſatiſ.
§.ſed hodie.& conclude,ꝙ cauſatiua ſuadente æquitate neceſſi
tatiue quis compellitur agere, non pręciſe. Extra Oppo. de l.1.
per totum.ĵ.commi.vel epiſtolas. Sol. iſta non eſt nuda contu-
macia, cum fiat cum cauſæ cognitione. Item in l. noſtra eſt v-
num mirabile,actor.ꝙ reus prius introducit cauſam quam.cõ-
tra l.pure. in fi. ff.de excep. doli. Sed reſpondeo quod diffamare
eſt ad iudiciũ prouocare:& ideo reus iam eſt prouocatus ad cau
10 ſam: & ſic non ob.contrarium.Item no. ex hac l.quod aſſigna-
a tio termini ad probandnm *a* ſit ſine libello,quod & alias contin-
git.ſ.quando neutra partium vult libellum offerre,ſed armis,&
virib. de facto litigare, vt l.liberis,§.vlt.ff.de libe.cauſa.& not.ꝑ
Inn.extra,de proba.c.in præſentia.

ADDITIO.

a Cel.Aſſignatio termini ad probandum.adde Lanfr.de Oria.in c.quoniam contra
falſam.§.confeſſiones.num.12.ver.quæro iuxta commiſſa.& ꝙ ibi poſui in addi.
ad ipſum in ver. terminus ſtatuitur.extra,de prob.

LEX VI.

1 *Dominia rerum quæri ſolent vero titulo præcedente.*

1 Scientis. Siens liberum non p̃ſcribit. h.d.In text.ibi,non
p̃cedente vero titulo.Not.†quod rerum domi-
nia quęri ſolent præcedente vero titu.& ſic duo not.ex iſto text.
primo,ꝙ præſcriptione longi tpis acquiritur dictum dominium
rei immobilis.Secundo,ꝙ iſtius dominij cauſa eſt magis titulus
& traditio,quam temporis,licet non fiat ſine tempore.

LEX VII.

1 *Liti renuncians non fatetur.*

1 Si te. Si natalium veritas tenetur, renunciatione litis facta
ab aduerſario,non augetur effectus.h.d. † In text.ibi,
probationem not.quod ille,qui renunciat liti, non fatetur, licet
ſibi præiudicet.tex.eſt hic multum ſingularis.

LEX VIII.

1 *Legati nati dicuntur, qui occaſione Eccleſiarum ſunt legati.*
2 *Tranſactio vnius alteri non præiudicat.*

Ingenui. Ingenuum natiuitas facit:manumiſſio liberti-
num, ẽt ſi expreſſe agatur ꝙ ſit ingenuus.h.d.
Not.aliquid fieri poſſe naturaliter,quod non poteſt fieri per pa-
ctũ. Item no.ar.ad ſtatuta,quæ dicunt ꝙ Doctores habeatur ꝓ
1 originarijs ciuibus: nam iſta fictio non eſt veritas. † Item nota
ſimile huic legi in legatis: nã aliqui dicuntur legati nati, q̃ ſunt
legati occaſione eccleſiarum ſuarum:quidam dati ſiue cõſtitu
ti,qui ſunt legati ratione perſonæ.& a ſimili poteſt dici,ꝙ eſt du
plex iuriſdictio.ſ.nata,quę competit alicui ratione territorij: &
data, quæ competit alicui ratione perſonæ, ſeu priuilegij perſo-
2 nalis,vt no.Dy.in l.ergo.ff.de acq.rer.do.†Item no.ꝙ tranſactio
vnius,alteri non præiudicat.Nunquid ſuper ſtatu poſſit tranſigi
Dic vt not.in l.fi.ſup.de tranſac.Vel dic ꝙ aut ſtatus continet ne
ceſſitatem, vt matrimonium,& monachatio,& non poteſt trã
ſigi: aut non continet neceſſitatem , tunc poteſt tranſigi,vt ff.de
infa.l.quoniam. Item no.hic de verbo,aſſignat.

LEX IX.

1 *Filius libertinæ melior eſt matre.*

Alibertina. Qui naſcitur ex libertina,ingenuus eſt, &
ſi capitur ad hoſtibus,& reuertitur, habet
1 ius poſtliminij. hoc dicit.No. † meliorem naſci filium,quam ſit
mater.

LEX X.

1 *Nomina ſunt inuenta ad recognitionem hominum.*
2 *Matrimonium eſt ſacramentum , & omne ſacramentum eſt res ſenſibilis.*

1 Ad recognoſcendos. Nomina † hominum
ſunt inuẽta ad recogni-
tionem eorum, & celatio nominis non officit veritati.h.d. Per
voces etiam recognoſcimus rerum quidditates.i.ſubſtantias,&
qualitates.i.accidentia.& circumſtantias a proximis,vel remo-
tis,& generaliter mentem loquentis.nam vt ait Caſſiodor. nul-
lũ eſt maius mentis teſtimonium,q̃ qualitas conſpecta verborũ
& quędam ſunt,quæ ſine voce fieri nõ poſſunt,vt matrimonũ,
ff.de.regu.iur.l.nuptias.& inf.de præſcr.30.ann.l.cũ notiſſimi,in
prin.& hoc inductum eſt ab eccleſia ad vitandum periculũ ani-
2 marum,ſecundum Inn.vel ſecũdum alios, † quia matrimoniũ
eſt ſacramentum,& omne ſacramentum eſt res ſenſibilis.

LEX XI.

1 *Locare operas ſuas in perpetuum an quis poſſit.*

Si veſtram. Locando operas ingenuus nõ efficitur ſer
uus,tamen debet ſeruire.ideſt operari.hoc
1 d.nunquid† autem quis poſſit locare operas ſuas in perpetuum
alibi formatur,& ſoluitur.

LEX XII.

1 *Violentia ſtatum non eripit.*

Ad mutandum. Plagio abductus ſtatũ nõ mu-
tat.hoc dicit. † No. q̃đ violẽtia
ſtatum non eripit.

LEX XIII.

1 *Dicens ſe dominum directo, & ſuccubuit, poteſt poſtea ſe vtiliter dominum dicere.*
2 *Allodium eſt dominium directum, vel vtile.*

Ingenuum. Qui egit de ingenuitate,& ſuccubuit,põt
1 poſtea de libertinitate experiri. h. d. † Ex
hoc no.ar.ꝙ ſi quis dixit ſe directo dominũ,& ſuccubuit,poteſt
poſtea dicere ſe vtiliter dominum,ſicut qui egit rei vend.poteſt
poſtea agere publiciana,vt ff.de eui.l.minor,§.j.item eſt argu. ꝙ
qui vendicauit rem tanquã proprietarius,& ſuccubuit,poſſit po
ſtea ꝯ eundem ẽt ſuum dñm tanquam feudatarius experiri. ita
dicit gl.not.hic Conſidera tñ,ꝙ ſi vaſallus egit ꝯ dominũ ſuum
tanquam proprietarius,& commiſit felloniam in fidelitate, de-
bet carere feudo, non ipſo iure ſed per ſñiam,quæ debet ferri ꝑ
pares curiæ, cum ſit quæſtio inter dominum, & vaſallum: non
lata igitur ſententia priuatiua,gl.eſt vera.Sed lata ſñia per pares
curię,gl.eſſet falſa,nõ enim hic generatur pręiudicium ratione
ſolius contrarietatis.ſed rõne infidelitatis,vt in ca.1.§.ſi vaſallus
ſi de feu.fue.cõtro.& ibi dixi. Si vero vaſallus egit ꝯ extraneum
non habentem cauſam a domino,tunc glo.eſt ſimpliciter vera
2 & no.† Item not.hic de allodio.Eſt autem allodium *a* dominiũ
a directum,vel vtile,quod non eſt ſub alio conſtitutum, quod iu-
re hæreditario tranſmittitur,maxime ad ſuos hęredes.Feudum
vero eſt beneficium ſub domino conſtitutũ in re immobili, vt
dixi in euidentialibus feudorũ.Item eſt hæc l.in ar.ꝙ per aſſum-
ptionem extremorũ non renuuciatur medijs.eſt.n.extremũ in-
genuitas,medium aut.i.medius ſtatus,eſt libertinitas,vt ff.de in
ſtit.& iur.l.manumiſſiones,& iſtud notabile eſt ſatis pulchrum.

ADDITIO.

a Celſus.Eſt autem allodium.Adde quid ſit allodium,& res allodialis:& quibus,&
quo iure competat Guil.de Cu.in l.ſi familiæ. nu.1. & quod ibi poſuit in add. ad
ipſum in verſ.feuda allodia,ſup.fa.erc.& Pau.de Caſt.conſ.161.in princ. & iſtum
in c.2.3.in tit.ſi de feu.fue.contro.in vſi.feu.

LEX XIIII.

Statui. Etiam per titulum fauorabilem,ſtatus non amitti-
tur.h.d.

Communia de manumiſſionibus. *Tit.xv.*

LEX PRIMA.

1 *Seruus ſine domino eſſe non poteſt.*
2 *Iugo liberatus poteſt ſua authoritate quo vult abire.*
3 *Inquietatus iniuſte poteſt proponere Iudicis officium , ne de cætero inquiretur.*

SAncimus. Si vnus habet proprietatẽ, alter vſum-
fructum.aut vterque manumittit, &
manumiſſus pleno iure fit liber,& quicquid acquirit,ſibi
acquirit.h.d.Si autem ſolus ꝓprietarius manumittit effi-
citur liber, tamen quamdiu durat vſusfructus.fructuario ſeruit
vt ſeruus,& ea quæ ſibi quęrit,ad hæredes tranſmittit.Si autem
vſufructuarius ſolus manumittit, aut contemplatione ꝓprieta
rij,& cedit proprietario, aut contemplatione manumiſſi gratiã
in ipſum conferendo,quod in dubio præſumitur, tunc non effi
citur liber,ſed ſeruitus ſua habet quandam intercapedinem,q̃a
donec durat vſufr.nemini ſeruire tenetur, quaſi dormitante in
terim ſeruitute,vnde dicit Azo,quod ſeruus remanet in quadã
laxitate,& exoneratione,& quod eſt quædã manumiſſio ano
mala & irregularis,vt ipſe eleganter not.in ſumma huius tit.&
1 h. d.hæc l.vſque ad §. illud quoque. † In text. ibi ſine domino.
no.ꝙ ſeruus non poteſt intelligi eſſe domino , & eſt argum.ꝙ
monachus non poteſt eſſe ſine monaſterio,nam & ſi non ſit ei
determinatus locus,habetur monaſterij loco ipſa profeſſio re-
gularis,& eſt monachis proprie.In tex.ibi,pleno iure not. quod
quædam eſt libertas pleno iure,quædam non pleno,& eſt ſimi-
le in exemptione a iuriſdictione Papę,quia quędam ſunt exem
uti pleno iure,quidã nõ,& iſta eſt bona ſimilitudo,quia exẽptio
2 eſt quædã libertas.† In tex.ibi,quo maluerit.no.ꝙ liberatus a iu
go poteſt ſua authoritate quo vult abire.Et idem ĩ monacho li-
centiato ab Abbate, qui poteſt ſibi eligere aliud monaſterium
ſine Abbatis licentia. In text. ibi , gratias agendo. not. inſpici
eum cui quis gratiam facere voluit.ſic dicimus, ꝙ inſpicimus
3 vtrum Papa voluerit facere gratiam eccleſiæ, an perſonæ. † In
tex.ibi,

tex.ibi,inquietem teneať.no.ꝙ ille qui inquietaŕ iniuſte, põt ꝓponere officium iudicis,ne inqetetur.Et eſt arg. ad ſubditos, vt l.cum ſcimus,§.caueant.inf.de agri.& cenſi.lib.11.

ADDITIO.

a And.Bar.in tex.ibi inquiete.No.quod ille qui iniuſte inquietatur,põt ꝓponere officium iudicis,ne inquietetur,arg.tex.& no.per Bal.inf.qui bo.ced.poſſ.in l.3.

1 *Filius exiſtens in poteſtate patris procurator eſſe poteſt.*

Illud quoq; Poteſt pater & mater ꝑ filium & filiam per iudicem,vel aliter, ſeruũ manumittere.h.d.in text.ibi, ſiue apud iudicem. Not. ꝙ fœmina poteſt eſſe procuratrix in iudicio iuriſdõnis voluntariæ In tex.ibi, pene omnib.not.ꝙ ſublata eſt dñia emancipationis & patriæ pote
1 ſtatis fere in omnibus.† Item no.ꝙ filius in poteſtate poteſt eſſe procurator p̃ris.Item no.hic ſp̃ale,ꝙ p̃r manumittit per filium, quia ipſa natura recipiunt functionem pater & filius.facit quod no.in l.2.ℨ.qui æta.lib.x.vbi dicit glo.not.ꝙ domus habitationis
a patris,intelligit̃ eſſe dom⁹ habitationis filij.In tex. ibi peculiare *a* eſt.i.proprium,ſeu propriæ pertinens.Simile dicimus.iſte populus eſt peculiaris eccleſiæ ideſt immediate ei pertinens.

ADDITIO.

a And.Barb.In tex.ibi peculiare.Quis dicatur populus peculiaris.no.ꝙ audiui,quod Rex Siciliæ interrogauit aliquis Doc.quis dicatur populus peculiaris,& fuit ꝑ eos reſponſum,ꝙ dicitur ille,quem Princeps de multis elegit.ut populus Iſrael,ꝗ fuit electus ab omnibus nationibus in peculiũ Dei,puta erit mihi in peculiũ populus Iſrael,vt habet Decur.9.c.tu habes hic tex.& Bal.licet non fuit alleg. ꝙ bene no. uide D.Pe.in c.2.de fer.facit ſimile quod dicimus,quod omnes dies ſunt domini tamen dies dominicus dicitur dominicus,ut in c.1.de fer.

LEX II.

1 *Feudum poteſt concedi infanti,& ratio.*
2 *Dominus debet ſuam ciuitatem ampliare.*

Si quis ſeruo. Poteſt manumitti tam in eccleſia quã apud iudicem,vel in teſtõ ẽt infans &
1 ignorans,vt ſit ciuis Romanus.h.d.† Et idem dicimus *a* in feu-
a do,ꝙ poteſt feudum concedi infanti,ꝗa feudũ magis accedit be neficio ꝙ ꝯtui,vt in ca.1.§.perſonã.ꝑ quos fiat inueſt.& ꝑ quos recipi.coll.x.Nec ob.qđ non poſſit iurare fidelitatẽ: quia iurm fidelitatis non eſt de ſubſtanti inueſtituræ,ſed de conſecutiuis, vt habes ſimile in cautione de vtendo & fruendo arbitrio boni viri.vt no.in l.1.ff.de vſufr.In text. ibi , ſiue in eccleſia.not.ꝙ valet ſeculare officium in eccleſia ad qualecunque tribunal.& hoc ideo,quia reſpicit pietatem alias ſecus,ut not.Io. And. in Nouel.
2 extra,de iud.in rub.† In tex.ibi,ampliandam.no.ꝙ dominus debet ſuam ciuitatem ampliare.non minuere.Item no.ꝙ liberi homines faciunt ciuitatem,non ſerui.

ADDITIO.

a Et idem dicimus.No.infanti poſſe concedi feudum.idem dic in emancipato,vide Bald.in l.iubemus,alias l.pe.inf.de eman.lib.an poterit eſſe miles. vide quod no. in l.fi.ſup.de teſta.mil.an poterit ſibi concedi beneficium.Vide Bal.in l.2.inf.ſen. reſcin.non poſ.& c.1.per quos fiat inueſt.10.colla.

LEX III.

1 *Concubina ex illicito concubinatu, qualiter libertatem conſequatur & eius filij.nu.2.*

Si quis. Ancilla retenta in concubinã vſq; ad exitũ vitæ dñi,conſequitur libertatem: niſi dñs de ea aliter diſponat,vel niſi dominus habeat vxorẽ,ꝗa illicitus ꝯcubinatus
1 præmium non meretur.h.d.† Not.in hac l.ex licito concubinatu concubinã præmiari; videlicet vt mors dñi ſit ei⁹ libertatis ex
2 ordium,ac etiam liberorum.† Et not.mirabilem caſum,& modum legitimandi ſpurios.certum eſt enim , ꝙ dicti liberi erant ſpurij,quia matrimonium non poterat cadere inter dominum & ancillam:ſed morte domini efficiuntur liberi, & per conſequens legitimi.Conſidera tex.nam non facit mentionem de legitimatione,ſed de ſola libertate.Item no.hic arg.ad prouerbiũ quod dicit,ꝙ mortuus aperit oculos viuentis.

De liberali cauſa. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Contra factum proprium quis poteſt venire,& in quibus caſibus.*

Rem quidem. Pater poteſt venire ꝯ factum ſuum illicitum, & inhoneſtũ, in fauorem filiorum,qui nõ potuerunt per patrem affi
1 ci iniuria.h.d.† Not.quem poſſe venire cõtra propriũ ꝯtum,qui ipſo iure non valuit.Et vtrum quis poſſit venire ꝯ factum ſuũ,eſt via brocardia.dic,vt plene no.ff.de adopt.leg. poſt mortem.& ad ſolõnẽ huius brocardi,coniũge ſolutiones ꝯrias huius gl.nam aut in libertate,aut in alijs.Secũdo caſu,aut nomine alieno,& licet:aut proprio,& tunc aut fuit factum ꝯ legem & idem,aut præter legem.& ſi quidem fuit ꝯctus ipſo iure nullus quo ad rem,& obligationẽ,& idem,aut quo ad rem, ſed nõ quo ad obligationem:tunc,aut inter ſcientem,& idem , aut inter ignorantem,& tunc non licet venire contra factum ſuum. Deinde quære,& ſolue,vt in gl.quæ eſt no. Et conclude, ꝙ triplici modo venit quis ꝯ factũ ſuum primo,quando ipſo iure non tenet,ſecundo,quãdo quis agit nomine alieno tertio,liber tatis fauore.Adde quartum,ff.ſol.mat.leg.2.§.ſed vtrum.Adde ꝙ qñque aliquis non venit contra factum ſuum,licet de iure nõ teneat,vt l.cum dominus,§.filius,ff.de pecu. leg. dicit Iac.de A-re.no.quod quis faciendo de facto, tamen ſi non de iure faciat, ſibi præiudicat.

LEX II.

1 *Cauſa proprietatis non eſt cauſa liberalis.*

Si ij. Sententia lata ſuper proprietatem non officit libertati. rõ eſt, quia iudicatum eſt de proprietate , non de ſtatu
1 inter dñm,& ſeruum. h.d. † Et ex hoc *a* no.ꝙ cã proprietatis nõ
a eſt cauſa liberalis,& no.hanc l.in arg. ꝙ ſi inter duos nobiles cõtenditur de iuriſdõne alicuius caſtri,hoc non præiudicat populo, qui non interfuit tunc cauſæ,quia res inter alios acta,&c.niſi forte vniuerſitas ſciebat cauſam de ſe agi:quod non placet, quia ñ poterat prohibere,& ideo conſulo, ꝙ ipſa vniuerſitas citetur ad cauſam,vt ff.de re iud.l.ſæpe,illud non puto expedire, ꝙ libellus offeratur contra vniuerſitatem,quia venit acceſſorie, & nõ implicite,cum ſententia ſit ſubiectum iudicij.

ADDITIO.

a And.Barb.Ex hoc.No.quod licet duo litigent de dominio illius terræ,non præiudicat illi terræ,quod inter illos actum eſt,uide do.Abb.in cap. ad probandum,de re iud.ubi hoc recitat.

LEX III.

1 *Proteſtatio nihil operatur,quæ non fulcitur ratione iuris.*

Si liber homo. Homo liber ꝯhendo contubernium cum ancilla,etiam ꝯ proteſtationem
1 domini,non efficitur eius ſeruus.h.d. † No. proteſtationem nil operari,quando iuris rationibus,non fulcitur,gl.dicit, ꝙ contrarium eſt de iure Longobardo , quia ſi in coitu reperitur aliquis cum ancilla,fit ſeruus domini viuente ea.

LEX IV.

1 *Eremodicium abſente actore,de iure veteri contrahebatur..*
2 *Appellationis tempus ignoranti non currit.*

Si is. Sententia in liberali cauſa valet, abſente parte : ſed ſi eſt appellatum in auditorio iudicis,ad quem debet examinari,an de iure ſententia lata ſit,necne.† No.caſum,in quo de iure veteri contrahebatur eremodicium abſente actore. Secundo no.ꝙ tp̃s appellandi incipit a die ſcientiæ abſentis . Tertio not.ꝙ in auditorio iudicis appellationis debet trutinari.i.examinari.an
2 de iure ſententia primi iudicis lata ſit, tene menti tex. † Not.ꝙ tp̃s appellationis interponendæ non currit ignoranti.intellige,ni ſi ignorantia eſſet ſupina . Idem vr̃ in tempore appellationis proſequendæ,vt inf.ſi pen.app.mors interue.l.fi. in verſ.ignorantes.

LEX V.

1 *Probationis onus in ſe ſuſcipiens, ad probandum id, quod eſt probandum, ſe aſtringere videtur.*
2 *Proteſtatio non iuuat, vbi eſt impoſita neceſſitas a iure.*

Non ideo. Vendõ fiſci non præiudicat cãæ liberali: itẽ probõnis onus incumbit non poſſidenti, quo non probante poſſeſſio rei remanet inconcuſſa. h. d. Et ex
1 hoc verſ.no.ꝙ abſolutoria ꝯfirmat poſſeſſionem rei. † Item no. tex.dum dicit, probõnis onus ad ſe recipit, &c.quod quis vr̃ ſe aſtringere ad probandũ id,quod eſt probãdũ:nec valet ꝓteſtatio
2 in ꝯriũ,quia †proteſtatio ñ iuuat,ubi neceſſitas ĩpoſita eſt a iure.

LEX VI.

1 *Confeſſio facta contra libertatem non ualet.*

Nec ſi volens. Si ſpontanea confeſſio nõ valet, multo minus facta coacte,vel in tormen
1 tis.h.d.no. † No.ꝙ confeſſio facta ꝯ libertatem non valet,ꝗa eſt
a facta ꝯ nãm. i. ꝯ ſtatum hoĩs,& per hanc l.*a* dico,quod ſi Rex Francorum facit aliquam ciuitatem confiteri ſuam eſſe,& ſibi fidelitatem iurare,cum ſua non ſit:ꝙ talis confeſſio,& iurm non valet. Idem in Papa,& Imperatore,quia rediguntur ad inſtar tyranni.vnde ſi ciuitas Peruſina nõ eſſet eccleſiæ Romanæ, omnia inſtrumenta in contrarium facta eſſent caſſa,& irrita to taliter,quod pro Deo nota,& tene menti perpetuo.

ADDITIO.

a And.Barba. Et per hanc l.No. ꝙ licet Rex faciat confiteri aliquam ciuitatem eſſe ſuam,quod talis confeſſio non ualet,uide quod plene notaui ad Bald.in l.decernimus,ſup.de ſacroſ.eccl.uide tex.& ibi Bald.l.2.inf.quo.app. non reci. & ibi etiam uide gl.iunctam cum tex.ꝙ ex confeſſione facta in tormentis poteſt ferri ſñia, & ualet ſi non appelletur,quod no.pro intellectu Bar.l.pen.ff.de conſtitu.princ.uide quod uoluit Bal.in l.fi.hoc iure,ff.de iuſt.& iu.uide quæ dixi in c.utrum,de fo.cõ pe.pro iſto dicto Bal.all.Inn.in c.dilectus, de cap. mona. ubi in terminis iſtud dicit,quod hic dicit Bal.& uide do. Ant. in c.fi.de cã poſ. ubi all.iſtud dictum Inno.

LEX VII.

1 *Hæreditatis aditio inducit conſenſum .*

Si ab eo. Manumittens non põt venire ꝯ factum ſuum, nec hæres eius.h.d. In tex. ibi,uoluntate. no.ꝙ
2 †aditio hæreditatis inducit conſenſum,& per conſenſum hæres obligatur ad confirmandum factum defuncti. concor. ff. de iu. dot.l.ſi ego.§.1.& in c.1.qui ſuc.tene.colla.10.ar.ꝯ,ꝙ imo requiratur ratificatio vera.ff.pro ſuo.l.pen.§.ſi pater.

L E X VIII.

1 *Dominus eſt hortandus,non autem cogendus.*

Cum affirmes. Hortandus eſt dñs, vt ſeruet pactũ ſeruo ſuo;ſed nõ cogẽdus,nec ſtrã-
gulãdus.h.d.Itẽ inter Abbatẽ,& monachum,ꝗa inter eos oritur
a oblõ honeſtatis,& nõ neceſſitatis:ſic & iudex p̃t ſuadere pacẽ *a*
ſed non componere partib. inuitis:niſi guerra poſſet afferre præ-
iudicium Reipub.Item perpetrato delicto, nõ dẽt iudex facere
aut ſuadere concordiam,niſi primo puniat.hoc not.ſentit glo.ſ.
1 de tranſa.l.tranſigere,vel paciſci.†in gl.magna.ibi, verius.quam
perpetuo no.& ſp allegat,ꝙ hortandus eſt dñs , non cogendus.
Pone.Abbas ſpoliauit monachum de prioratu manuali,nunqd
monachus põt agere ɔ̃ Abbatem ad reſtõnem prioratus? dic ꝙ
non,licet ɔ̃ tertium agere poſſet.ſ.quod cum e.l.ſi ſeruus.& j̃.ſi
per vim.vel alio modo.l.1.& ff.de iud.l.lis nulla.

A D D I T I O.

a A.B.Suadere pacem.No.ꝙ iudex poteſt ſuadere pacem,ſed nõ componere.vide
quæ addidi.ad Bar.in l.æquiſſimum,ff.de vſuf.vbi remiſi ,plene de hoc.
Celſus.Tu vide de hoc omnino quod notaui in apoſt.ad Bart.in alleg.l.ęquiſſimũ.
poſt coapoſtillatorem meum in ver.non poteſt cogere.

L E X IX.

1 *Confiteri quis dicitur,quod in libello ponit.*
2 *Aſcriptitij licet non ſint ſerui, ſeruili tamen macula ſunt aſperſi.*
3 *Inſtrumentum producens , an videatur confiteri illud eſſe verum.*
4 *Confeſſio non præiudicat,vbi ex ea ius non oritur.*
5 *Homiuis ſalus tanquam res publica eſt tuenda.*

Cum precum. Aſſertum in libello hẽt vim confeſ-ſionis,& ei ſtat ɔ̃ proferentem,& ſi
in diuerſis libellis ɔ̃ria dixit, ſtatur ei,quod nocet.h.d.Caſus,ſup
plicaui in libello precum,ɔ̃ Titium tanꝗ̃ aſcriptitium,qui hic vo
catur ſeruili macula aſperſus , tandem obtuli libellum ɔ̃ ipſum,
coram iudice impetrato,dicens eum ſeruum eſſe, vel eɔ̃ ĩ libel-
lo precum aſſerui eum ſeruum in cõuentionali aſſero eum aſcri
ptitium:certe non audior,quia ſtandum eſt libello meo ɔ̃ me,ſi
1 ue ſit libellus primus,ſiue ſecundus.h.d.† No.ꝙ quis dr̃ confite
a ri,qđ in libello ponit. Oppo.ff.fa.erc.l.q familiæ.Sol.dicit gloſſ. *a*
ꝙ hic eſt ſpãle fauore libertatis.certe ſi eſt ſpãle . ergo, in ɔ̃rium
eſt ius cõe.ergo falſo allegat̃ hęc lex ad id,quod gl.allegat.videli
cet ꝙ quis videatur confiteri id,qđ in libello ponit.Barto.in l.ex
hac ſcriptura,in fi.ff.de don. quærit an in iudicio verba enũciati
ua inducant diſpoſitionem? Dicit,ꝙ d.l.qui familiæ,eſt vtilior ꝗ̃
alia lex finaliter dicit ꝙ ante li.cõteſt.probationem inducunt,li-
cet poſſit probari ɔ̃rium.Tu dic.quod aut id, quod ponitur in li
bello,vel poſitione,ponit̃,ab errante,aut a ſciente,aut dubitatur
Primo caſu non p̃iudicat probato errore.& ita intelligitur l.qui
familiæ qđ ergo ibi dr̃ agit,ſ.per errorem.Secundo caſu , aut li-
bellus continet quid certum, aut incertum.ſi quidem continet
certum,aut aduerſarius ɔ̃dicit,& non nocet confeſſio,quia in ɔ
feſſione dr̃ quaſi ɔ̃hi,& talis quaſi ɔ̃ctus non celebrat̃ inter diſsẽ
tientes,aut non ɔ̃dicit:& tunc libellus,vel poſitio præiudicat, ac
ſi expreſſe intentans eſſet confeſſus, vt in hac l.& j̃. de omni ag.
deſer.l.rura.Si vero libellus non cõtinet quid certum ,vt puta,ſi
agens familiæ erciſcundæ dicit hr̃ditatem eſſe cõem, & non di-
cit ex qua parte,tunc non vr̃ agens confiteri, & ita poteſt intelli
gi d.l.qui familiæ.Si aũt dubitatur, vtrum ex certa ſcientia an p
errorem:aut actor emendauit libellum, & tũc præſumit̃ erraſſe
in facto alieno:aut non emendauit.& tunc ſibi præiudicat,l.edi-
ta,ſ.de ed.& ita ẽt poteſt intelligi l.noſtra . quam diſtinctionem
no.quia vtilis eſt. Extra oppo.ſi libellus conuentionalis non cõ-
ſonat in materia, nec in forma cum libello precum:ergo ipſo iu
re libellus eſt nullus , ꝗa ſuper hoc delegatus non hẽt mandatũ
vt j̃.ſi a non compe.iud.l.ſi de proprietate.ergo ſequit̃,ꝙ talis li
bellus non p̃iudicat libellanti,vt j̃.ne de ſta.defun.l.pater.Opor
tet te dicere,ꝙ hic erat delegatus tã ſpãliter ꝗ̃ gñaliter inter par-
2 tes: alias non eſſet iudex ɔpetens.†Vlterius no.ꝙ licet aſcriptitij
b non ſint ſerui,*b* vt no.Inſti.de iure perſo.tñ ſeruili macula aſper
ſi ſunt.Illud ſcias,ꝙ alia cognomina ſeruis imponunt̃,alia libe-
ris, & cognominatum cognoſcitur per cognomen . Poteſt etiẽ
hæc lex exẽplificari in eodem libello.v.g dico , & pono ɔ̃ Titiũ.
ꝙ ipſe eſt ſeruus maius,& ſeruili macula aſperſus:quare peto ip
ſum pronũciari eſſe ſeruũ meum , & ſeruili macula aſperſum.
talis libellus mihi præiudicat,nec eſt reijciendus ɔ̃ me.ſed acce-
ptandus.ꝗa mihi p̃iudicat.i.ꝙ ſit ſeruili macula aſperſus:puta ꝙ
iſte ſit aſcriptitius.& iſtud eſt bene notandum,ꝙ reus poteſt di-
uidere libellum actoris.& acceptare id.qđ eſt pro ſe,& id,quod
eſt ɔ̃ ſe,reſpuere.& ita in hac l.caſum ponit quidam egregius vl
tramontanus,qui tñ dicit,ꝙ hic eſt ſpeciale fauore libertatis, &
in hoc aſſignat rationem ſpecialitatis,ſ.in diuiſione libelli.&ſm
hoc expone literam,dum dicit,cũ precum,ideſt,conuẽtionaliũ.
3 † Extra quæro,nunquid ille, ꝗ ꝓducit inſtrm̃ videatur confiteri
illud eſſe verum:& ꝗd in eo,qui ꝓducit atteſtationes teſtiũ pu-
blicatas.& dic ꝙ vr̃ confiteri,non tñ adeo,ꝙ nõ poſſit corrigere
errorem ſuum,vt ſ.de fid.inſtr.l.ſi aduerſarius.Et not.ꝙ allegãs
c contraria non debet audiri,*c* vt l.1.ſ.de fur.tñ ſi aduerſarius nõ
vult eum repellere in totũ,ſed vnum de ɔ̃rijs acceptare , p̃t hoc
4 facere,quod eſt no.dignum.† Et ſcias.ꝙ vbi ex ɔfeſſione *d* non
d oritur ius,i.nec obligatio,nec probatio,talis cõfeſſio non p̃iudi
cat,vt d.l.qui familiæ.Si aũt oritur obligatio,non põt reuocari.
Si autem orit̃ ꝓbatio,aut apparenter, aut exiſtenter : vt quia ex
certa ſcientia quæ p̃ſumit̃, ſi p̃ceſſit deliberatio; vt ſingulariter
no.extra,de diuor.c.ex literis,& tũc non admittitur probatio in
ɔ̃rium.Fallit in cauſa capitali,ut de quæſt.l.1.§.ſi quis vltro,ff.de
5 appel.l.non tantum.qđ eſt verum, ſi liquet de innocentia.† Nã
ſalus hominis tanꝗ̃ reſpublica eſt tuenda officio iudicis: non tñ
iudex tenetur hoc facere de neceſſitate,nec intricare ſuum pro
ceſſum,reuocando in dubium ipſas confeſſiones,vt in c.Roma
na de appell.lib.6.aut ex confeſſione oritur obligatio apparẽter,
non autem exiſtenter;vt quia dicitur emanaſſe per errorem,&
tunc poteſt reuocari,& in contrarium probari, ſi tempora lar-
giuntur,vt ff.de confeſſ.l.non fatetur.

A D D I T I O N E S.

a A.B.dicit gl. An in iudicijs verba enunciatiua inducant diſpoſitionem?de materia
vide Bar.in l.ex hac ſcriptura,ff.de dolo.Bal.in l.ex his,ſup.de teſt.mil.D. Ant. in
c.pe.de teſt.& quod no.in cle.1.de prob.& c.ſi Papa,de priui.lib.6.Bal. in l. 1.ſup.
de fal.cau.Adde Bal.in l.Titia,§.Caius,de leg.2.
Celſus.Adde Matt.Mathe.ſing.ſuo 33.inci.no.quod ſi in inſtrumento, de quo per
iſtum in l.ſi cui.de repu.hæred.& Ang.in l.gerit.col.5.verſ.item adde inquantum
Bar tangit hic,ff.de acq.hęred.
b P.D.Serui.Sunt.n.liberi hoies,vt per Bar.in l.3.ff.de ſtatu.ho.& Ang.Inſt.de iure
perſo.& quod aſcriptus glebę , & fundo, fundi pars eſſe cenſetur, & eius inſtrm
reputatur,annumeraturque inter immobilia,quod ſecus eſt in alijs animantib.vt
boue,& aſino,qui inter mobilia cenſent̃,ſm eundẽ Bal.in l.j. ver. 4.C.de ſer. fug.
c Audiri.Et no.ꝙ allegans cõtraria non debet audiri,tñ aduerſarius poteſt vnũ ac-
ceptare,& aliud repudiare,& vide gl.& Ang.in auth.de trien. & ſemiſ. vbi dicit,
quod ſi vnus fuit punitus in vno dẽt alio cõtrario audiri, quod eſt no. dignum.
Celſus.Vide Dy.in rub.ff.de non. oper.nun.& quod ibi poſui in addi.ad ipſum in
ver.aliud.& dixi poſt Bar.in l.ſi is cui.inſ.eo.ver.fi.C.de fur.
d A.B.Ex confeſſione.Not.ſi confeſſio emanat de libertate,non admittitur proba-
tio in contrarium.vide Bal.in l.ſi quidem,inſ.de exce.vbi illam gl.dicit ſing.& eũ
omnino vide,quia etiam probat aliud ſingulariter.ſed in c. fi.de confeſſ. damnat
illam gl.ex eo,quia ſemper habet illam confeſſionem deliberatam, tu dic contra.
quia ad quid daretur tempus ad deliberandum in proprio facto , Pondera , ſi dici
poſſit,an ſit tempore longinquo.

L E X X.

1 *Dominus ſui ipſius nemo eſt.*
2 *Confeſſione,vel voluntate ſola,quis non poteſt fieri homo alterius.*

1 **Liberos.** Non valet pactũ libertatẽ infringens,& ſic † ne
2 mo eſt dñs ſuiipſius.h.d.Et per hoc not. † ꝙ ſo-
la confeſſione,vel voluntate,non põt quis fieri homo alterius.

L E X XI.

1 *Honores publici proprij,vel paterni,non faciunt quem de ſeruo liberum.*

1 **Non mutant.** †Publici honores proprij,vel paterni nõ faciũt de ſeruo liberum eũ,qui ad
a honorẽ improbe aſpirauit.h.d.Nõ ob.leg. Barbarius. *a* ff.de off.
prętо.quia eſt ſpeciale in dignitate prætoria;vel ibi,licet acta va-
leant,tñ Barb.ſeruus eſt.vel ibi ſpeciale ĩ populo Romano ; vel
ibi propter publicam vtilitatẽ, & quod ibi dr̃ in prætore multo
fortius eſſet in Papa ineligibile , ꝙ ualerẽt temporaliter iura ab
eo facta,non ſpiritualiter,dicut no.Inn.extra de elec.c. nihil.

A D D I T I O.

a A.B.Non ob.l.Barbarius.Habet locum in Papa inelligibili , vt facta temporaliter
valeant,non autem ſpiritualiter.vide Inn.in c.vniuerſitatis,de do.& contu.& ibi
doc.& c.ad probandum de re iu.& gl.ſing.in c. dudum el 2. de ele. & quæ notaui
ad Bar.in præall.l.Barbarius.vbi remiſi,& addidi.

L E X XII.

1 *Ingenuus a patre venditus, non fit ſeruus.*

1 **Si ex liberta.** Ingenus † a patre venditus,non fit ſer-uus.h.d.notabiliter.

L E X XIII.

1 *Mortuo excommunicato,non poteſt moueri quæſtio.*
2 *De ſtatu defuncti non propter defunctum,ſed propter uiuentes agitur.*
3 *Præbenda eſt litigioſa etiam mortuo altero de litigantibus.*

Principaliter. Status quæſtio non mouetur principa-liter contra defunctum,ſed poteſt ſe-
cundario de ipſa diſputari propter res, & ſtatum filiorum , hoc
dicit.Oppoſ.ff.de rei vend.l.vtique.& in leg. 3. inf. ſi penden.ap-
pel. mors interue. Solu. caro. & oſſa ſerui mortui non poſſunt
1 impeti,ſed de bonis,& ſtatu eius filij bene poteſt inquiri. † Et
not.per hanc legem,quod mortuo excõmunicato: vel vſurario
non poſſit moueri quęſtio de carne,& oſſibus exhumandis ni-
hil eſſet ſepultus contra edictum eccleſiæ.& eſt arg.ꝙ de excom
mu.vel vſuraria paruitate poſt mortem alterius non quæritur,
niſi eſſet caſus exhumationis,vel controuerſiæ propter bona. fa
2 cit ff.de pœn.l.ſi pœna alicui.† Not.quod de ſtatu defuncti agi
poteſt,non propter defunctum,ſed propter uiuentes. Opp. ſen-
tentia non poteſt dari contra defunctum , ergo fruſtra de eo fit
commemoratio,vt ff.de ſuſpec. tut. l. poſt finitam. Solut. illud
3 uerum,niſi aliis expediat, ꝙ ius illud ſententia decidatur. † Et
ideo ſi inter duos eſt contentio de præbendis, & vnus moritur,
nihilominus præbenda eſt litigioſa, & oportet ferri ſentẽtiam,

vt

vt extra vt li.penden.cap.2.lib.6.de arb.c.ex parte,ff.de re iud.l.ſi
homo.

LEX XIV.

1 *Seruus habetur pro libero,pendente lite de ſtatu.*
2 *Bannitus lite pendente de banno , non poſt impunè offendi.*

1 LITE ORDINATA. †Pendente lite de ſtatu ſeruus hr̄ pro
libero. h. d. ſic excōmunicatus dum
eſt dubium per litis pendentiam de excōicatione, pōt eſſe in iu-
dicio ſuper cauſa. & eius appendicijs, ac ſi non eſſet excōmuni-
2 catus,vt in c.1.de reſcr.lib.6.†Idem in bannito: nam dum pēdet
lis ſuper banno,non poteſt impune offendi.

LEX XV.

1 *Libertati non officit omiſſio ſcripturæ de natalibus.*

1 NEC OMISSA. Licet † de natalib. nō ſit facta ſcriptura.
hoc non officit libertati,nec falſa ſimu-
latio nocet.h.d.No.ꝙ adiectiuum,falſa,adijcitur ſimulationi.

LEX XVI.

1 *Seruituti ſe ſubijcere non poſſunt,qui alij libertatem dare nequeunt.*

SI MINISTERIUM. Quæ de mea voluntate non proce-
dunt actiue, nec in mei præiudiciū
1 a lege procedunt paſſiue,h d.Iac.Bu.† In tex.ibi,non pn̄t no,ꝙ q
non pn̄t libertatem alij dare,non pn̄t ſe ſubijcere ſeruituti. Not.
ꝙ inſtr̄m ſcriptum ſine mea voluntate mihi non præiudicat.

LEX XVII.

1 *Probatiue non infertur,quod ſeparabile eſt.*
2 *Probatio debet de neceſſitate concludere.*
3 *Præſumptio a communiter accidentibus ſumpta, quando probet.*

MULTIS. Nālis ſtatus mutationem recipit in delictis,&cri
minibus,nec ſequitur,ego ſum ingenu⁹, ergo,&
1 fratres mei:qa†qđ ſeparabile eſt,ꝓbatiue non infertur.h.d. Not.
2 †ꝙ dēt probatio de neceſſitate ꝯcludere. Item no. quod non ſeq
tur,fuit tale, ergo eſt tale. Circa quod eſt ſciendum , ꝙ quædam
ſunt,quæ pn̄t liquide probari,& data eſt certa forma probādi ea
a iure, & in illis debet probatio concludere per cauſas teſtimo-
nij immediatas,vt per viſum,& auditum,vt l.teſtium,s̄. de teſti.
quædam ſunt,quæ non pn̄t probari , niſi indirecte.i.per quandā
ꝯn̄tiam,& tunc ſi ſunt a remotis , tn̄ veriſimilia vocātur indicia,
ſi vero ſunt a coniunctis, & proximis, ſunt plus quam indicia,
& minus quam plena probatio, & interdum ſupplentur qōnib.
interdum iureiurando,ar.l.admonēdi, ff.de iureiu.& l. maritus.
de qō.cū ſi. Interdū ſtat̄ p̄ſumptioni aſſumptæ a cōiter accidenti
3 bus vt de cōd.& demon.l. Lucius.† Item pone exemplum in eo
qui vult probare, ꝙ vitam ſuam defendēdo inimicum ſuum oc
cidit,vt in c.1.§.ſi quis alium, de pace tenē. nam ſufficit probare
a ꝙ aduerſarius animo occidendi,*a* vel vulnerādi in eum irruebat
ff.ad l. Aqui.l.ſi ex plagis,§.tabernarius.& l.is, q cū telo.j̃. de ſic.

ADDITIO.

a Ceſ. Animo occidendi. Ratio aūt huius dicti eſt in promptu: nam in delictis ſem-
per inſpicitur animus delinquentis.& ita no.Fel.in ſuo trac. quando puniatur co
natus,qui eſt poſitus poſt tit.de ſent.excom.poſt prin.& Corn ſin.ſuis,in uer.uis.

LEX XVIII.

1 *Libertas non probatur per conductionem rei a domino per ſeruū conductæ.*

1 AD PROBATIONEM. Licet ſeruus cōducat rē a do-
mino,per hoc non† probatur
libertas,nec per locationem operarum probātur ſeruitutes.h.d.
Not.hic idem ar. diuerſis modis vterque aduerſarius allegabat,
vnus.n.inducebat contractum ad libertatem præſumendam; a-
lius ad ſeruitutem præſumendam.& neutrius allegatio erat bo-
na de iure.ita dicit gl.quam no.

LEX XIX.

1 *Cauſa quoties agitur cum aliquo,cuius euentus mihi præiudicare poteſt,in
uito eo poſſum probationem inducere.*
2 *Confeſſionem,quam facit filius ſuper aliquo delicto pater reuocare poteſt.*

PRINCIPALITER Cauſa dr̄ principaliter ꝑtinere ad illū,
cuius magis intereſt : ſecundario autē
dr̄ pertinere ad illum , ad quem pertinet per quandam ꝯn̄tiam.
h.d.verbi gratia, manumiſi ſeruum,quidam tertius dicit eſſe ſuū
ſeruum, ego dico eſſe meum libertū. qō libertatis principaliter
pertinet ad manumiſſum , ſed quia ex manumiſſione ſurgit ius
patronatus, per quandam ꝯn̄tiam ēt mea intereſt , per quod in-
tereſſe poſſum meum ius patronatus defendere , etiā ſe inuito.
Vnde dicebat Fran. Accur.ꝙ hic verificatur prouerbium. Quel
1 lo,del quale è lo aſino,lo prenderà per la coda.†Tu no.hanc ſo-
lennem legem , quod quoties aliqua cauſa agitur cum aliquo,
cuius euentus mihi præiudicare poteſt, poſſum ego probationē
inducere,ēt inuito eo , cum quo negocium principaliter agitur.
vn̄ adde quod no.ff.de inof.teſt.l.ſi ſuſpecta.in prin. Et no. ꝙ etiā
2 inuito prodeſt veritas ab alio detecta. † Item no. per hanc l. *a* ꝙ
a pr̄ p̄t reuocare cōfeſſionē, q̃ fecit filius ſuper aliquo delicto pro-
bando ꝯrium,vt no.in l.2. §.ſi abſens,ff.ſi ex noxa.cā aga. Idē pōt
Abbas pro monacho,& dn̄s pro ſeruo,vt j̃.de acc.l.1. Item not.
in hac l.qd eſt dicere principaliter.& qd ſecundario. vnde ſume
ar.ad ſtatutū, quo grauius puniuntur principales delinquentes.

ADDITIO.

a And.Bar.Item no.per hanc l. An pater poſſit reuocare confeſſionem filij,vide Bar.
in præalleg.l.2. & an procurator poterit reuocare erroneam confeſſionem domi-
ni,dic quod ſic.Caſus eſt valde no.in l.ſi hominem,ff.man.& an hæres poterit re-
uocare erroneam confeſſionem teſtantis dic ꝙ ſic l.non idcirco.ſup.de iur.& facti
ign.& an poterit reuocari erronea confeſſio aduocati , dic quod ſic l.2.alias 3.ſup.
de err.aduo.& vide plene Bar.in l.error.ſup.de iur.& fac.ign.& an quis poterit re-
uocare ſuam confeſſionem erroneam.dic, ꝙ ſi incontinenti non accepto termino
ad deliberandum reſpondit,& vult illam corrigere, poteſt c.fi.& ibi Doc. de con
feſ.incontinenti non probato errore,gl.eſt ſecundum aliquos in c. apud miſericor
dem.31.q.j.ſed habes aliam in c.fi.de iurei.in 6. aut ex interuallo volunt illam re-
uocare,& non poſſunt,niſi probato errore,quod no.in locis præal. & c. præterea.
de teſti.co.Quid ſi præceſſit tempus ad deliberandum,& poſtea confeſſus eſt.dic,
quod non poteſt illam confeſſionem reuocare,vt eſt gl.in c.ex literis.de diuor.quę
ſecundum Bal.in l.ſi quidem,inf.de excę.eſt ſing. pro hoc vide etiam Bal. in l.diſ-
famari.ſup.de ing.ma.alle.l.1.inf.de confeſ. & quid ſi quis erat præſens,& fuit ſcri
ptum a Notario parte præſente, & acceptante confeſſ. an poſtea poſſit reuocare.
Dic quod non,ſm̄ Bal.valde ſing.in l.Gallus,§.idem recte,ff.de lib.& poſth. & di
cit,quod iſta eſt practica noua, & inaudita,quam ſumme no.& forte poſſes atten
tare,& dicere,quod ſi pater fuit præſens cum filio confitente , & pars aduerſa ac-
ceptaſſet,non poteſt poſtea reuocare confeſſionem filij per ſententiam Bal. & ſic
limitatur,quod hic dicitur. Or cogita,iſta tene menti,licet improuiſe iſta ſic dixe
rim,licet nunc ſim minimus ſcholaris Bal.in l.reos,C.de accu.

LEX XX.

SICUT SEMEL. No. hic ſimilitudinem per contrarium :
nam ſicut vera libertas nō reuocatur, ita
non data competit.& no.quod in actibus requiritur animus.

LEX XXI.

1 *Seruituti ſe ſubijcere non poſſunt,qui libertatem alijs dare non poſſunt.*

EAM,QUÆ. Allegatur hæc l. ꝙ in iurib. incorporalibus
quaſi poſſeſſio bona fide habita releuat ab
onere probandi,ſecus ſi mala fide & ita debet limitari gloſ. ff. ſi
ſer.ven.l.ſicuti,§.ſi quæratur.& h.d. Qui doloſe poſſidet liberta-
tem,in poſſeſſione ſeruitutis eſſe non vr̄. Itē ex libelli conceptio-
ne apparet, vtrum qs prouocet ex poſſeſſione ſeruitutis in liber-
tatem, an prouocetur ex poſſeſſione libertatis in ſeruitutem , nā
ſemper reus præſumitur eſſe in poſſeſſione niſi tenor libelli di-
cat ꝯrium. In tex.ibi, ſui conceptione.ſ.libelli, vt s̄.eo.l.cum pre-
2 cum. Iac.But.pōt ēt aliter exponi,vt in gl.† No.furtiuam vel vio
lentam poſſeſſionem nemini patrocinari in onere probationis,
& ſuper hoc articulo viles perſonæ debent torqueri, vt in gl.

LEX XXII.

1 *Patrem nemo ſibi aſſignare poteſt.*

1 PARENTES † Nemo ſibi pōt patrem aſſignare, ſed natura
aſſignat.vnde qui ſe vocat ex alio parente na-
tum non officit veritati.h.d.Idem in repu.dicendum eſt, vt l.aſ-
ſumptio.in prin.ff.ad muni.

LEX XXIIII.

2 *Actorum appellatione,quid contineatur.*

INTERROGATAM. Confeſſio apud acta nō in modum
iudici. facta,nō officit veritati,ſecus
1 ſi fieret ſolemniter in figura iudicij.h.d.tex.cum gl.† No.ꝙ noīe
actorum,continetur quicquid factum eſt in iudicis præſentia,e-
tiam ſi non ſit in figura iudicij.

LEX XXV.

1 *Inſtrumentorum omiſſio,vel amiſſio,non officit libertati.*

1 SICUT INSTRUMENTA. † Omiſſio,vel amiſſio inſtru
mentorum,non officit liber
tati.h.d.

LEX XXVI.

1 *Dominus tenetur ſeruo manumiſſo dare inſtrumentum libertatis.*
2 *Vaſſallus,qui confitetur ſe vaſallum,tenetur facere inſtrumentum recogni-
tionis feudi.*

1 SICUT DATAM. Dn̄s,†qui ſeruum manumiſit, cogitur
tradere inſtr̄m collatę libertatis.h.d.Et
eſt rō,qa ſicut non pōt venire ꝯ factū ſuū,ita non dēt eius proba
tio occultari:qđ de facili poſſet contingere,ſi inſtr̄m inde nō fie-
ret.iſtam rōnem reddit tex.& gl.declarat valde no.per iſtam rō-
nem apparet qđ non eſt ſpāle fauore libertatis,ſed quædam regu
la generalis.de quo vide per Mod.ff.ſol.mat.l.2.ver.nec cogitur.
Et no.gl.q̃ dicit,quē ad hoc compelli iudicis officio . Alij dn̄t, ꝙ
nemo cogitur facere inſtr̄m, qđ ab initio facere non propoſuit.
ſicut nemo cogitur ꝯ ſe . Item nec fundare originem petitionis
aduerſarij ꝯ ſe,vt s̄.de eden.l.fi. Fallit fauore libertatis, vt hic . Itē
fauore liberationis,vt s̄.de condic.ſine cā.l.diſſolutæ. Item fallit,
ſi ab initio fuit confectum inſtr̄m,ſed caſu fuit perditum,vt l.ne
caſu inf.de diſcu.li.10.dic,aut is,a quo hoc petitur confitetur:&
tunc cogitur facere inſtr̄m ; aut diffitetur, & tunc non cogitur.
2 † Et ideo vaſallus ſi qdem ꝯfitetur ſe vaſallum,tenetur facere in-
a ſtr̄m recognitionis *a* feudi.ſi aūt diffitet̄,non tenetur. tn̄ feudum
b amittit,vt in c.j.§.ſi vaſallus feudū,ſi de feu. fue. ꝯtrou. colla.x. *b*

ADDITIONES.

a Recognitionis. Adde tamē,quod in præiudicium ſuæ libertatis uaſallus inſtr̄m fa-
cere non poteſt,ſm̄ ipſum. Bal.in l.ſi quam,in uer.no.hanc legem. C.de op. lib.
b Phil.Dec.Col.10.Quando autem uaſallus negans rem feudalem, feudum perdat,
& an perdere debeat,uide per Fel.in c.cæterum.uer.negas.de iud. Quid autem ſi
uaſallus pro parte tantum neget.an in totum a feudo cadat.uide per Bal.ipſum in
c.1.§.uaſallus.lo 1.uer.dicitur hic.ſi de feu.fue.contr.inter do.& uaſal.

LEX

LEX XXVII.

1 *Quæſtio ſopita, iterum non poteſt introduci.*

1 Arianus. † Quæſtio ſopita iterum introduci non pōt, & confeſſio cohæredis non præiudicat cohæredi. hoc dicit.

LEX XXVIII.

1 *Dignitas aui paterni, uel materni, non probat ingenuitatem.*

1 Aui paterni. Dignitas † aui paterni, vel materni ad ꝓbandum ingenuitatem nō ſufficit: quia paternus ſtatus non dependet a materno, aut poſſibilis ſtatus cōtrarietas, non infert neceſſariam conſequentiam. h.d.

LEX XXIX.

De ancilla. Qui redimit ancillam, vt eam teneat in ꝯcubinatu, non propterea eā manumittit. h.d.

LEX XXX.

1 *Vaßallus non priuatur feudo propter leuem inobedientiam.*

Solo. Licet libertus non præſtet patrono operas obſequales, non tamen propterea in ſeruitutē redigatur. h.d. not.

1 Et eſt arg. † quod vaſallus propter leuem inobedientiam nō poſſit priuari feudo, ſecundum gl. & eſt expreſſum in vſib. feudorū, quod grauis debet eſſe felonia, non leuis, vt vaſallus feudo ſit priuandus, & ponitur exemplum de grauibus, quando eſt talis offenſa, propter quam filius poſſit exhæredari a patre, vnde tex. æquiparat vaſallum filio, & eſt tex. valde notabilis.

LEX XXXI.

1 *Criminaliter poteſt accuſari, qui per calumniā fuit ciuiliter litē proſecutus.*

Si tibi. Qui per calumniam dicitur ſeruus, probata cā liberali, poteſt iniuriarum experiri, & ēt de rebus, quas ei ablatas dicit. no. ordinem. † Item no. ꝙ ille, qui ciuiliter ꝑ calūniam aliquem trahit ad iudicium, poteſt de iniuria criminaliter puniri, quod eſt no. dignum: licet gl. ſentiat contrarium, inſtit. in procœmio. Dic, ꝙ ſi calumnia eſt expreſſa, poteſt criminaliter accuſari: tamen finita lite ciuili & non ante. caſus eſt not. huius l. ſed quando eſſet calumnia tacita, ſine dubio forte iuramentum calumniæ ſufficit ad excu. actoris.

LEX XXXII.

1 *Subſcriptio non mutat ea, quæ ſcripta ſunt.*

Subſcriptio. Libertati nil addere, vel detrahere poteſt ſubſcriptio filiorum manumittentis. h.

1 d. No. quod ſubſcriptio non mutat ea, quæ ſcripta ſunt, & certos fines habent.

LEX XXXIII.

1 *Manumiſſio poteſt fieri per pecuniam.*

2 *Feudum pretio concedi poteſt.*

1 Licet. † Etiam per pecuniam poteſt fieri manumiſ. h.d. Itē emancipatio, vt ff. de verb. obl. l. vtrum. Item † feudū

2 licet debeat dari gratia & amore: tñ ſi pretio conceditur, valet ꝯceſſio, quia multa fieri non debent, quę facta tamen tenent, vt ff. de aqua quoti. & eſt. l. 1. §. permittitur.

LEX XXXIIII.

1 *Ancillam per concubinatum non conſequitur libertatem.*

1 Libera. Ancilla † per concubinatum non conſequitur libertatem. h.d. & eſt ar. quod licet dominus teneat vaſallam ſuam in concubinatu, & honorifice tractet eam, tamē per hoc non deſinit eſſe vaſalla.

LEX XXXV.

1 *Seruus non efficitur libertus, licet officio tutoris in perſona domini fungatur de facto.*

1 Non idcirco. † Licet ſeruus tutoris officio fungātur de facto in perſona domini ſui, non tamen efficitur libertinus. h.d.

LEX XXXVI.

1 *Paciſci per pactum expreſſum ꝙ feudo renunciare non liceat, an quis poſſit.*

Poſt certi. Pactum factum cum ancilla, vt ſi certo tpe ſeruierit, debeat manumitti, nullam neceſſitatem manumittendi imponit; nec eō pactum de ſeruiendo ad tps officit libertati, ſed ille qui promiſit ſeruitia, tenetur ad intereſſe, niſi ſe in perpetuum obligaſſet: qa tale pactum ingenuitatē onerans, eſt ipſo iure nullum, ſecundum glo. quam no. & hęc eſt rō. Quia vaſallus poteſt renunciare feudo inuito domino, quia alś pactum non valeret, nec iuſm fidelitatis, vt in c. j. de vaſa. qui cont. conſt. Loth. coll. x. cum n. eſſet perpetua ſeruitus, non poſſet induci per pactū. † Et ex hoc vr̄ dicendum, ꝙ per pactū expſſum non poteſt qs paciſci, ꝙ non liceat feudo renunciare, quod non puto verum, quia in feudis natura ipſius feudi, quæ in forma iuri explicite & implicite continetur, & pactis etiam augeť, & minuitur, debet perpetuo cōſeruari. arg. l. 2. ſup. de iure emph.

LEX XXXVII.

1 *Scientia propter perſonarum affinitatem præſumitur.*

2 *Matrimonium contrahens cum conſanguinea, uel affine, impedimentum ſcire præſumitur.*

Si filium. Inter cognatos præſumitur ſcientia, & participes eiuſdem criminis inuicem ſe non accuſant. hoc d. Caſus quidam filium ſuum ingenuum vendidit ġro ſuo. non valet venditio, & incidit in lege Flauiā, de plag. nunc ille, qui emit, vult accuſare venditorem de plagio, quæritur nunquid poſſit? Reſpon. ꝙ non, quia ſunt ſocij eiuſdem criminis, &

1 ſocius ſocium eiuſdē criminis non accuſat. † No. ſcientiam præ-

a ſumi pp perſonarū affinitatem. Item no. ꝙ ſocius criminis aliū ſocium non accuſat. dicit glo. ꝙ nec iudicat, nec teſtificatur, & eſt valde no. † Modo quærit gl. qualiter reus formabit exceptionem ſuā. nam ſi dicit non poteſt iudicare, accuſare, vel teſtificari, quia ſocius confitetur ſe deliquiſſe, ergo pro condemnato debet haberi, vt l. proinde, ff. ad l. Aquil. & ſi non punitur virtute accuſationis debet puniri officio iudicis, ārgū. ſ. de teſt. l. nullum Reſpon. gl. valde no. ꝙ exceptio dēt cōditionaliter formari hoc modo excipiendo dico ꝙ non commiſi hoc crimen, & ſi commiſiſſem, tu non potes accuſare: nam qui excipit condōnaŕ, & negatione præmiſſa, non fatetur, quia exceptio contra perſonā opponitur. vnde ſi accuſator non eſt legitimus, non procedit iudicium, & ideo confeſſio non ꝑiudicat. iſta verba ſunt gloſſ. Vel dic, ꝙ non dicat excipio, quia ſocius, ſed quia ſimili crimine eſt irretitus, vel dicat, excipio, ꝙ tu commiſiſti illud crimen quod intentas ꝯ me, non ego. Sed nonne teſtes deponent, ꝙ vterque deliquit? Reſpon. non debent hoc modo interrogari, ſed an accuſator deliquerit. ſed poſito ꝙ interrogetur, & deponant, non nocet reo reorum depoſitio, tum quia lite non conteſt. tum qa nō ſunt ad hoc inducti, & adde quod no. in c. mediatores. de teſt. li. 6. Extra gl. no. ꝙ par pari non obijcit delictum eiuſdem generis,

2 vel ſpeciei. † Item no. arg. ꝙ ille, qui contrahit matrimonium cū conſanguinea, vel affine, præſumitur ſcire impedimentum, ut hic, & ff. vnde cognati, l. octaui, & ſ. de in integr. reſtit. mil. l. tute. Item not. quod vbi accuſator non eſt legitimus, iudex vlterius non inquirit, nec intromittit ſe, niſi in abſoluendo a foro, & hoc eſt quod no. in litera dicit, criminis accuſator deeſt.

ADDITIO.

a A. B. No. ſcientiam præſumi. No. quod ſocius ſocium non accuſat, nec iudicat. tex. eſt ſing. ſecundum Ang. l. 3. §. fi. de cond. ob tur. cau. uide omnino. Bar. Cel. Facit ad hoc quod no. iſte conſ. 373. uo. 3. & Raph. Ful. conſi. 131.

LEX XXXVIII.

Non idcirco. Qui nemine ꝯdicente eſt creatus Limitarcha, poteſt tamen qōnem ſtatus pati. h.d. Idē vr̄ ſi creatus ſit Patriarcha. Sed gl. dicit, quod hoc non eſt verum, quia officium Liminarchæ poteſt ſeruo committi, ꝙ non eſt verum, quia eſt publicum officium.

LEX XL.

1 *Lite conteſtata in cauſa aſcriptitiæ conditionis, an procedi poſſit.*

2 *Cauſa beneficialis quando dicatur liberalis.*

1 Iuxta. In cā liberali poteſt procedi lite non conte. h.d. Quærit gl. † quid in cauſa aſcriptitiæ conditionis. Reſp. gl. ꝙ hæc dr̄ cā liberalis, vel ſaltem cauſa ſtatus, quam not. & pari rōne ēt cauſa monachatus dr̄ cauſa liberalis. & poteſt procedi lite non conteſt. Quærit gl. quid ſi non agatur de libertate competente, ſed petat quis ſibi libertatem præſtari. Reſpō. glo. quod hæc qō non eſt liberalis. & ad hoc, ff. de iud. l. qui ſe. dic, vt no. j.

2 eo. l. fi. † Et eſt ar. ꝙ cauſa beneficialis dicatur liberalis, a vbi agiť

a de beneficio eccleſiaſtico collato, ſecus ſi de conferendo, vt quia Papa mandauit conferri. Idem quod gl. dicit Azo. in ſum.

ADDITIO.

a Celſ. Cauſa beneficialis dicatur liberalis. Adde gl. & Card. c. 2. q. 11. extra, de procu. & melius in cle. 1. q. 2. ext. de re iud. & omnino in clem. 1. q. 36. de iu.

LEX XLI.

1 *Confeßio coram Tabellione facta, non habet executionem paratam.*

Iubemus. Epiſtolaris pagina ſcripta ad ſeruum, tanq̄ ad publicum officialem, vel ad ſuperiorem (de cuius ſeruitute conſtat) inanis, & vacua eſt iudicanda, de ſeruitute vera. conſtat autem per confeſſionem factam coram iudice cōpetente. h.d. Opp. ꝙ per confeſſionem non probetur ſeruitus, vt j. de agr. & cenſ. l. cū ſcimus. libr. 11. Solu. ibi fuit conceſſio facta non coram iudice, ſed coram Tabellione ſm gl. facit. j. de fi.

2 deiuſſ. l. pen. & ſ. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. pen. in gl. † Ex qua no. argū. ꝙ confeſſio facta coram Tabellione non habet executionē paratā. Vel dicit gl. Ibi facta fuit confeſſio non in figura iudicij, & ideo non habet vim rei iudicatę, vt ſ. eo. l. interrogatam. Et ꝑdicta vendicant ſibi locum in qualibet cauſa ſtatus, puta in aſcriptitijs. Tene menti gl. qa ſin. eſt. Ex qua no. quod confeſſio facta coram Notario maleficiorū abſq; iudice, vel corā iudice non in figura iudicij, non facit plenam ꝓbationē, ſed facit īdiciū. ita dicit gl. valde no. Item no. ꝙ ꝯfeſſio facta in vno iudicio nocet in alio, & ita ſp allegatur. Item no. arg. ꝙ licet Eps ſcribat alicui, tanq̄ Canonico, tñ pōt poſtea eum negare Canonicum, & referre ſibi qōnē Canonicatus, qa iſta verba non ſunt ſolennia.

LEX XLII.

1 *Sententia ſuper felonia patris lata, non nocet filio ſuper feudo antiquo.*

2 *Mulier prægnans ſi eſt bannita, partus qui poſtea naſcitur, in ciuitate morari non poteſt.*

3 *Lupam prægnantem capiens, pro lupatinis præmium habere non debet.*

Placuit. Sententia lata cũ matre ꝓgnante afficit partũ. ſe-
cus ſi ante iudicũ, partus erat editus, & eſt ratio
dñiæ, quia primo caſu erat pars viſcerum, ſecundo caſu erat per
ſe diſcretus a matre. Et hæc diſtinctio non hẽt locum in patre,
1 ꝗa partus nunꝗ̃ eſt pars viſcerum patris.† Et eſt arg. ꝙ ſententia
lata ſuper fellonia patris, non nocet filio ſuper feudo antiquo:
ſecus ſi habet originem in perſona ipſius condemnati de fello-
nia, vt l. 3 ff. de inter. & releg. Conſidera, aut fellonia eſt commiſ-
ſa in perſonam domini, aut extra ꝑſonam. primo caſu prçindi-
cat delictum patris tã filio, ꝗ̃ liberis eius, ſucceſſorio ordine feu-
di ſucceſſuris, & veniunt agnati, ꝗ ſunt in quarto gradu. i. ꝗ vſq;
ad eũ gradũ ſunt, ꝗ nib. nõ dẽt nocere alterius culpa, vel dolus, vt
l. ſancimus, j̃. de pœ. & in c. j. §. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. fue.
cont. ꝗbus non extantib. feudum reuertit̃ ad dominum. Si autẽ
delinꝗtur extra ꝑſonam dñi, aut fellonia reſpicit pacta feudi, vt
ꝗa vaſallus non ſeruat ea, ꝗ̃ tenet̃ ſeruare iure ꝯ̃ctus, & tunc aut
ꝑ voluntatem, & tunc feudũ reuertitur ad dñm; aut ꝑ impertinẽ
ſiam, & tunc ſecus, vt in c. j. §. itẽ ſi delator, ꝗ̃ fuit. pri. cau. bene.
amit. & eſt rõ ꝗa feudũ eſt datũ ſub modo: & ideo ſi modus ſtu-
dioſe non ſeruatur, quia deficiente forma feudi, deficit eius eſſe,
vt ff. loc. l. quæro, §. inter locationem, aut fellonia cõmittit̃ extra
legẽ ꝯ̃ctus, puta ſi vaſallus cucurbitat, vel conatus eſt cucurbita-
re dominã ſuã, &c. vt in c. j. §. itẽ ſi fidelis. ꝗb. mo. feu. ami. & tũc
põt diſtingui inter feudũ nouũ, & antiquũ, vt ſ̃. dixi. Alij dicunt
ꝙ vbicunque fellonia ꝓprie reſpicit dñm, poteſt dñs (ſi vult) ꝯ̃
quoſcunq; hr̃e ſuæ iniuriç vltionem, vt in c. j. §. deniq; quæ fuit
prima cã bene ami. colla. x. Sed male dñt, ꝗa tex. ibi dicit, ſi in do
minum peccauerint. i. intra ꝑſonam dñi, non extra, vt ff. de flum.
l. 1. §. in flumine. Sed nũquid ille, ꝗ ꝑ̃ſcripſit feudum, cadere poſ-
ſit a feudo? Reſp. ſic, ꝗa ꝑ̃ſcriptio, & conſuetudo eſt altera natu-
ra. & ideo quæ naturalr̃ inſunt feudo conuento, ineſſe videntur
& feudo præſcripto. ergo ſi non prçſtat ſeruitium, non habet bñ
ficium, vt in c. 1. §. ſi ꝗs per 30. ſi de feu. fue. contr. † Item l. noſtra
eſt arg. ꝙ ſi mulier prægnans eſt bannita, ꝙ partus ꝗ poſtea naſci
tur, non poſſit in ciuitate poſtea morari, ꝙ non credo verum, ꝗa
delictum matris non nocet puero, vt Inſtit. de ingenu. §. Et ex ꝯ̃-
3 rio, quia nemo aliena culpa fit reus criminis. † Item eſt argu. ad
qõnem illius, qui capit lupam prægnantem, ꝙ non debeat habe
4 re ꝓ̃mium pro lupatinis, ꝗa ſunt vnum, & idem corpus. Si autẽ
caperet lupam, quæ haberet lupatinos pendẽtes ad vbera, adhuc
videretur idem, vt ff. locati. l. ſed addes, §. ſi quis mulierem, quia
adhuc ſunt quodammodo pars viſcerum matris. Non ob. l. no-
ſtra, quia non eſt caſus ſimilis. Item eſt l. poſtea arg. ꝙ ſi penden-
te lite inter uirum, & uxorem ſuper diuortio, aliqui filii naſcun-
tur, ꝙ diuortij ſententia noceat eis. Nam ſi v. g. pronũciatur ma-
trimonium nullum ꝑꝑ conſanguinitatem, iſta ſentẽtia facit ius
quoad ventrem, ar. huius l. & l. 1. in fi. ff. de lib. agno. Sed Ber. no.
contrarium ext. qui fil. ſint leg. c. cum inter.

ADDITIO.

a Celſ. Sunt unum, & idem corpus. Adde Bar. idem tenentem in l. qui in utero per illum tex. uide etiam illum, ff. de ſta. ho. Ale. de Imo. in l. in lege Falcidia, la 2. poſt Cyn. ff. ad l. Fal. & Io. de Imo. in lege Falcidia, §. placuit. eod. ti.

De aſſertione tollenda. Rubrica.

LEX VNICA.

1 *Caſus, in quo quis per procuratorem reſpondere non poteſt.*

Lites Ad euidentiam præmitte, qđ de quadã iuris pru-
dentia ſtatutũ erat, qđ ſerui putatiui ſiue aſſerti, ñ
poſſent litigare cũ his, qui ſe dños prætendebant, niſi per
quoſdam qui vocabant̃ aſſertores, ꝗ forte deputabant̃ ad defen-
ſionem libertatis, procuratorib. nullum locũ hñtib. Item oporte
bat cãs per tres ſñĩas diffiniri, alias non generabatur præiudiciũ
victo. Modo Imperator per hanc ꝯſtõnem remouet aſſertores.
Item abbreuiat terminos litium. Dicit ergo, quod loco aſſerto-
rum pñt conſtitui procuratores, videlicet per eum, qui dicit ſe
dña. Ille vero, qui dicit ſe liberum ex poſſeſſione libertatis, põt
a procuratorẽ ꝯſtituere. Sed ſi ex poſſeſſione ſeruitutis, non p̃t per
procuratorem iudicio ſiſtere, ſed ſolũ per ſeipſum, & hoc perti-
net ad præparatoria, ſeu ad principiũ iudicij. Sequit̃ aliud, quod
pertinet ad terminũ litis, v3 t, ꝙ vnica ſñĩa non ſufficit niſi appel
latũ ſit, & ſic eſt neceſſaria applĩo, ſi ſñĩa diſplicet, & ſi ſñĩa appel-
lationis ꝯfirmat primã, non appellat̃ iterũ ſm primã lecturã, vel
ſm aliã p̃t appellari ẽt ſecunda vice, ſed nõ tertiã, & ſic qñ appel-
latur in cã ſtatus, ſeruat̃ ius cõe. In tex. ibi, interdicimus no. caſũ,
1 † in quo quis non p̃t rñdere per procuratorẽ, ſed ipſe ꝑſonaliter
iudicio dẽt adeſſe. Quid ergo eſt impeditus? Rñdeo, admittit̃ ex-
cuſatio, vt ff. de procu. l. ſeruum quoq;, §. publice. Quæro, in quo
iſti aſſertores differebant a procuratoribus? Dicit gl. ꝙ de calum
nia iurabant, certe ẽt ñ erãt veri procuratores, ꝗa no habeãt mã-
datũ a dño litis, vt ff. iudicatũ ſolui. l. 3. §. ſed ſi forte. Illud not. qđ
b poſt tres ſñĩas *b* nullum eſt remedium etiam nullitatis, in cauſa
liberali, vt hic, ſed in cauſa beneficiali dic vt in c. vt calumnijs, de
re iud. in Clem.

ADDITIONES.

a Conſtiruere. Vide ad hoc l. ſed & hæ, §. j. ff. de proc.
b Tres ſententias. Vide in l. j. inf. ne lic. ter. pronoc.

1 *Inſtrumentis dotalibus permittitur, quod dos in tuto reponatur.*
2 *Sequeſtrum quare fit in poſſeſſorio retinendæ,*
3 *Difficultas probatur per iuramentum.*
4 *Satiſdans de iudicio ſiſti, debet in abſentia citari tribus edictis.*
5 *Contumax per annum in contumacia ꝑſeuerans, contra ſe confiteri videtur.*
6 *Ius ſuum perdit, qui ſuſpenſo primo iudicio coram alio iudice reũ trahit.*
7 *Cautio iuratoria propter inopiam, an ſufficiat.*

§. Super peculio. Etiam ſublata veteri obſeruãtia
peculium eſt eorũ, ꝗ ex poſſeſſio
ne ſeruitutis ad libertatem proclamant, & quæcunque res ꝑ eos
tentç, mandato iudicis ſequeſtrãtur in tuto. Si autem ex poſſeſ-
ſione libertatis patiuntur controuerſiam, ſatiſdant de iudicio ſi-
ſti, & rebus reſtituendis, caſu quo ſuccumbant ſi poſſunt, alias ꝯ-
mittitur iuratoriæ cautioni, tam de iudicio ſiſti, ꝗ̃ de rebus reſti-
tuendis, & de impotentia dandi fideiuſſores, ſciẽtes, ꝙ ſi ꝑ annũ
poſtea extiterunt ꝯtumaces, tanꝗ̃ ſerui aſſignabuntur ei, ꝗ eos in
ſeruitutẽ vendicabat: & hoc eſt introductum ꝯ̃ ꝯtumaces. Sed ꝯ̃
eos, qui prætẽdunt ſe dominos, eſt ſtatutũ, ꝙ ſi pendente lite co-
ram vno iudice trahant ad alium, cadant a cauſa, niſi hoc conti-
a gerit facto rei. h. d. no. In tex. ibi, ſuper *a* peculio, i. ſuper eo, quod
dr̃ conceſſum in peculium; non tamen hoc conſtabat. Item tex.
1 ibi, in tuto. pro diſpoſitione iudicis collocari. † No. iſtum *b* text.
b ad inſtr̃a dotalia, in quib. ꝑmittitur, ꝙ dos in tuto collocetur, ꝙ
idem eſt dictum, ꝙ in tuto apud ſequeſtrum deponatur, vt extra
2 de dote poſt diuor. rçſti. c. nup. † Not. arg. quod in poſſeſſorio re
tinendæ fit ſequeſtrum, ꝗa agens prouocat iudiciũ ex poſſeſſio-
3 ne, ſecus in poſſeſſione recuperandæ, ꝗa agens nõ eſt ĩ poſſ. † In
c tex. ibi, reuera impoſſibilis. no. difficultatẽ per iur̃m *c* probari. Itẽ
no. ĩ ſubſidiũ recurri ad iuratoriã cautionem. In tex. ibi, ꝙ ſi poſt
4 † no. ꝙ ſi ꝗs ſatiſdedit de iudicio ſiſti tñ debet in abſentia citari tri
bus edictis, etiam ſi de iudicio ſiſti iurauerit, nec ſufficit vna, vel
bina citatio, & vide ꝙ no. in c. 1. de mil. vaſ. ꝗ cõt. eſt. colla. x. Item
no. ꝙ non ideo ꝙ ꝗs eſt contumax, ſtatim ꝑdit litem: & facit ex-
5 tra, de iud. c. j. † In tex. ibi, per vnum annum. no. ꝙ contumax ꝑ
vnum annum in contumacia perſeuerans, vr̃ ꝯ̃ ſe confiteri, & ꝑ
dit beneficium libertatis. Quid de beneficio eccleſiaſtico? Dic, vt
legitur, & no. extr. de iud. ca. 1. In tex. ibi, accuſationem, i. petitio-
nem ſecuta citatione, alias debet omittere iudicem primum, &
6 alium adire. In tex. ibi, in quocunque alio iudicio. † Not. ꝙ ille,
d *d* ꝗ primo iudicio ſuſpenſo, coram alio iudice reum trahit in cã,
perdit ius ſuum in ipſo iure, ſed debet priuari per ſentẽtiam. Fal-
e lit *e* ſi hoc contingat culpa rei, vel ꝗa primum iudicem contem-
f nens *f* nolebat comparere coram eo, nec eum timebat: nã tunc
põt coram alio iudice conueniri, quod eſt no. dignum. Item fal-
g lit ſi actor primæ inſtantiæ renunciet ſm glo. Quæro, nunqd *g*
idem ſit in alijs cauſis, ꝙ in cauſa liberali, vt qui ſpernit iudicem
primum, & vadit ad alium, perdat cãm? Pet. dicit, ꝙ ſic, arg. ꝯ̃ de
iudi. l. nulli. & ibi per Cy. Ber. dicit ꝯ̃rium, ext. de reſcr. c. ex teno-
7 re, ꝗa hoc eſt ſpãle ſm Ber. ꝙ eſt verius. † Extra quæritur, *h* nun-
h qd ꝑꝑ inopiam ſꝑ ſufficit iuratoria cautio? Rñd. non, eſt. n. ſpãle
in præparatorijs iudiciorum, vt hic, & ff. ꝗ ſatiſd. coga. l. j. & ff. de
iud. l. 2. §. ſed & ſi dubitet. & forte idem vbicunque eſt neceſſaria
ſatiſdatio, & non voluntaria vt no. in l. 5. ſ̃. de vſufr. ꝙ nõ placet:
nam tutor, qui nõ põt ſatiſdare, remouetur ab officio, vt ſ̃. de
tut. vel cur. qui non ſatiſde. l. 2. quæ eſt ad hoc notabilis.

ADDITIONES.

a Super. Iſtum tex. no, alle. Bar. & induxi poſt eum in l. ꝙ priusquã. ff. de op. no. nũc
b No. Iſtum voluit allegare c. per veſtras, ext. de don. inter vir. & vxor.
c Per iuramentum. Sentit hic Bar. iuncto tex. ꝙ ſemper diffitultas potentiæ cauendi probatur per iuramentum, vt perueniat ad iuratoriam cautionem, tamen ſatis violat literam iſtam. & vide no. in l. vſufru. ff. de vſufr. & Bal. inf. ea. l. & Ang. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. & in auth. generaliter, in prin. ſup. de epiſ. & cle. ibi tex. & limita, vt per Pau. de Ca. in l. 1. præall. poſt Bal. in lect. antiq.
d No. quod ille. De exceptione litis pendentis, vide Bar. in l. peremptorias, in fine, infra ſen. reſcin. non poſſ.
e Fallit. Quod hic dicitur ſi negabat ſe ad illud poſſe ibi conueniri, vt no. Bald. in l. fi. in §. 1. ſupra, de leg. & in l. 2. in fi. eo. tit.
f Contemnens. Vide Bar. in l. vbi cæptum, & quæ ibi dixi, ff. de iud. Bald. in l. 1. ſup. communia deleg. & gl. fin. hic.
g Quæro nunquid. Vide quæ dixi poſt in l. nulli. hic alle. quid in cauſa appellationis. vide l. ſi quis libellos, inf. de app.
h Extra quæritur. Vide not. in l. 5. ſup. de vſufr. Bar. in l. fi. inf. de prin. agen. in re. li. 12. & in l. fin. de ferijs.

LEX II.

1 *Actionis fundamenta, quot ſint.*

Expeditam. Si ſeruus venditus moritur ante litem conte. in cauſa liberali non debetur euictio: ſed ſi moritur lite conteſtata, debetur euictio, niſi venditor doceat de dominio. h. d. Quæro nunquid idem ſit in alia re vendita mortua pendente lite. Solu. vt ff. de rei vendica. l. vtique. In tex. ibi, reddat. id, ꝙ emptionali inſtrumento continebat̃, vel na-

1 tura ꝯctus exigebat. Not. † ꝙ duo ſunt fundamenta actionis de
b euictione.ſ.pactū,& natura ꝯctus. In tex.ibi, vna tantummodo p
ſona.no.ꝙ forma iudicii deſtruitur,ſi vna de perſonis ſubſtantia
libus iudicij de medio ſubtrahaẗ, & hoc cum diſtinctione, quæ
a ſequitur. In tex.ibi,vel venditor oſtendat. No. ꝙ *a* non præſumiẗ
venditor dominus,niſi probet. In text.ibi, quaſi libera perſona,
no.p̄ſumi liberum,qui ſeruus non probatur. Quæro, nunqd per
iudicem liberalis cauſæ recipiantur iſtæ probões vēditoris. Re-
ſpon.non ſic.ff.de iud.l.venditor.vende ſi non probat, & in ſe ſu
ſcipit iudicium,per eundem iudicem liberalis cauſę cogetur eui
ctionem præſtare emptori,& hoc eſt quod dicit gl.prædictæ l.vē
ditor.ꝙ de reb.venditoris ſatisfiat.Idem dicit But.j.de ſen.& in-
terlo.om.iu.l.cum eorum. & hoc eſt quod dicit litem implere,
ſecus ſi venditor non ſuſceperit in ſe iudicium, quia tunc cōtra
venditorem oportet agi de nouo coram iudice ſuo.

ADDITIO.

a No.quod faciunt ad no.per Bar.in l.cum res,ſup.de prob.

Quibus ad libert. proclamare non licet. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Libertas non perditur diſſimulatione.*

1 **D**Iſpar. † Diſſimulatione libertas non perditur, ſed
pretij participatione cū ſuis annexis, & oportunis.h.d. Quæro, an diſſimulans puniatur,& qualiter,
dic vt in glo.

LEX II.

1 *Bannitum capiens efficitur eius dominus,ſtantē tali ſtatuto.*

De latronum. Familia latronum efficitur capiētis,
ſi hoc dictat decretum Principis, vel
1 fiſci ſtatutum.h.d.† No.mirabile ſtatutum valere,vt qui capit bā
nitum,fiat dn̄s eius,ꝙ alibi non reperitur: nam de iure commu-
a ni dēt ſtatī iudici ꝯſignari.*a* tex.ē vnicus, j.de male. & math.l.fi.

ADDITIO.

a Celſus.Debet ſtatim iudici conſignari. Idem no.iſte in addi.ad Spe.in tit.de compe.iud.adi.item eſt argumentum.

LEX III.

1 *Confitens debitum,agentem reconuenire non poteſt.*
2 *Reſtitutio de certis debet fieri.*
3 *Res per negationem,an efficiatur dubia.*
4 *Res per verbum, non credit,an efficiatur dubia.*
5 *Relictum alicui factum, propria eius contemplatione præſumitur factum, & non alterius.*
6 *Cautione idonea interpoſita,an ceſſet ſequeſtrum.*
7 *Sequeſtrum licet ſit factum, non tamen contendit de proprietate rerum.*
8 *Res ſit dubia,ne detur noua poſſeſſio.9.*

Si quis in libertatem. Qui ex poſſeſſione ſerui
tutis proclamat in inge
nuitate,teneẗ cōfeſtim reſtituere aduerſario res,quas confitetur
ipſius:ſed ſi diffiteẗ debet p̄ſtare cautionem, de ipſis reb. conſer-
uādis,ſi liber pronuncieẗ, & appareat dictas res ad aduerſarium
ꝑtinere,vel ex ꝑtinentibus, aut fructib. earū ꝯparatas eſſe porro
extrinſecus quæſita ad ipſum victorem pertinent,& lata ſentētia
anteq̄ appareat cuius ſint res, ſequeſtrabunẗ,& ꝯſtito ad quē de-
1 bēt ꝑtinere,reſignabunt eidē.h.d.† No.ar.*a* ꝙ ille,q confitetur de
a bitū,nō poſſit reconuenire agētē,qa amodo nō eſt iudicium. tu
dic,ꝙ aut ꝯfiteẗ nō in figura iudicij,& ceſſat recōuētio,vt ff.de iu
di.l.& ſi reſtituaẗ,qa nulla eſt lis,aut in figura iudicij, & tunc aut
in ipſa rn̄ſione, & procedit reꝯuentio, ſed nō modus recōuentio
nis:qa nō ſuſpēdiẗ certum pp incertum,i. non procedit recōuē-
tio quantum ad ſimilitudinem ꝓcedendi, ſed quātum ad ius fo-
ri,aut ex interuallo poſt confeſſionem, & tunc quo ad neutrum
hēt locum recōuentio: qa amodo non eſt procedere, ſed ſopitū
2 eſſe,vt hic.† No.ꝙ de certis debet fieri reſtitutio, de incertis au-
tem debet p̄ſtari ſatisdatio concordat,ff.de ſta.lib.l.ſtatuliber ra-
tionem.nā ibi dicit de dubio ſatiſdari,ſic extra,de verb. ſign.c.ex
parte.& valet hoc ad qōnem,ſi aliqs forbannitus dicit ſe eximē-
dum de libro forbannitorum: qa iniuſte bannitus eſt: & paratū
ſe offert deponere illam pecuniam, pro qua bannitus eſt, quod
in dubio audiendus eſt,volens ſatiſdare ſoluendo, ſi appareat eū
iniuſte forbannitum,vel etiam depoſitionem facere, ſm Iac. de
Are.qui ita no.in d.l.ſtatuliber rationem. Tu dic, ꝙ cum bannū
ſit quædam ſententia,ſtādum eſt banno,donec ꝯtrium appareat,
ff.de tranſactio.l.poſt rem. No. in iſta l.ꝙ non eſt diſputandum
b *b* de eo, quod ſtatim cōſtare pōt. ſi igitur petit vxor ſibi reſtitui
virum,& vir paratus ſit incontinenti probare de conſanguinita-
te,non eſt audiēda,vt no.xcvj.diſt.cap.bene quidem.Sed lex no-
3 ſtra p̄t in ꝯtriū allegari, qa p ꝯdictionem fit res dubia. † Quæro,
c nunquid ſit verum,ꝙ per negationē *c* fit res dubia & vr̄ ꝙ ſic,vt
hic.In ꝯtriū vr̄ per ea,quæ no.in l.1. ſ.de proc. vbi non dr̄ dubitari
de mandato per ſolam negationē, ſed per qualemqualem pro-
bationem mandati.Sol.fit res dubia quātum ad neceſſitatem ꝓ-
bationis,vt hic:non quantum ad releuandum ab onere proban-
d di,vt in l.contraria. Quæro, *d* nunquid per verbum, dubito, res
dubia fiat. Reſpond. ſic, niſi quis dubitet de eo,de quo nō debet
dubitare,vt ſ.de ſum. Trini.l.nemo clericus.& ff.de tranſactio.l.
4 poſt rem iudicatā.† Quæro nunquid *e* p verbū,nō credo, fiat res
e dubia? Reſpon.ſic,adeo ꝙ ſi qs rn̄dendo libello animo litem cō
teſtandi dicat, non credo libellum verū. per tale reſponſum fiat
litis conteſtatio,vt extra de reſti.ſpo.c.cum ad ſedem.& ibi no.p
Bar. In tex.ibi,q̄ſtu ac fructib.not.ſing.tex.ꝙ res empta ex fructi
bus loco fructus ſuccedit.In tex.ibi,de furtiuis compendijs. No.
quod natura ſeruorum eſt furari.Idem faciunt famuli ſcholarū
quod vulgo appellatur Trebellianum ſm gl. quam tu ſcholaris
5 tene menti.In tex.ibi,quę teſtō.† No.hunc tex.valide,ꝙ qn̄ quid
legatur,vel relinquitur alicui,relictū præſumitur propria eius cō
templatione.& non alterius. Idem in reb. donatis. In tex.ibi, in
6 ſequeſtro.Op.quod † cum fuerit interpoſita idonea cautio,ergo
ceſſat ſequeſtrum.Sol.aut capit de conſeruando,& tūc poſt ſen
tentiam fit ſequeſtrum:hoc enim modo fuit ſuperius cautum,
vt patet in verbo,cōſeruabitur, aut fuit idoneè cautū de reſtituē
do,& tunc ceſſat ſequeſtrum,vt ff.qui ſatiſ.cogan.l.fideiuſſor,§.
fi.ꝙ eſt bene no.Item no.valde hunc tex. Pone, lata eſt ſn̄ia vr̄is
ſuper petitione hæreditatis pro actore, nam in executione ſentē
tiæ res,de qb.dubitatur an ſint hæreditariæ,ſequeſtrabuntur, qa
non ſic lex a modo confidit de tempore.ſic j.quorum app. non
re.l.ab executione.In text.ibi, ad eorum proprietatem vterque
7 contendit.† No.optimum tex. ꝙ licet ſit factum ſequeſtrū, non
contendit proprietatem rerum cum ſequeſtro, ſed inter partes,
8 ar.de iud.c.examinata.† Extra quæro, nunquid *f* per negationē
f extra iudicium factam fiat res dubia;& vr̄ ꝙ ſic.vt ff. depoſiti.l. ſi
quis iuſtificatus, nam econtra per confeſſionem fit res certa, vt
ff.de Aedi.l.edic.quero.§.fin.In contrarium vr̄,nam ſi monaſte-
rium extra iudiciū negat Epiſcopum hr̄e ius viſitandi,qa dicit ſe
exemptum,tamen pp hoc Ep̄s non dimittit viſitare:nam (vt di
cunt Doct.) per negationem extra iudicium non fit res dubia,vt
9 extra de cenſib.c.venerabili.† Vel melius dic, ꝙ ne noua poſſeſ-
ſio detur, fit res dubia, vt hic: tamen per negationem aduerſa-
rii non dēt aliqs dimittere vti iure ſuo,quin veteri poſſeſſione v-
tatur, qa ſemper poſſeſſor tuendus eſt in ſua poſſeſſione vſque-
quo poſſeſſio euincatur,vt ff.de eui.l.habere licere. Porro nemo
cogitur ius ſuum indiſcuſſum relinquere,vt ff.de pet.hær.l.illud.

ADDITIONES.

a No.arg.Facit quod no.Bal.in l.neque.ſup.de compen.
A.B.No.arg.Tene menti,quod reconuentio non habet locum,quando emanat confeſſio in iudicio,ubi Bal.in auth.& conſequenter,inf.de ſen.
b Diſputandum.No.limitationem ad regulam, ꝙ ſpoliatus ante oīa dēt reſtitui,& uide Bal.in l.1.in prin.inf.ſi de momen.ta.poſſ.fuer.appe. & Inno.in c.ex conqueſtione,ext.de reſt.ſpo.in gl.fi.Bar.in l.naturaliter,in §.nihil commune,ff.de acqu.poſſ.& in l.fi.de vi.ff.de iud.Inno.in c. ſignificaſti,extra, de diuor.
c A.B.Per negationem.Doc.in c.tua nos,de coha.cler.& mul. limitant iſtam legem non habere locum in notorio actus permanentis,vide ibi,ea,quæ dixi.
Celſ.Adde.Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra falſam, in prin.nu.3.cum plurib.verſ.ſeq.& ibi aliquid dixi,ext.de proba.
d Quæro. Vide Bar.inf.ead.l.& Doct.in l.1.ſup.de proc.
e Nunquid. Vide Bal.in l.1.ſup.de li.cont. & quod ibi dixi poſt Bart.
A.B.Quæro,nunquid.No.ꝙ per verbum,non credo,fit res dubia.& an fiat dubium notorium,vide Dom.Ant.in c.noſtra,de coha cler.& mulie.
Nunquid. Vide ſup.& iſta ſunt verba Inn.in c.venerabilis,hic alleg.

De ordine cognitionum. *Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Quæſtio ex conuentu alterius cauſæ præcedens,ſimul ventilari non poteſt.*
2 *Quæſtio ſtatus dicitur eſſe præiudicialis.*

CVm & ipſe. Patiens ſtatus ſui controuerſiam,
anteq̄ qō ſtatus ſit diffinitiua, nō
p̄t aduerſarium accuſare.h.d. In tex. ibi,preſidem pete.
1 no.verbum,pete.In tex.ibi, ex euentu. no.ꝙ † qō præcedens ex
euentu alterius cāæ ſimul ventilari non p̄t,ſic ff.de excu.tut.l.di-
ximus.Ibi,quid de crīe,ſ.iniuriarum, nam qui mouit ſtatus qō-
nem alicui per calumniam,p̄t crīaliter accuſari, vt ſ.de li.cau.l.
ſi tibi.Idem ſi de alio crīe vellet accuſare, vt infra de adul.l.qm̄
2 Alex.No.ꝙ quæſtio ſtatus eſt præiudicialis, & dicitur quæſtio p̄-
a iudicialis,*a* ideo, quia præiudicat ceteris quæſtionib. quas interim moueri non permittit,ut inſt.de acc.§.præiudiciales.

ADDITIO.

a Præiudicialis.Vide Bar.l.2.ff.de excep.

LEX II.

1 *Sententia ſuper principali expreſſa, & ſuper emergenti tacito,ſufficit.*
2 *Sententia lata ſuper incidenti,an ſit per ſe ferenda.*
3 *Emergens quæſtio quæ dicatur, & quæ incidens,nu.4.*
5 *Lis ſuper emergenti conteſtari non poteſt.*
6 *Iudex ſi exceptione iuriſdictionis prætermiſſa procedat ad ulteriora,annulleat proceſſus.*
7 *Exceptio nō ſui iudicis, & falſi procuratoris,ſi opponatur,ſuper quo primo ſit pronunciandum.*

Si de hæreditate. Prius tractatur, & finitur quæ-
ſtio libertatis,q̄ hr̄ditatis petitio
niſi

niſi cauſa libertatis incidat petitioni hæreditatis, nam tunc de
vtroq; cognoſcit, ꝙ ſufficit ſuper principali pronunciari, licet de
incidenti non fiat expreſſa mentio. h.d.no. Caſus. Titius poſſide
bat hæreditatem ad me pertinentem: & ēt me tanq̃ ſeruū ſuum
egi ꝯ ipſum, petēdo me liberū ꝓnunciari, & hæreditatem ad me
pertinere declarari. Quæritur qualr ſit procedendum? Reſpon.
ꝙ primo cauſa liberalis eſt terminãda: ſecundo, ſi ꝓnuncietur li-
ber, hęreditatis qō cognoſcetur, & terminabitur. Sed pone, qđ
ago ꝯ poſſeſſorem petitione hæreditatis, nec facio aliquam men
tionē de ſtatu, ſed aduerſarius excipit, ꝙ ſum ſeruus ei, q̃rit qua
liter procedet. Rñ. Imperator, ꝙ de vtroq; plene cognoſcetur, &
ſufficit ſi pro me ſuper hæreditate pronunciet. h. d. Not. ꝙ inter
duas qōnes principales eſt ordo vnius ad alteram in cognitione
& iudicio, ſed inter principalem, & incidentem non eſt ordo, ꝙ
ſint duo iudicia, quia vnica ſententia expediuntur. No. quod cū
aliquis vincit in cauſa principali, omnia incidentia ſunt ſopita.
1 †No. quod ſufficit vna ſententia expreſſa, alia tacita: expreſſa, ſ.
ſuper principali, & tacita ſuper incidenti, vel emergenti. Opp. ꝯ
primam partem legis, & videtur, ꝙ ſuper petitione hæreditatis
ſit prius procedendum, & non ſuperſedendum, vt ff. de pe. hř. l. ſi
qs libertatem. Solu. ibi libertas ex teſtō pēdebat, & iō q̃ſtio teſtī
eſt qō fundamēti, & ideo nimirum ſi petitio hærediratis, q̃ con-
cernit teſtm̃, dēt prius diffiniri, tanq̃ principalior. Secūdo op. &
1 videtur, †ꝙ ſuper incidenti *a* ſit pronunciandum, vt ff. qui ſatiſd.
a cog. l. arbitro, Sol. ibi incidēs, immo emergens conſiſtit in prępa-
ratorijs cauſæ, hic in deciſorijs, Opp. ad idem, ff. de minor. l. intra
vtile. Sol. ibi incidens non determinabat totam cauſam: quia li-
cet ſententia ferretur pro ætate minori, non tamē ſequebatur,
quod eſſet danda reſtitutio, quia p hoc non conſtabat de fragili-
tate, quia nec de læſione. Si autem incidens determinaret totã
cauſam, tunc ſuper incidenti non eſſet pronunciandum, ſed ſup
principali, & iō in l. intra vtile. ſi conuerteres terminos, & pone-
res, quod ſnīa fuerit lata ꝯ ætatem, & ſic excluderet bñficium
reſtōnis. tunc non eſſet pronunciandum interloquendo p mo-
dum incidentis, ſed ſolēniter, & diffinitiue. Oppo. ad idem de l.
3. ff. de præua. Solu. quæſtio præuaricationis eſt quæſtio ſup pro-
ceſſu. ſ. an ſit p calumniam proceſſum, non ſup crimine intēta-
to, & iō expeditur interloquēdo. Oppo. inf. de plag. l. præſes. & j.
de adul. l. quoniam Alex. Sol. ibi emergēs. hic incidēs. Conſidera
3 quod †emergēs *b* eſt, quæ ſeorſum examinatur a principali nego
b tio, & ei non cohæret. & ſup tali emergēti eſt pronunciandum,
quia tantum ſemel pronunciatur, nec releuatur p appłonē a dif
4 finitiua, vt in c. vlt. de app. in Cle. †Incidēs autē eſt illa, quæ cohæ
ret ipſi negotio principali, & negotium principale non pōt deci-
c di ſuſpēſa *c* incidēti. Fallit exceptione compēſationis, quia p ſe
ſtat, & ſup ea pronunciari non oportet, vt ff. de comp. l. quod in
diē, §. 1. Itē fallit in ꝯfeſſione, ꝯ quã pōt pronūciari īterlocutorie,
& diffinitiue, vt ff. de iud. l. ſi debitori. quod dic, vt dixi ſ. de bon.
5 q̃ libe. l. cum non ſolum. §. neceſſitate. Bř dic, ꝙ incidēs recipit
d diffinitiuam, emergēs interlocutoriã. † Et no. ꝙ ſup emergēti *d*
non conteſtať lis, quia de eius nã eſt, ꝙ dirimatur ante lit. conte.
e ſuper exceptionibus *e* aūt perēptorijs dixerūt antiqui. quod dēt
lis conteſtari, ꝙ intellige, ſi vtraq; pars eſt præſens, vel melius, ꝙ
tacite fit conteſtatio ſuper exceptionib. perēptorijs eo ipſo. qđ
lis eſt conteſtata ſup principali, nam principalis extēditur ad ac-
ceſſorium. arg. huius l. in fi. & l. 1. ſ. de ord. iu. Bar. dicit quod ſi qs
excipiēdo negat in libello contēta, & actor replicando negat in
f exceptionibus contēta, qđ fit lit. cont. *f* ſup omnib. vt ipſe no. in
l. fi. ff. pro ſuo. Conclude, ꝙ ſi lis eſt ꝯteſtanda expſſe, vel tacite, nō
per ſe fit lit. cont. ſup exceptionibus perēptorijs, quod patet, qa
nec p ſe eſt iurandum de calumnia, & ita oportet intelligere di-
cta antiquorum, alias eſſēt falſa. Hoc etiam patet, quia p litis cō
teſtationē quaſi contrahitur, vt ff. de pec. l. 3. §. idem ſcribit. ergo,
& in exceptionibus dēret idem quaſi contrahi: quod falſum eſt,
quia nemo excipiēdo ſe obligat. & conſequēter nec quaſi ꝯhit.
6 †Modo quæritur, ſi prætermiſſa exceptione iuriſdictionis iudex
procedit ad vlteriora, vtrum valet proceſſus, & vř ꝙ ſic, vt extra
de iud. c. 1. vbi tenet excōicatio, licet excōicatores non ꝓnuncia-
uerint ſe iudices. Solu. aut eſt liquidum de iuriſd. & nō reqritur
pronunciatio, vt ibi. Aut non eſt liquidum de iuriſdōne, & tunc
aut eſt appoſita exceptio, & requiritur pronunciatio, & hoc eſt
verum in his, q̃ ſunt declaratiua iuriſdōnis, ſicut eſt reſcriptum
g Principis: nam ſi opponitur, ꝙ reſcriptum *g* eſt falſum, dēt ſuper
hoc ꝓnunciari. vt extra de reſcr. c. ſup literis. Sed in his, quæ ſunt
prorogatiua iuririſd. vel adminiculatiua, ualet proceſſus omiſſa
7 ꝓnunciatione ſup iuriſdōne. tex. eſt in d. c. 1. † Sed pone, *h* oppo-
h nitur exceptio non ſui iudicis, & falſi procuratoris. Quæro, ſup
quo primo ſit pronunciandum? Rñ. ſup iuriſdōne. tñ iſta ꝓnun-
ciatio hēt in ſe tacitã cōdōnem, ſi verus ſit procurator, vt l. licet.
ſ. de proc. vel dic, ꝙ ſimul, & ſemel in eodē inſtanti pronūciabi-
tur ſup vtraq; ar. huius l. in fi. & hoc pp ꝯnexitatē, qa nō p̄t plene
valere vna ſine altera: nã ſine iudice non eſt iudiciū. Itē cū falſo
procuratore non eſt iudiciū, cognoſceť ergo ſimul de vtraq; ne
procedať in incerto, ar. l. pe. ff. de iniu. teſt. & j. de accuſ. l. qui de
crimine. ēt ſi hoc iudex pronunciare ſimul poſſit, qa de vtroque
ei conſtat: alioquin primo dēt pronunciare ſup eſſentia iuriſdō-
nis, tanq̃ ſup fundamento declaratiuo totius cognitionis aliorū
articulorum. Adde Dom. Azo. in Sum. huius tituli, ponentē opi.
quorundã, q dñt ſemper pronunciandum de incidenti, niſi con
ditio pſonæ, puta impuberis, vel pedanei iudicis, aliud inducat.
Adde ꝙ incidens requirit pleniorem cognitionem, q̃ cauſa prin
cipalis, vt ſi cauſa principalis ſit de alimentis, cauſa incidēs ſit de
filiatione: quia agens ad alimenta negetur filius, tūc enim de iſta
incidenti qōne filiationis eſt pronunciandum, vt l. ſi iudex, ff. de
his, qui ſunt ſui, vel alie. iu. poſtea dicit Azo. quod ſuper emergē-
i tibus ſemper eſt pronunciandum. Tu dic, *i* ꝙ eſt caſus, l. quod li
cet non pronuncietur ſuper emergenti, tenet ſententia diffiniti-
ua, vel quaſi, vt ff. de mi. l. ait prætor, §. permittitur. vbi ſuper exce
ptionibus nihil fuit pronūciatum, ſed factum præceptum de ſol-
uendo. & dř ibi, quod tale p̄ceptum eſt validum, niſi appelletur.
Porro appellari poteſt, non ratione intereſſe, ſed ratione iniurię,
K quia fuit pręuaricatum *k* mandatum legis, quod eſt, vt prius p-
ſona legitimetur, quam vlterius procedatur.

ADDITIONES.

a Superincidenti. Vide in l. fi. ſup. de or. iu. & in l. a procedente, ſup. de dila. cum ma. & ibi quid in emergenti, & uide Bal. in l. quoniã Ale. in fi. inf. de adul. & inf. e. l. i fi.
b Emergens. Quæ ſit emergens, vide Bar. in l. 1. C. de ord. cogn.
c P. D. Suſpenſa. Differri tamen pōt incidens, ut ſimul cum principali negotio termi netur, ſm Abb. poſt gl. in c. j. uerſ. ad ſecun. partem, per tex. ibi iuncta hac l. ubi ha bes optimam gl. de emergenti, & incidenti quæſtione.
d A. B. Super emergēti. Vide Bal. in l. fi. ſup. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. ubi de iſto incidenti determinat elegans dubium, ſuper quo conſuluit in ciuitate Ianuæ.
e Super exceptionibus. Vide Bal. in auth. ſed & ſi quis ſup. de teſti. Inn. in c. quoniã, in fi. in gl. extra, ut li. non cont. & quod no. Bal. in l 3. §. idem ſcribit, ff. de pec.
f Celſ. Fit li. cont. Adde iſtum in l. 1. nu. 7. in 6. no. & quod ibi poſui in addi. ad ipſum in uer. negando narrata, ſup. de lit. cont. in c. dilec. nu. 1. ubi etiam poſui in apo. in uer. prout narrant. extra, de libel. obla.
g Reſcriptum. Vide Bar. in l. a procedente, ſup. de dila. & quæ ibi ſcripſi.
h Sed pone. Vide c. præterea, extra de dila. & ibi Imo. & Io. An. & uide Bar. & Bald. in l. ſi quæramus, ff. de teſt. & Bal. in l. iudices, ſup. de iud. & quæ no. Bar. in l. quidã conſulebant. ff. de re iud. & quæ ibi dixi in 1. & 2. col.
i Tu dic. Vide Bar. in l. a procedente, ſup. de dila. & in l. ſi quæramus, ff. de teſt. ubi al legat iſtum §. permittitur hic alleg.
K Præuaricatum. Vide Bal. in l. fi. ſup. de fideic.

LEX III.

1 *Quæſtio clericatus prius eſt terminanda ſi contra clericum procedatur, & Epiſcopus vendicat.*
2 *Pœnę ex varietate ſtatus imponuntur variæ.*
3 *Flagitia priora aggrauant poſteriora.*

Si crimen. Quando pœna delicti dependet a ſtatu, quę-
ſtio ſtatus eſt prius determinanda. h.d. Iſta eſt
no. lex. glo. ponit caſum duob. modis. primo mō, qñ vnus accu-
ſat, alius agit de ſtatu. Secundo, qñ vnus, & idem accuſat, & agit
de ſtatu, ſed qdã tertius defendit ſtatū, & non crimen: vtroq;.n.
caſu prius eſt de ſtatu pronunciandum, qa a declaratione ſtatus
dependet impoſito pęnæ. i. qualitas pœnę, & gl. ponit exemplum
in accuſatore homicidij, & iſtud eſt valde no. ꝙ iſtius accuſatio-
nis ſuſpēſio fit tertio ꝯdictore opponēte, & ſic admittiť ꝯdictor
ad ſuſpenſionē nō ad eneruationē criminis publici, & capitalis.
1 † Et ſic eſt ar. ꝙ ſi ꝯ aliquē de homicidio procedatur, & Eps ven-
dicat eū i ſuū clericū, ꝙ prius dēt terminari qō clericatus, & no.
hic, ꝙ ſi alicui mouetur qō crīs ab vno, & qō ſtatus ab altero, &
vterq; moueť principaliter, primo ſup ſtatu pronūciandū eſt. ad
de per eundē iudicē ſi hēt vtrãque iuriſ. ſed ſi vnus iudex hēt iu-
riſd. mere crīalem: quilibet cognoſcit ſm qualitatē ſuæ iuriſ. ſer-
a uato ordine huius leg. & no. ꝙ ſnīa lata *a* per vnū iudicē primo
cognoſcentē ex ordine dato a iure, facit ius alium iudicē, & fidē
facit c. vlt. de exc. lib. 6. qa quoties iudicia diuerſorū iudicū per le
gem ſubordinãtur ad inuicē, dēt poſterior prioris ſnīam ratam
hrē. & eſt no. ꝙ coram vno examinatur delictū, & corã alio eius
qualitas. Sed q̃ro, quare gl. ponit exēplū in homicidio? Rñ. quia
in homicidio poniť pęna inuariabilis attento tpe delicti, vt l. 1. ff.
de pœ. vnde debet apponi pęna attento tempore delicti: & aliter
punitur ſeruus, aliter liber. & ſic no. ex varietate ſtatus varias pę-
2 nas imponi. † Sed qd *b* ſi poſt delictū variatur ſtatus? Dic vt no.
b in l. pe. ff. ſi ex nox. cauſa aga. nam aut pęna eſt arbitraria, & inſpi
citur tp̄s ſnīæ: aut inuariabilis, & inſpiciť tp̄s delicti, & hoc verū,
qñ pœna eſt terminus pœnæ; ſed ſi vna pœna eſt p̄paratio alte-
rius pœnę, tunc tp̄s ſnīæ debet inſpici, vt dicit lex in officiali, qui
primo deponitur poſtea puniť, vt in Authē. vt iud. ſine quoquo
3 ſuffra. §. oportet. † Et vnū ſcias, ꝙ priora flagitia aggrauãt poſte-
riora, ſe nō eꝯ, niſi iudex habet arbitrium puniēdi: quia tūc in ar-
bitrarijs inſpicitur tempus ſententiæ, quod eſt no. dignum.

ADDITIONES.

a Sententia lata. Vide Bar. in l. diuus, la 2. ff. de cuſt. reo.
b Sed quid. Vide Bar. in l. 1. ff. de pet. hær.
Celſ. Adde iſtum in l. 1. nu. 2. uer. & iſta faciunt ad q. de eo, qui factus eſt clericus, ſu pra an ſeruus ex ſuo facto.

LEX IV.

1 *Reconuentio in præiudicialibes locum non habet.*

Exce-

2 *Exceptionem ſuam ſuper iure tertij interdum quis fundare poteſt.*
3 *Seruum alterius dicere aliquem eſſe,non eſt iudicium liberale.*

Si ſtatus. Duo dicta hēt,dicit.n.primo,ꝙ ſi patior cōtro
uerſiam ſtatus ab aliquo,non poſſum eum in
terim reconuenire, quia cā liberalis eſt prius terminanda. Scđo
dicit,ꝙ ſi accuſo aliquē,& ipſe excipit, ꝙ ſum ſeruus cuiuſdā ter
tij,iſta cā non eſt liberalis:tñ primo,& incidenter eſt cognoſcen
dum de ſtatu,qa ſententia lata ſuper eo, viā proceſſus accuſato-
1 ris aperit,vel claudit. † No. *a* primo, ꝙ in p̄iudicialibus non hēt
a locū recōuentio,q̄ eadē ſnīa terminet:nā cū qō præiudicialis ob
ſtet iudicio, & cauſæ,vel ſaltem iudicio,ſimul cognoſcere, eſſet
2 quodāmodo intricare diuerſa,vt ext.de iu.c.exhibita. † No.ſecū
do,ꝙ qs pōt ſuā exceptionē fundare ſuper iure tertij, qñ ius ter-
tij eſt inhabilitatiuū pſonæ agentis. Idē ſi ſit excluſiuū intentio-
nis,vel intendentis,vt s̄.de ſer.fu.l.cū ſeruū,& quotieſcunq.n.ius
tertij ē obligatiuū,de iure tertij p̄t opponi,& probari, & fieri po-
3 ſitio de iure tertij, alias non, vt ff.de rei ven.l.in ſpeciali. † Tertio
no.ꝙ cū dico aliquē eſſe ſeruū alterius,nō eſt iudiciū liberale,qa
ſtatus in ſnīa nō ꝯſiſtit,ſed cū dico ſeruū meū, eſt iudicium libe-
b rale.Et eſt ar. *b* ꝙ ſi poſſideo bñficiū,qđ tertius petit a me; & ego
oppono,ꝙ ſi non ptinet ad me,ptinet ad quēdam tertiū, quia ex
parte mei opponētis iſta qō nō eſt bñficialis:tñ quia ex parte agē
tis eſt bñficialis, puto hēre locū quo ad modū procedendi. c.di-
ſpendioſam.de iud.in cle.qa quo ad ordinē iudicij fauemus acto
ri potius,q̄ reo,vt eleganter no.in c.cum ad ſedem.de reſt.ſpol.

ADDITIONES.

a Phi.D.No.Adde ad hunc quæ dicit Bar.in auth & confite.ver.1.quæro.C.de ſent.
b Et eſt ar.Quando dicatur cauſa beneficialis,vide quod notat.Bar.in l.iuxta,ſup.de li.cauſa.Celſ.Adde omnino Card.in cle.11.q.36.de iud.& cle.1.q.18.de uſur.& in cle.1.2.q.& fin.de re iud.

LEX V.

1 *Iura quando ex euentu ad contrarios pertinere poſſunt, ſuſpenduntur interim quo ad exercitium.*
2 *Neutralis tempore ſchiſmatis quis eſſe poteſt.*
3 *Sententia cum ſit emergens,qualiter ſuper ſtatu pronunciari poteſt.*

Cum ſtatus. Patiens qōnem ſtatus non pōt interim
petere debitū a debitore,qa incertū eſt,
1 vtrum petitio ad eū ptineat,an aduerſariū.h.d.No.caſum ꝙ † qñ
iura poſſunt ex euentu ptinere ad ꝯ̄rios : interim quo ad exerci-
tiū ſuſpendunt̄.Itē no.caſum, in quo debitores ſunt veri, & puri
debitores;& tñ nō pñt cōueniri.Et eſt hæc lex.ar.expreſſum,ꝙ ſi
duo ꝯtendunt de p̄latura,debitores interim nemini tenentur rñ-
2 dere.† Item eſt ar. *a* ꝙ tpe ſchiſmatis qs poſſit eſſe neutralis.† De-
a inde no.tex.ibi,dū dicit,vel ſeruus non eſt pronūciatus,ꝙ ſnīa ſu
3 p ſtatu,p̄t ferri pro ſtatu verbis negatiuis. Quæro qūo potuit hic
pronunciari ſup ſtatu,cū eſſet emergēs? Rñ. imo erat qō princi-
palis,& ex actis liquebat, ꝙ agēs iure carebat, quod pōt eſſe, vel
quia teſtes actoris deponebant ꝯ̄ actorē,vel qa reus ſuſcepit in ſe
onus probandi,& probauit de ſuo ſtatu.facit inf.l.prox.

ADDITIO.

a And.Bar.Item eſt ar.No.quod tpe ſchiſmatis quis poteſt eſſe neutralis,uide D.Ab. in c.firmiſſime,de hære.& quæ ibi dixi.uide Bal.in c.cum contingat.de relc.

LEX VI.

1 *Lis eſt conteſtanda in petitorijs recuperandæ poſſeſſionis.*
2 *Furti agens debet probare de rebus.*

Si res. Dum pendet qō liberalis ſup actione furti, vel rerum
amotarum,non dēt pcedi.h.d.Caſus duo homines a
me bona fide poſſeſſi rapuerunt, vel amouerunt a me res meas,
peto eos declarari ſeruos meos.item condemnari ad rerum re-
ſtitutionem.certe prius debet expediri cā liberalis:& ſi pro illis p
nuncietur,tunc deſcenditur ad ſequens iudicium rapinæ,vel re-
rum amotarū.Si aūt pronunciabuntur ſerui,quieſcente iudicio,
dñs erit ſibijpſi iudex,vt ff.de fur.l.ſerui,& filij.ff.ad Syllan.l. & ſi
1 certus ſit percuſſor,§.finali.† In tex.ibi,ꝯteſtanda eſt.no.hic in pe
a titorijs *a* recuperandæ poſſ.ſicut eſt actio vi bonorum rap.& con
dō furtiua,litem eſſe conteſtandam.Opp.ꝯ̄ hanc legem, qa ſpo-
b liatus *b* ante oīa eſt reſtituendus.Solu.illud verum eſt, ſi qualitas
pſonæ illud patit̄;ſecus ſi non patitur,vel quia ſeruus agit ꝯ̄ dñm
vel monachus ꝯ̄ Abbatē,vel agit dubius de ſtatu.tex. eſt hic not.
2 In tex.ibi,adhibita probatione not. † ꝙ ille, qui agit furti, vel vi
c bo.rap.dēt probare de reb.ſubtractis,ſcias tñ, *c* ꝙ hæc probō.ſ.re
rum æſtimatio probabitur per iurm,vt no.Inn.in c.fin.extra, qđ
me.cau.& inſt.de ver.ob.§.fi.Extra op. ꝙ ille libellus erat implici
tus,& impoſſibilis:ergo in totū repellendus,vt l.1.ſup.de fur.Sol.
illa lex hēt locum,niſi datus ſi certus ordo procedendi a iure, qa
tunc non reijcitur libellus,ſed diuiditur, & ordinatur, vt probat
hęc lex cum pręcedentibus.quod eſt no.

ADDITIONES.

a And.Bar.In petitorijs.No.in petitorio recuperandę poſ.lite cōt. & an ſufficiāt uerba querulosa.uide gl.10.q.11.c.quia præſulatus.2.q.2.c.notum. c. cum eccleſia. de cau.poſ.& prop.Doc.in c.1.de lit.cont.& c.accedens, el 2.ut li. non cont.
b Spoliatus.Vide Cy.hic ultra D.& Bar.in l.naturaliter,§.nihil commune,ff.de acq. poſ.& Ant.de But.in c.in literis extra,de reſt.ſpol.
c And.Bar.Scias tamē.No.quod æſtimatio probatur per iuramentū, quando agitur furti,quod eſt no.dignum pro ampliatio.l.ſi qñ inf.unde ui.& uide Bal.in c.1.§.iniuria.de pac.iur.fir.hoc anno fuit dubium. uide ꝙ no.Bar.in fin. ff.de in litem iur.

LEX VII.

1 *Poſſeſſionis pręrogatiua primo defertur cauſę liberalis.*
2 *Fideiuſſor vbi datur idoneus ſequeſtrum ceſſat.*
3 *Reſtitutio rerum ſi ſuſpendatur, uenitur ad ſequeſtrum.*
4 *Aduerſarius aduerſario prouidet, tam in expenſis litis, quā in ſumptibus.*
5 *Quęſtio nullitatis ſententię, executionem non impedit.*
6 *Exceptio quando petitur, acta cauſę produci debent.*
7 *Sumptus litis futuros, iudex an taxare poſſit.*

Si quando. Dictum eſt s̄.l.proxi.qñ ille,qui prætēdit ſe
dñm,cū q̄ritur de reb. raptis. vel amoris ab
eo,quem ſeruum ſuum eſſe dicit, modo lex noſtra loquitur eꝯ̄
qñ ille, q dr̄ ſeruus ꝯqueritur de dño p̄tenſo. dicens ſe liberum,
& ille p̄tenſus dñs fecit ſibi furtum,vel rapinam:& q̄ritur quali
ter pcedatur. Rñd.cū diſtinctione,nam aut de reb. reſtituendis.
nondū eſt lata ſnīa,aut ex lata,primo caſu refert,aut de poſſeſſio
a ne *a* ſeruitutis pclamat in libertatē, & interim ſupſedetur in re-
bus,aut eꝯ̄ ex poſſeſſione libertatis in ſeruitutem reuocat̄.& tūc
in rerū reſtōne,quas ꝯſtat ablatas,non eſt ſuperſedendum,ſi ſal-
uam rē furtiuā p idoneos fideiuſſores pmiſerit.Nam ſi talis fide
iuſſor non potuerit dari,res ſequeſtrantur interim, donec qō li-
bertatis decidatur: ex ipſis tñ rebus ſequeſtratis debebit interim
ali,moderatis ſumptibus alimoniæ,arbitrio iudicis.Secundo ve
ro caſu,quando iam erat lata ſnīa de reb.reſtituēdis,talis ſnīa eſt
executioni mandanda ſine cautione,& ſequeſtro,non obſtante,
1 ꝙ dicatur ſeruus,& ſnīa nulla.h.d.† No.hic de pręrogatiua poſ-
ſeſſionis,q̄ defertur primo cauſæ liberali,vt patet in tex.ibi, vni-
uerſa,quæ ꝯſtiterit ablata,reddi ꝯuenit.de hoc ext.de iud. c. ſub
2 orta p Ber.† Scđo no. *b* quod vbi datur fideiuſſor idoneus, ceſſat
b ſequeſtrum.ibi dum dicit,ſi modo,&c. Tertio no.ꝙ pp impotē
tiā ſatis dandi deuenitur ad ſequeſtrum.ibi,nā ſi tales,&c. & eſt
3 ar.ad id, quod no.in l.6.ſup.de vſuf. † Item no. quod qñ ſuſpen-
ditur reſtō rerum ablatarū, interim venitur ad ſequeſtrum : idē
dicerē in interdicto vti poſſid.vt fiat interim ſequeſtrum, ne ve-
c niatur ad arma. *c* de hoc no.11.q.j.ſi res in litigio poſita, dic vt ibi
per gl.& Arch.facit ext.de iudi.c.examinata. Quarto no. caſum,
4 † vbi aduerſarius aduerſario prouidet tam in expenſis litis, quā
in ſumptibus alimentorum.facit ff.de inoffic.teſt.l.ſi inſtituta.§.
d inoſſi.ſecundum gl.conſidera, iſta puiſio *d* fit hic de rebus abla-
tis illi,cui puidetur,tanq̄ de pprio patrimonio,non de alio.& ſic
non facit ad ea,q̄ no.extra de accu.c.ex parte,licet ibi eccleſia p
uideat de expenſis, quia ibi iudicium tendebat ad vtilitatem ec-
5 cleſiæ,& propterea eccleſia ſubminiſtrat. dic vt ibi no. † Deinde
no.in ver.cum autē,ꝙ quæſtio nullitatis non impedit executio-
nem ſnīæ,& quidam dicunt,ꝙ hoc eſt generale,vbicunque ſen
tentia prima facie apparet rite lata.& quæſtio nullitatis requirit
altiorem indaginem: cum enim in executione interueniat ſum
maria cognitio, non debet differri per qōnē, q̄ non poteſt ſum-
marie examinari. ſecus ſi opponens de nnllitate nihil haberet p
bare,puta quia ſnīa eſſet nulla exiſtenter,& apparenter, vel quia
e poſſet incontinenti *e* probare de nullitate, hoc eſt intra breuem
f terminum arbitrio iudicis, *f* vt no.ff.de iureiu.l.nam,& poſtea.in
prin.ff.vt in poſſ.leg.l.ſi is,a quo,& per Bar.ff.de re iud.l.4.§. con
demnatum.Non ob.l.vlt.j.ſi ex fal.inſtr.quia debet intelligi,qñ
falſitatis pbatio erat in promptu, & eadem diſtinctio fit in reſti-
tutione in integ. vt ff. de iudi.l.ſi prætor.§.Marcellus.ſecundum
g Barto. tamen quædam. Cle. *g* dicit,quod niſi ſint tres ſententie
quæſtio nullitatis impedit executionem,vt Cle.vt calumnijs. de
re iudic.ſed illa Cle.debet intelligi,quando de nullitate ſtatim fi-
des fieri poterat, quo caſu impeditur executio,niſi ſint latæ
tres ſententiæ ſuper iudicio poſſeſſorio ; nam tunc prius eſt
exequendum, poſtea diſputandum, quod eſt not. dignum.

Vnum

ADDITIONES.

a And.Barb.Poſſeſſione.No.eleganter caſum,quod non habēs vnde ſe alat,pōt alere ſe de fructib.rei litigioſę.vide quæ notaui ad Bar.in l.diuus.ff.de peti.hæred.
b And.Bar.Secundo no. Not. propter impotentiam ſatiſdandi deuenitur ad ſequeſtrum,& an poterit purgari,uide Bar.in l.litib.de agri.& cenſi.lib.10. & text.l.ſi pecuniæ,ff.vt lega.no.caue.& l.de die.§.plane.ff.qui ſatiſ.cog.& ibi Ang.& l.intereſſe,ff de acq.poſ.Bal.in l.1.ſup.de prohi.ſequeſt.& quod no.Bar.in l.defenſionis infr.de iu.fiſ.li.10.in l.1.ff.de ven.in poſſ.mit.
c Ad arma. Vide Bar.& quæ ibi dixi in l.ſi vſusfructus.§.ſed ſi inter.ff.de vſuf.& Bal. omnino in l.ab execntione inf.quo.app.non recip.in fine.
d And.Bar.Iſta prouiſio. An quæſtio nullitatis impediat executionem ſententiæ,vide plene Io.de Imo.in l.1.§.condemnatum.de re iud.& quæ notaui ad Io.And.in addi.Spec.in tit.de execu.ſen.
e And.Bar.Incontinenti.An exceptio nullitatis,quæ incontinenti probatur, habeat locum in hac lege ponunt Doct.in cle.1.de re iudi.uide Bal. in l.2. ne li.in una, eademque cauſa.
Cel.Adde Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falſam.§. interlocutoriæ.& appellationes,nu.25.uer.no.tamen unum.nu.36.uer.uiſo de impeditiuis,nu.37.uer. eſt præterea alind.& ſeq.uer.eſt aduertendum,& utrobique dixi in apoſtilla ad ipſum,extra de proba.
f Iudicis.Qui iudex debet arbitrari,ut declarat Bal.in l.ſi is a quo in princip.ff.ut in poſ.leg.& in §.condemnatum.hic alleg.& Do.Inno.in cap. veniens.el 2.extra de teſt.& ibi Doct.qui utuntur verbis Bal.hic.
g Clemen.Vide Bal.in l.1.ne lic.ter.prouo.

Vnum ſcias, ꝙ lex noſtra non probat generaliter id, ad quod al
legatur, ſed loquitur tantum in ſententia reintegrandæ rei, vel
poſſ. quo caſu ſi vitium nullitatis eſt latens, licet excipiens de nul
litate velit ſtatim de ipſa probare, non debet audiri tum odio in-
uaſoris, tum ꝑꝑ authoritatem ſententiæ; & quia natura cauſæ li
beralis principaliter motę non patiebatur hanc ſubitam probō-
nem, vel dic ꝙ loquitur hęc lex in quibuſdam rebus, & ſic opti-
me allegabatur, quod eſt verius. & ſic ſi probatio eſſet in prom-
ptu, poſſet repelli executio ſummatim excipiendo. vt in ll. ꝯrijs,
non aūt ordinarie per indirectum agendo de nullitate, vt hic, ꝙ
eſt no. † Et no. ꝙ qn̄ petitur executio, debent produci acta cauſę,
quia ſententia fundatur ex proceſſib. de fi. inſt. c. G perpetuus. ꝑ
Inn. *b* Item no. ꝙ finis litis principalis imponit finem ſequeſtro,
qđ intellige non ipſo iure, ſed per interlocutoriam iudicis, qui
mandauit rem reſtitui victori, vt ff. de dolo. l. ſi oleum. † Itē no. *c*
in hac l. mirabile, ꝙ iudex taxat ſumptus futuræ litis. Tene men
ti hanc legem. Item no. arg. ad taxationem alimētorum relicto-
rum viduæ, quæ debent fieri in principio.

A D D I T I O N E S.

De nullitate. Vide Imo. in l. 4. §. condemnatum. ff. de iud.
Per Inn. Ibi no. dicit tu uide in contrarium, in c. ſicut, & c. cum inter uos, extra de re iudi.
An. B. Item no. No. mirabile. ꝙ iudex taxat ſumptus fururæ litis vide tex. meliorē de iure ſecundum Bal. in l. nouiſſime. §. fin. ff. ꝙ fal. tut. aut. ꝙ vbi poſſunt peti expenſę litis futuræ, admittitur libellus, & inde male iudicans punitur ad expenſas litis, quæ ſunt futurę in appellatione, uide eundem omnino.

De colluſione a *detegenda:* *Rub.*

A D D I T I O.

De colluſione. Ad intellectum huius tit. & quando licita ſit colluſio, uide no. per Bar. in l. 1. in prin. ſup. de peda. iu.

L E X   P R I M A.

1 *Confeſſio facta coram Epiſcopo, quod inſtrumentum eſt de uero, & puro capitali an valeat.*
2 *Cauſa falſa reddit reſcriptum nullum.*
3 *Stupra, quæ committuntur in camera, uicini pro veritate ignorant.*

CVm ſeruum. Mendacium in ſubſtantiali
cauſa; vel principali motiuo
priuilegij, vel reſcripti, reddit priuilegium nullum. hoc
dicit. Vel ſic, Non valet reſcriptum, cuius falſa cauſa,
vel falſa allegatio, eſt fundamentum. Caſus. Seruus dominam
ſuam ſtuprauit: & vt euaderent delictum, dicebant ſe matri-
monium contraxiſſe. Item domina confeſſa erat in iudicio eum
liberum. item iſte ſeruus tp̄e quo ſtuprū commiſit, prætendebat
ſe abfuiſſe. eo quod tunc eſſet captus ab hoſtibus, & redemptus.
Item producebatur quoddam reſcriptū Principis rn̄dēs ad con
ſultationem dicti iudicis interrogantis. vtrū captus ab hoſtibus
& redēptus eſſet liber, qui ſcripſit, ꝙ ſic. Ecōtra filius dictę mu-
lieris dicebat ipſum eſſe ſeruum ſuum, ipſumque matrē ſtupraſ
ſe, & ex fictis mendacijs reſcriptum emanaſſe. dicit Imperator,
ꝗcum iſta emanauerint per colluſionem, dato ꝙ etiam fuiſſet
confeſſus vera eſſe, tn̄ ſeruus permanet, & colluſionis fructum
non reportat. h. d. In text. ibi, & turpis coniunctionis maculam.
a Dicit alibi gl. *a* ꝙ ſi quis deprehenditur cum aliqua, & iurat ſe eā
in vxorem acceptaſſe, nam ita vulgus loquitur, pro veritate acci
b cipitur, *b* nec punitur, vt no. in l. penu. ꟾ. de fideiuſſor. ſed illud eſt
verum. ſi qualitas perſonarum, & alia indicia patiuntur: alias ſe
1 cus, vt hic. † Et no. arg. ex hac leg. ꝯ fœneratores, *c* qui faciunt ſie-
c ri confeſſionem coram Epiſcopo. quod inſtrumentum eſt de
vero, & puro capitali: nam iſta colluſio in fraudem vſurarum fa
cta nō valet, ꝙ aūt ſit colluſū, dēt probari ſaltem ꝑ præſumptio-
nem canonum, quæ in hoc articulo præualet confeſſioni. No.
d ꝙ erronea ꝯfeſſio *d* filij credentis matri ſuæ non nocet filio, qui
fuit ſeductus a matre. No. ꝙ filius auditur allegādo ſtuprū ma-
2 tris. † No. ꝙ dixi, ꝙ falſa cauſa reddit reſcriptū nullū, licet ſecus
ſit in legatis. Rn̄deo imo idem, ſi alias non eſſet relicturus. Opp.
e & videt, *e* imo reſcriptū ſit aliquod, ſed per exceptionem elida-
tur, vt extra de reſcr. c. ſuper literis. Sol. ibi erat reſcriptū cauſam
præparans: hic cauſam prima facie terminans, vt ff. de tu. & cu-
3 ra. datis ab his. l. tutor ſi petitus. † Deinde no. gl. hic, q̄ dicit, quod
f talia ſtupra cōmittūtur in camera. *f* ſi ergo dicit teſtis *g* verū eſſe
g ꝙ ſtuprauit. interrogatus de cā ſcientiæ dicit, qa vicinus, non ꝓ-
bat nā vicini talia ſecreta ꝓ veritate ignorāt, ſecus ſi deponeret
aliq̄ eſſe publicā meretricē, nā tūc cā eſt idonea, qa oculos vici-
norū latere nō p̄t, & ita dēt intelligi, qđ no. Bal. in l. j. ff. ſi cer. pet.

A D D I T I O N E S.

a Dicit alibi gl. Vide Bal. in l. pe. hic alleg.
b And. Barb. Quod pro veritate accipitur. No. limitationem ad gl. ſing. l. pe. de fideiuſ. quā adde ad Bal. in l. 1. de ſer. fu. & c. 1. §. iniuria. de pace iura. firm. & vide pro iſto dicto Bal. gl. ſing. in c. alter, xxx. q. v. Bal. in l. eam quam. C. de fideic. & l. quicū que. C. de ſeru. fug. vide Ludouic. Roman. in conſi. 243. vbi allegauit de teſte, quando dicit, ego ſum vicinus facit ſimile, quod voluit gl. & Bar. & alii in l. ſi voluntate. de dot. promiſſ. pro Barto. in l. diuortio. de uerbo. oblig. ego ibi dixi, & Pondera, quia Bal. loquitur ſi qualitas perſonarum hoc patitur. Ang. dicit, quod debeat eſſe qualitas, aut paritas inter ipſos, ut uidi pridie conſultum per quoſdam allegantes Barto. hic, qui reuera hoc non dicit etiam pondera, quod Bald. hic ponit exemplum in iſta lege, ut patet quando dicebatur ſeruum contraxiſſe cum domina, quia tunc qualitas perſonæ non patitur hoc modo; ſecus ſi vnus nobilis diceret ſe contraxiſſe cum alio magis nobili, vel contra.
Celſ. Adde quod no. in apoſt. ad iſtum poſt eum, in l. quicunque. nu. 24. ver. ulterius uides in apoſt. in uerſ. nunquid creditur, ſup. de ſeru. fug.
c Fœneratores. Vide Bal. in l. 1. inf. de confeſ. & quid de dona. uſurarum facta fœneratori, vide per Bal. in l. ab Anaſtaſio, ſup. mand.
d Confeſſio. Vtrum falſa cauſa uitiet, uide Bar. in l. demonſtratio falſa, §. 1. ff. de condi. & demon.
e A. B. Opp. & uidetur. An reſcriptum ex falſa cauſa ſit nullum iure, uide Doct. in c. ſuper literis. de reſcr. Bal. in l. falſus. ſup. de fur. & Bar. in l. ſi is, ad quem, ff. de acqu. hær. & tex. & ibi Bald. l. qui teſtamento. de excu. tut. ff. & Ange. in l. qui Romæ, §. duo fratres, de uer. obl. & l. ſi prætor, §. Marcellus, ff. de iud.
f In camera. No. ad illud quod dicitur, quod uicinus præſumitur ſcire facta uicini, & facit quod no. Bal. in l. quoniam, ſup. de iu. delibe. & de materia probandi adulterium, uide Bar. in l. 2. §. fi. de adul.
g A. B. Si ergo dicit teſtis. Not. ſi teſtis deponit de ſtupro dicens, ſcio factum fuiſſe ſtuprum, quia ſum vicinus. reddit cauſam, non tamen coucludit quod eſt not. dignum. uide Bal. in l. 2. ſup. de ſer. fug. & l. conuenticula. de Epiſ. & cle. & l. data opera. inf. qui accu. non poſ. & l. non hic ſup. unde cognati, & l. neque natales. de proba, & Mod. in l. 1. ff. ſi cer. pe. uide no. in c. literis, & c. dudum, de præſump. & quæ dixi ibi per Do. Abb. uide Bar. in l. capite quinto, de adul.

L E X   II.

1 *Honores publici per colluſionem non conſequuntur.*
2 *Ius patronatus alienatur ex delicto.*

Libertinæ. Qui detegit colluſionem, ꝯſequitur p̄miū.
nam ſi ſeruus erat pronunciatus liber, effi-
citur detegentis ſeruus. h. d. Si autem libertinus erat pronuncia-
tus ingenuus, detegentis efficitur libertinus colluſione detecta,
1 vt no. s̄. eo. in rub. & hoc per Azo. in ſum. No. † ad publicos ho-
2 nores per colluſionem aſpirari nō poſſe. Item † no. ex delicto ius
patronatus alienari, hæc tamen alienatio eſt legalis.

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur. *Rubrica.*

L E X   P R I M A.

1 *Præſcriptio oppoſita in modum duplicationis impedit proceſſum actionis, & replicationis.*

ADitus. Præſcriptio, quæ tuetur authorem, eius ſuc-
ceſſorem tuetur. h. d. Caſus, Sempronius ha
bebat duos ſeruos. ſ. Stichum, & Domitianam, iſte Sti-
chus degens in libertate aſſerens ſe dominum Domitianæ, eam
manumiſit, lapſo quinquennio poſt mortem Stichi deceſſit Do
mitiana, Caio inſtituto hærede, ꝯ quem agit Sempronius ad res,
quas Domitiana tenuit. hæres Domitianæ eam liberam eſſe di-
cit, eo quia fuit a Sticho manumiſſa. replicat Sempronius, ꝙ nō
tenuit manumiſſio, quia nō potuit Stichus manumittere eā, qa
eſſet ſeruus. duplicat Caius dicens, ꝙ de ſtatu non poteſt quæri
1 poſt quinquennium, quare de iure ſn̄ia fert̄ pro Caio. Not. † qđ
p̄ſcriptio oppoſita in modū duplicationis impedit proceſſum a-
ctionis, & replicationis, ꝙ tene mēti, qa vix alibi reperies. Itē not.
a hic caſū, in quo p̄ſcriptio *a* firmat id, ꝙ eſt irritum ipſo iure. Item
no. ꝙ cuius author approbatur, eius ſucceſſor firmiter ꝯfirmat̄.

A D D I T I O.

a Præſcriptio. Vide Bar. in l. fi. ff. pro ſuo, & Bal. in l. ſi is, la 2. inf. eo.

L E X   II.

1 *Præſcribenti pacifice libertatem, quæſtio ſtatus moueri non poteſt.*

Si is, qui. Quinq; anni an̄ litē motam defuncto in pacifica
poſſ. libertatis, impediunt moueri qōnē ſtatus,
1 h. d. No. de re p̄ſcribentem pacifice, & ſine interpellatione poſſe-
a diſſe, ſcias tn̄, *a* ꝙ interpellatio debet eſſe iudicialis, vel naturalis,
vt p̄ſcriptio interrumpatur: non. n. ſufficit ad interrumpendā p̄-
ſcriptionē q̄libet inquietatio, vt s̄. de ann. exce. l. vt ꝑfectius, ff. de
vſuca. pro emp. l. alienā. In tex. ibi, an̄ quinq; annos. no. ꝙ dictio,
an̄, ſignificat tp̄s præteritum perfectum. In tex. ibi, quandiu. ſup-
ple maxime, quia idē ſi tempore mortis tm̄. Non ſunt hic alia.

A D D I T I O.

a Scias tamen. Vide Bar. in l. ſi alienam. hic alleg.

L E X   III.

Quamuis. Defuncta perſona, remanet quæſtio ſtatus
propter bona. h. d. dic, vt no. s̄, eo. in rub.

L E X   IV.

1 *Præſcriptionis exceptio controuerſiam moueri impedit.*

Si quem. Qui vt ciuis Romanus vixit per quinquenniū
eius ſucceſſio nō poteſt in dubium reuocari:
1 ſecus ſi non ſit quinquennium lapſum. h. d. † In tex. ibi, contro-
a uerſiam te facere poſſe. no. ꝙ *a* exceptio præſcriptionis impedit
controuerſiam moueri, quod verum eſt, ſi eſt liquida ſolo lapſu
temporis, vel liquidanda ſaltem, alias non impedit proceſſum,
vt inf. de preſcr. lon. temp. l. emptor.

A D D I T I O.

a No. quod. Dixi 1. uer. præſcr. ſup. eod.

L E X   V.

1 *Præſcriptio a lege introducta ceſſat, vbi lex ceſſat.*

Quod eſt conſtitutum. Statū fauore liber
tatis non porrigit̄
ad caſum emancipationis. hoc dicit. No. in iure ſingulari non ꝓ-
cedi

cedi de ſimilibus ad ſimilia. Item no. ꝙ non iure factum poteſt
perpetuo refricari. Caſus. Sempronius duos habebat filios, vnũ
de facto emancipauit, alium non, lapſo itaque poſt emancipatio
nem quinquennio, deceſſit emancipatus conditio teſtamento,
in quo dictum fratrem ſuum hæredem inſtituit. pater dicebat
teſtamentum non valere, opponebatur patri exceptio præſcri-
ptionis quinquennij; certe non obſt. exceptio, quia non eſt hoc
2 caſu credita a iure.† No. ꝙ vbi lex ceſſat, ceſſat præſcriptio a lege
introducta. Et ideo verba ſtatutorum diſponẽtia de pręſcriptio-
nibus, ſunt multum ponderanda, in quo caſu loquantur; quia ẽt
ſi præſcriptio fauorabiliter diſponat, tamen ad ſimilia non extẽ-
ditur. Conſidera hic, non erant omnino ſimilia, nec paria, quia
emancipatio non eſt proprie ſpecies liberationis, licet ſit quidã
vlus liberi arbitrij.

LEX VI.

1 *Varietas ſi interueniat poſteriora tempora ſunt ſpectanda.*
2 *Opiniones contrariæ ubi interueniunt, ultima ſemper eſt tenenda.*
3 *Beneficium, quod aliquando fuit curatum, ſi fuit rectum tanquam ſine cu-ra, pro non curato haberi debet.*
4 *Pręſcriptio ſtatutaria, an currat minoribus, & Reip.*

Si mater tua. Quod aliquis vixerit tanquam ingenu-
us, probatur per vulgi opinionem, quæ
opi. inſpicitur tempore mortis, nam vltima fama pręualet ꝯriæ
præcedenti. h.d. valde no. No. ergo finem vitæ inſpici, non princi
pia, vel media, iuxta illud, in fine laudabitur, vel vituperabitur
1 opus.† Iſta ergo litera in fi. eſt valde notabilis, quæ dicit, ꝙ ſi ua-
rietas interueniat, poſteriora tempora ſpectari conueniet, & ſic
fama elidit famam, immo abſorbet, quando eſt poſterior. Sed ſi
a in eodem tempore *a* concurrant duæ famæ contrarie, *b* illa eſt
b potior, quæ habet originem ab honeſtioribus, & credibiliorib.
vel melioribus indicijs comprobatur: nam fama non ſolũ con-
firmat aliud, ſed ẽt eſt confirmanda, & alias eſt nuda fama, & ſi-
2 ne cauſa, vt dixerim informis.† Item no. ex hac l. ar. ꝙ vbi in gl. *c*
c contrariæ opiniones reperiuntur, opi. vltima eſt tenenda. † Item
3 no. ꝙ vbi beneficium aliquando fuit curatum, poſtea vero fuit
rectum tanquam ſine cura, ꝙ pro non curato debet haberi. Eꝯ
ſi aliqñ fuit rectum tanꝙ non curatum, poſtea tanꝙ curatum, ꝓ
d curato debet haberi, vt ff. de ali. leg. l. Mela. *d* §. j. ꝗ l. hęc gl. elegan
4 ter allegat.† Extra quæro, *e* vtrum præſcriptio ſtatutaria currat
e minoribus, & Reipub. videtur hic caſus, quod ſic. Sed gl. dicit, ꝙ
hic eſt ſpeciale. Inn. dicit currere, ſed in integrum reſtitutionem
dari, quia l. ultima, ſupra in quibus cauſis in integ. reſt. non eſt ne
ceſ. non pertinet ad præſcriptionem ſtatutariam tum quia non
pertinet ad nouas leges poſt illam inductas, vt patet ibi in verbo,
vetera iura, a contrario ſenſu: tum per tex. extra, de reſt. in integ.
c. cõſtitutus: tum quia ſtatuta municipalia æquiparantur pactis,
ſicut conſuetudo. Bar. dicit, ꝙ minoribus currit, ſi minores tra-
ctant de lucro captando, ſecus ſi de damno euitando. Tu dic,
f *f* quod aut ſtatutum facit ſpecialiter mentionẽ de minoribus,
g *g* vel de Repu. & tunc præſcriptio currit, ſed datur in integrum
reſtitutio, vt inf. de ſen. aduer. fiſ. lat. l. 1. lib. x. aut nõ facit mentio-
nẽ de minoribus, vel de Repub. & tunc ſerua dictum In. cũ etiã
h minores ligentur *h* per ſtatuta locorum, & per conſuetudines
municipales vniuerſales, niſi nominatim minor, vel Reſpublica
excipiatur, vt ff. de adm. tut. l. ſi ſine, §. Lucius.

ADDITIONES.

a An. Bar. Eodem tempore. Not. ſi ſunt duæ famæ contrariæ, ſtatur illi, quæ oritur ab honeſtioribus indicijs. vide in c. 1. alias in rub. qui feu. da. poſ. & Bar. Mo. in l. is poteſt, ff. de acq. hæred. & l. 1. C. de reſti. idem dic ſi poſterior fama eſſet procurata, ut eſt tex. in l. miles, §. militem ff. de adul. & vide Bar. in l. is poteſt, de acq. hære. vbi dicit, quod ſi eſt fama de morte teſtantis, & eſt ſecuta aditio ñ inualidatur propter ſequentem famam, quia poſterior fama impedit actum exercendum, non iam exercitatum allegauit l. 2. in prin. quis ordo in bo. poſ. ſerue. Bal. allegauit iſtũ tex. eſſe meliorem, & l. Barbarius, de offi. præ. & l. ad teſtium §. conditionem, ff. de teſt. mili. & bene facit l. j. ſup. eod. & addit, quod ſi ſit formata inquiſitio contra aliquem, contra quem erat publica fama, ſi poſtea veniat contra famam, non impeditur inquiſitio; ſed non poterit torqueri, quia eſt actus exercendus, quod eſt bene not. vide Bal. in l. diuus. ff. de teſt. mili. vbi ſi ex forma ſtatuti contra magnatem ſufficit ſola fama, & probatur de fama, & magnas probat contra famam. prima fama tanquam eliſa non ſufficit, quod ſingulariter no. quomodo autem probetur fama, uide gl. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. & ibi Bal. Ang. in l. ſi quis paterfa. ff. ad Mace. quomodo eſt poſſibile, quod eo tempore ſint contrariæ famæ in eo loco, cũ fama ſit illa, quæ eſt in ciuitate, vel maiore parte ciuitatis, c. inquiſitionis, de acc. & l. de minore. §. tormenta de quæſt. Bar. tenet, quod ſic in l. is poteſt. præalle. Bal. contra, & ibi Do. Io. tenet cum Bal. & l. ſaluat Bar. in rumore populi, vel vulgi, vide tex. ualde no. in l. fi. ibi, falſus rumor. ff. de hær. inſtit. Et an fama ſufficiat quod ſic in loco delicti, uide Bal. in l. 3, §. eiuſdem, de teſti. & an fama faciat plenam probationem quo ad probandum hominis qualitatem, ſingulariter dicit Bald. quod ſic. in l. i. ſupra de teſt. Et adde Doct. in c. cum oporteat. de accu. & quæ ibi dixi. & l. ſimiles, §. mulier. in ver. falſis rumorib. de adult.

b Duæ famæ contrariæ. Vide Bar. in l. de minore, §. plurimum in verſ. quæro, utrum poſſit probari fama. cum ſeq. ff. de quæſt. Bal. in l. diuus, de teſta. mil.

c Vbi in gl. Vide gl. in l. qui filium. §. Sabinus, ff. ad Treb. tex. & ibi Bar. ĩ l. bona fides. ff. de poſ. Bal. in auth. ex teſtamento. ſupra de coll.

d l. Mela. Vide quæ ibidem dixi poſt Bar.

e Extra quæro. vide iſtum in l. fi. ſupra in qui. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſ.

f And. Bar. Tu dic, An præſcriptio ſtatuti currat minoribus. uide Bal. in l. omnes populi. qui quærit, ſi cauetur, quod non petens debitum per annum cadat ab eo. uide eum ibi, quia non loquitur. vide Sali. in l. 1. quę ſit lon. conſue. ubi dicit, ſi cauetur, quod deceptus ultra dimidiam non poſſit intentare remedium l. 2. de reſcin. uen. tamen pupillus, uel minor, poterit in integ. reſtitui. quod eſt not. ſecundum eum. vide omnino gl. Bal. in l. fi. ſupra de in integ. reſti. mino. ſi caueatur, quod cauſæ cõſanguineorum compromittantur, an intelligantur minores, & vide Angel. conſil. cxcix. vbi dicitur ſi cauetur quod vera præſcriptio currat minori, non currit præſcriptio incœpta cum maiore.

g De minoribus. In contrarium quod no. Bal. in l. 1. in xxiiij. oppo. ſupra qui admit. & plene per Bar. in l. 1. §. ſi quis autem, ff. de itin. actuque priuat.

h Ligentur. Vide quod no. Bal. in l. fi. ſup. de teſti. in integ. & in l. 1. ſupra ſi aduer. do.

LEX VII.

1 *Litis conteſtatio per confeſſionem quandoq; fieri ſolet.*
2 *Iuriſdictio per citationem, quæ non tenet, an perpetuetur.*

Si pater tuus. Per iudicem incompetentem non po-
teſt interrumpi præſcriptio. h.d. notabi-
a liter ꝙ intellige etiã ſi lis *a* de facto ſit conteſtata: nam vt elegan-
ter hic dicit gl. conteſtatio litis, quæ non tenet, maxime propter
defectum iudicis, pro non facta habetur. Idem no. Bar. extra, de
app. c. vt debitus. Idem ſi non tenet ꝑ ordinem iuris non ſerua-
tum, quia ſimiliter pro non facta habetur, vt s̃. de lit. cont. authẽ.
1 offeratur. & ita no. in l. j. de dam. infect. per Iaco. de Are.† Modo
b quæro, *b* cum litis conteſt. quandoque fiat per confeſſionem. vt
ff. de neg. ge. l. at qui natura. §. cum vtrum. num iſta gloſ. ſit vera?
Reſpon. quod ſic, ſi ponas iſtam confeſſionem factam in vetito
examine, vt extra de iud. c. at ſi clerici: nam vetitum examen nõ
poteſt prorogari, vt extra de foro competen. c. ſi diligenti. Si aũt
examen non eſt ꝯ legẽ, ſed p̃ter legẽ, & ſic examen poteſt proro-
c gari, tunc litis conteſtatio *c* valeret, immo, & ante litem conte-
ſtatam ſtandum eſſet confeſſioni, nec oportet litem conteſtari,
vbi per confeſſionem fit prorogatio iuriſdictionis, nec tunc hẽt
d locum pœnitentia, *d* ar. ff. de pecu. l. depoſiti, §. 1. Sed an per cita-
e tionem, *e* quæ non tenet, perpetuetur iuriſdictio? Canoniſtæ di-
ſputant. tu dic, ꝙ aut non tenet quo ad iudicem, & quo ad par-
tem, vt quia facta, die feriata in honorem Dei. & non perpetua-
tur iuriſdictio, quæ non incipit quo ad actum ſuum, nam iuriſdi
ctio dicitur prout eſt apta ius dicere. aut non tenet citatio rõne
citati, vt quia citatus erat infans, vel furioſus, tenuit tamen quo
ad ius dicentis opinionem, & ſic quo ad extremum ius dicẽtis,
prout reſidet in iudice. & tunc perpetua eſt iuriſdictio, licet quo
ad reum elidatur citatio.

ADDITIONES.

a An. Bar. Etiam ſi lis. No. quod lis de falſo, conteſtata non interrumpit præſcriptionem. uide tex. no. in l. accuſaturus, ff. de adult.

b And. Bar. Modo quæro. Licet aliqui velint, quod ſaltem oriatur indicium ex illa cõfeſſione, vide Bar. in l. diuus. de cuſto. reo. & l. magiſtratibus, ff. de iuriſ. om. iu. Do. Ant. in præalleg. c. at ſi clerici.

c Conteſtatio. Vide Bar. in l. accuſaturus. ff. de adult.

d Penitentia. No. limitationem, l. ſi conuenerit, ff. de iu. om. iud.

e Sed an per citationem. Vide Bar. & quæ ibi dixi, in l. accuſaturus, ff. de adul.

LEX VIII.

1 *In incorporalibus perſonalia iura quædam ineſſe, & an ea tempore aliquo inducantur.*
2 *Incorporalia realia, ideſt, rebus annexa, & cohærentia, quæ ſint.*
3 *Iuriſdictiones longo tempore ſine titulo præſcribi non poſſunt.*
4 *Fuga nemini prodeſſe debet.*

Repetitio. Res, quæ nullo titulo poſſidentur, non pręſcribuntur. Item ſtatus eius, qui deceſſit in
fuga, & latitatione, non conualeſcit tpis curſu. h.d. In tex. ibi, cor
1 pora. no. ꝙ cum miſterio dicit corpora. In † incorporalibus autẽ
quædam ſunt perſonalia, vt obligationes. Et iſto nullo tpe indu-
cuntur, nec producuntur in eſſe, vt ff. de act. & oblig. l. obligatio-
num fere, §. placet. Sed ex longi tpis curſu, & præſtatione bene
ꝓbatur ſubeſſe, vt ff. de vſu. l. cum de in rem verſo. niſi appareat
ſaltem per aliquas præſumptiones, ꝙ ſit facta non aĩo obligandi,
ſed gratis: vnde ſi quis prætendit titulum donationis, non proba
a bit ipſum virtute dictæ l. cum de in rem verſo, *a* quia præſũptio
iuris eſt in ꝯrium, ſ. quod nemo velit iactare ſuum, ut ff. de prob.
l. cum de indebito, & no. in l. obſeruare. §. fi. de off. Proconſ. in gl.
2 ord.† Quædam autem incorporalia ſunt realia, i. rebus annexa,
vel cohærentia, vt ſeruitutes: & tunc aut loquimur in ſeruituti-
bus, quæ habent iſtar dñij, & titulus requiritur, j. de pręſcr. long.
3 temp. l. fi.† Et ideo iuriſdõnes *b* non præſcribuntur longo tempo
b re ſine titulo, *c* quia iuriſdictiones dominio æquiparantur, vt
c ff. de ſtatu homil. qui furere. aut loquimur in alijs ſeruitutibus,
quæ ſunt parui præiudicij, ſicut eſt ſeruitus viæ, & ſimilis, tunc ſi
ue conſiſtant in patientia aduerſarij, ſiue in facto, vt ſeruitus one
ris ferendi, non requiritur titulus, vt l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſerui.
4 ven.† No. ꝙ fuga, & latitatio nemini dẽt prodeſſe. Item no. qđ gl.
hic

ADDITIONES.

a L. cum de in rem verſo. Et ibi Bar.

b Et ideo iuriſdictiones. Vide no. Bar. in l. iuſto, §. non mutat. ff. de vſuc. in fi.

c Celſus. Sine tit. Aduerte, quod ad acquiſitionem iuriſdictionis ſufficit titu. putatiuus, cum tanti tamen temporis præſcriptione, ꝙ non ſit memoria in contrarium, ita no. iſte. in l. fi. ad fi. ſupra de long. temp. præſcr. Flor. in l. ſic conſtituta, ff. quem ad. ſer. amit. Alex. in l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſer. vend. & Pa. de Caſt. conſi. mihi 132. ſecundum antiquum numerum, & ita notaui poſt Pan. in addi. ad ipſum, in ca. cũ contingat. nu. 5. in ver. priuilegium, & conſuetudo, ext. de fo. comp.

a hic dicit, quod de iure antiquo *a* nulla preſcriptio currebat ma-
læfidei poſſeſſori, ad quod ius antiquum redit ius canonicum, vt
in c. poſſeſſor malæfidei. de reg. iur. lib. 6.

ADDITIO.

a And. Barb. De iure antiquo. No. quod de iure antiquo præſcriptio nõ tuebatur ma
læ fidei poſſeſſorem, & ſic per c. 2. de re iud. reditur ad ius antiquum, quod ſumme
no. pro intellectu c. fi. de præſcr. & eorum, quæ dixit Bar. in l. non ſolum, §. ſi mihi,
ff. de vſucap.

*De præſcriptione longi temporis, quæ pro liber-
tate, &c. Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *Fugiens malam fidem habere videtur.*

MAla. Diuturna poſſeſſio non illum tuetur, qui ma-
la fide fuit in poſſeſſione libertatis. & ex fuga p̄
1 ſumitur mala fides. h. d. † No. quod ille, qui fugit, malā
fidem habere videtur.

LEX II.

1 *Poſſidere ſeipſum nemo poteſt.*
2 *Preſcriptio libertatis, an titulum requirat.*
3 *Poſſeſſione longi temporis, libertas, & Romana ciuitas ſeruo competunt.*

Preſtat. Sola bona fides etiam ſine titulo, præſtat iuſtum
initium præſcribendi libertatem 30. ann. ſpacio.
1 h. d. No. ꝙ iſta litera innuit, ꝙ quis poſſidet *a* ſeipſum. Sed glo. di
cit notabiliter, ꝙ nemo ſe poſſidere poteſt in ſe, ſed quaſi poſſi-
dere. Adde, quod eſt in quaſi poſſeſſione actuum, qui quaſi poſ-
ſidetur. Conſidera, actuum quidam ſunt extra ſe, vt viuere tanq̃
liber homo: quidam a ſe in alium, vt vti iuriſ. dicit Inno. ꝙ ſi quis
in caſu vtitur iuriſdõne, vel alio iure prætenſo, iſte non poſſidet
aliud, niſi labia ſua; v. g. ſi ſubditi non obediunt, vel ſi patronus
2 præſentat, & Eps præſentatum reprobat. † Quæro, nunquid in
iſtis præſcriptionibus titulus requiratur? Dñt Doc. ꝙ non, quia
b tex. hoc nõ dicit. Iſta gl. eſt multũ notabilis. Pone, ſtatuto *b* caue
tur, ꝙ poſſidens rem per x. an. poſtea conueniri nõ poſſit; dico. n.
ꝙ ſufficit bona fide poſſediſſe x. an. licet ſine titulo, quia ſtatutũ
3 non requirit titulũ, quod tene menti. † In tex. ibi, liberi & ciues.
no. ꝙ ex longi temporis poſſeſſione libertas, & Romana ciuitas
ſeruo competunt, dixerunt quidam, quod in iſta præſcriptione
requiritur, quod publice ſe gerant pro libero.

ADDITIONES.

a Quod quis poſſidet. Vide Do. in l. 3. §. ſi ſeruus, ff. de acq. poſſ.
b Pone, ſtatuto. In contrarium facit, quod no. Bal. per illum tex. in l. contractibus, in
prin. ſup. de non num. pec. & in c. 1. §. ſi quis per triginta, ſi de feu. fue. controuer.
& quæ retuli in l. ſequitur, §. ſi viã. ff. de vſuc. contra Bal. ſingulariter tenet Lu. Ro.
in l. Prætoris, in prin. in add. nouis, ff. de dam. infec. & pro dicto Bal. hic facit, quia
ſtatutum debet aliquid addere iuri cõmuni. no. Bal. in l. cum ſcimus, inf. de agric.
& cenſi. lib. 11.

1 *Tempus non eſt modus tollendæ ingenuitatis.*

Sola. Ex temporis longinquitate ingenuus ſeruus non effici
1 tur. h. d. No. † qđ *a* tempus ñ eſt modus tollendæ inge-
a nuitatis. In tex. ibi, ſi 40. ann. no. quod in materia præſcriptionis
de iſto tempore 40. anno. alibi non fit mentio.

ADDITIO.

a No. quod uide Bal. in l. 2. ſup. de inge. manu.

De peculio eius, qui libertatem meruit. Rubrica.

LEX VNICA.

1 *Prouidere facilius quis intendit contra ſe, quam contra ſuum ſucceſſorem.*
2 *Reſeruans ſibi nihil nil excipere poteſt.*
3 *Contractus perſonam non egrediuntur.*

LOnge. Manumiſſo inter viuos, tacite vr̄ peculiũ con
ceſſum, ſecus in vltima voluntate: & not. mi-
rabile, ꝙ actus inter viuos fauorabilior eſt, quam vltima
1 voluntas. hoc dicit. † Quærit Azo in Summa, de ratione differē-
tiæ dicas, ꝙ facilius quis intendit prouidere ꝯ ſe, quã ꝯ hæredem
ſuum, vel ſuum ſucceſſorem, arg. extra de aut. & vſu pallij. c. ex
tuarum. glo. reddit alias rationes perſuaſiuas: nam in contractu
nil ſibi reſeruat, quia nil excipit, ſed in vltima voluntate res vni-
2 uerſas in hæredem dirigit. † No. glo. quod q nil ſibi reſeruat, nil
excipit. de offic. delega. ca. ſuper quæſtionum. §. porro. Secunda
ratio, quia inter viuos habet longum ſpatium ad deliberandum,
ſed in vltima voluntate, vbi mors feſtinat, non poteſt ſic cogita-
re, vnde lex pro eo cogitat. Nota hanc rationem nos dicimus,
ꝙ in contractibus non receditur a perſona, ſecus in vltima vo-
luntate. Et eſt ratio. quia in vltima voluntate non potuit ſic co-
gitare, vnde lex cogitat pro eo. Sed melior ratio eſt, quia vltima
voluntas non poteſt reparari per teſtatorem, qui deceſſit, vnde
lex prouidet, vt no. in l. fi. ſup. de contrahend. empt. niſi teſtator
appoſuiſſet conditionem expreſſam, ſi arbitrabitur, nã tunc non
receditur a perſona, vt l. 1. ff. de leg. 2. Tertia ratio redditur a Io.
quia inter viuos manumittens ſperat operas: & ideo vberius p-
uidere videtur, moriturus autem nil ſperat.

De Senatuſconſulto Claudiano tollendo. Rub.

LEX VNICA.

1 *Mulier inter ſeruos incontinens, eſt dedecus totius cognationis.*
2 *Caſtigare põt dominus ſeruum ſuum, & aſcriptitium, propria authoritate.*

CVm in noſtris. Olim mulier libera ſeruili
amore capta, vel bacchata, ſi
ei denunciatũ eſſet a dño, ne ſeruo ſuo cõmiſceretur, &
iudex ſuper eo eam admonuiſſet, quæ tamen non deſi-
ſtebat a complexu, ſuam ſubſtantiã perdebat, & libertatē amitte
bat. fiebat. n. conſerua, qđ (quia indignum erat) ſublatũ eſt, quia
nec bona perdit, nec amoris fauore libera eſſe deſinit. h. d. In tex.
ibi, & quod ab hoſtium ferocitate. No. ꝙ ſeruitutes ab hoſtium
ferocitate ceperunt ꝯ nãlis libertatis ſtatum, quod dic vt not. ff.
1 de iuſt. & iu. l. manumiſſiones. † In tex. ibi. ad libidinem nequiſſi-
morum hoĩum. no. vitiũ libidinis principaliter homini attribui.
In tex. ibi, infelici. no. cupidinem infelicem. In tex. ibi, peſſimum
dedecus. no. ꝙ mulier incontinens inter ſeruos, eſt dedecus to-
a tius cugnationis, & fulgoris eius. *a* In tex. ibi, cognatis ſuis infe-
2 riorē no. ꝙ dedecus eſt ſeruire inferiori, vel deteriori ſe. † In tex.
ibi, ſiue p ſe, ſiue per p̄ſidē. no. ꝙ ſeruum, & aſcriptitiũ ſuũ quis
põt caſtigare ꝓpria authoritate, & ēt præſidali. Adde, ꝙ in tali ca
ſtigatione ordo iuris nõ requirit, ēt ſi fiat per preſidē, vt no. Inſt.
de libertinis, §. multis. In tex. ibi, reuerſuram. no. ꝙ negligētia p-
curatoris parit dño damnum glo. hic ponit uerſus. Spicula figit
amor, &c. Et no. ꝓpter talem negligentiam ſeruum confiſcari.

ADDITIO.

a Phil. Dec. Fulgoris eius. Quinimo, & nobilitatem perdit ſi nobilis fit, & infamis
fit, ut per eundem in l. cum antiquis 8. q. de iu. deli. per l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfi-
cianum, & in reg. infamibus, lib. 6. Addit. ēt Bar. in l. his ſolis, C. de reuo. do. quod
mulier inhoneſte uiuens tenetur ad oẽs penas aduerſus ſecũdo nuben. impoſitas.

De nudo iure Quiritum tollendo. Rub.

LEX VNICA.

1 *Nomina debent habere conſonantiam.*

ANtiquæ. Olim erat quoddã nudũ dñium, ꝙ nõ
erat in ꝯſuetudine, licet eſſet iure ſcri
ptũ, quod nihil ab enigmate, i. ab obſcuritate diſcrepat,
ſed tanq̃ vacuum. & ſuperfluum verbum non erat in vſu, & ani
mi iuuenum infirmabantur in talium verborum ludibrio, cum
debeant a primis cunabulis utilia capere. Et ideo Imperator ſta-
tuit, ꝙ illud nudum dominium quod carebat effectu, careat no-
mine, & ꝙ vnuſquiſque ſerui ſui, & aliarum rerum ad ſe perti-
nētium, efficax habeat dominium. h. d. In tex. ibi, ludibrium. no.
nimias ſubtilitates ludibrium appellari. In tex. ibi, nudum nomē
quod non erat in cõſuetudine, licet eſſet in iure. In tex. ibi, enig-
mate. i. obſcuritate, vnde Apoſtolus, Videmus in ænigmate, i.
tenebrarum obſcuritate, tunc autem videbimus de facie ad fa-
ciem. In tex. ibi, pleniſſimus not. de pleniſſimo dominio, & iſtud
vocabulum pleniſſimum dominium, raro alibi inuenies. Not.
1 † ꝙ nomina debent habere rerum conſonantiam, alioquin non
debent dici nomina. Et eſt arg. contra Epiſcopos, qui habent ti-
tulos nulla tenentes, i. nullius utilitatis, vel poſſeſſionis, vt in c. in
pleriſque de ele, in Cle.

De vſucapione pro emptore, vel pro tranſactione. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Titulus illicitus non dat cauſam præſcribendi.*
2 *Vendendi ius qui dicantur non habere.*
3 *Rem furtiuam ſcienter emens, an committat furtum.*
4 *Rem furtiuam ſcienter vendens, quam non poſſidebat, nec poterat tradere, obligatur ad rem tradendam.*
5 *Rei furtiuæ ſcienter legatæ in ultima voluntate, an teneat legatum.*

MAncipia. Qui emit rem ab eo, qui non habet
ius vendendi, dñiũ nõ acquirit, nec
1 ēt vſucapit, ſed illicite emit. h. d. † No. ꝙ illicitus titulus
2 non dat cauſam præſcribendi. † Quæro, qui ſunt illi, qui non ha-
bent ius vendendi? Reſpon. aut queris de iure quo ad obligatio
nem, aut quo ad immediatam dominij translationem primo ca
ſu dic, ꝙ quandoque ex neutra parte contrahentium ꝯtrahitur
obligatio, qñque ex altera tm̃, vt ff. de ꝯhen. empt. l. ſi in emptio-
ne, §. idem ſi emptor. Nam vterque ſcit rem furtiuam, ideo ex
neutra parte ꝯhitur obligatio; quia ſi contraheretur obligatio,
ordinaretur ad delictum, ideſt ad furtiuam traditionem: vnde
talis datur regula, quod qñ impoſſibilis eſt in traditione eius ob-
ligatio, & titulus eſt impoſſibilis. ex altera vero parte ꝯhit oblo,
ſi ſolus emptor ſcit rē furtiuã, q emptor bñ ad pretiũ obligat, qa
in ſolone pretij non cõmittitur furtũ, eꝯ ſi venditor ſolus ſcit rē
furtiuã, qa emptor recipiendo, furtum non cõmittit, nec vendi-
tor pretium ſuſcipiendo, vtrinque obligatio ꝯtrahitur. Porro ſi
ſcientia non inducit uitium, bene tenet commercium, vt ſubti-

liter legit̃,& notat̃ in l.itē ſi res.ff.de alien.iud.mu.cau.fac. Item
no.ibi, ꝙ apparet,ꝙ vbi res erat apud emptorem priusq̃ emeret,
nō ꝯmittit furtum ꝑ venditionē rei alienæ: qa nemo paciſcēdo
facit furtum,ſed amouendo.Si aũt loqueris,quantum ad imme
diatam tranſlationem dominij.dic,vt plene no.ff. de re. iud.l. id
qđ noſtrum.& adde quod no.Iac.de Are.in l.non dubium,s̃.de
3 legib.† Extra opp.*a* ꝙ emens ſcienter rē alienā, non ꝯmittit fur-
a tum,vt in vxore.quæ vendidit rē donatam.ff.de don.inter vir.&
vx.l.ſi donante.Sol.ibi ideo,quia venditor habebat occaſionem
poſſidendi a domino,quaſi titulo pro ſuo, vt ibi dicit litera ele-
4 ganter.† Quæro,quid ſi quis vendidit ſciēter rem furtiuam, quā
non poſſidebat,nec poterat tradere, quia poſſidebatur a quodā
tertio? Reſp. ꝯhitur perſonalis obligatio ad rem tradendam lĩ-
me.deber.n.facere,& curare, vt tradere poſſit lĩme,ut l.ratio.ff.
5 de actio.empt.† Quæro,quid in vltima voluntate,ſi teſtator lega
uit ſcienter rē furtiuam,vtrum teneat legatum?& vr̃ ꝙ non. ar-
guendo de ꝯ̃ctibus ad ultimas uoluntates. In ꝯ̃rium uidetur ꝙ
æſtimatio debeatur,quia poteſt redimi a domino, ut l. non du-
bium.ſup.de leg.quod eſt verius.

ADDITIO.

a Extra op. Vide in l.ſciens,inf.eo.& omnino Bal.in l.alienum.ſup.de fur.& Cy.hic & uide quod ſequitur.
Celſus. Adde quod notaui in apoſt.ad Bar.in alle.l.alienum.& melius in l.qui fundum.§.furtiua res in apoſt.in verſ.ignorauerit.poſt Alex.ff.pro emp.

LEX II.

1 *Prohibitio per verba affirmatiua fieri poteſt.*
2 *Prohibitio facta de vendendo, an videatur facta de oĩ ſpecie alienationis.*
3 *Prohibitio teſtatoris requirens cauſam, quæ cauſa intelligitur.*
4 *Res prohibita alienari an præſcribi poßit.*

Si cōtra. Res iuſſa ſeruari, nō poteſt uendi,nec præſcribi
h.d. No.ꝙ omnis prohibitio impedit alienatio-
1 nem legalem. Not.ꝙ † aliquid prohibetur per uerba affirmatiua.
nam teſtator,qui iubet rem ſeruari,loquitur uerbis affirmatiuis
No.ꝙ poſito conſequēti,qđ ex prohibitione ſequit̃, perinde eſt
ac ſi ꝓhibuiſſet: unde ſi probo,ꝙ teſtator mādat rē ſeruari,ꝓbo
ꝙ uetuit alienari, qa eadē eſt nā uerborũ æquipollentiũ, qđ te-
2 ne menti. Modo reuoco in dubium, † teſtator prohibuit vendi,
a vtrum videatur prohibuiſſe oēm ſpeciem alienationis? *a* Dicit
gl.ꝙ ſic per l.ſtatuliberi a cæteris.§.quib.ff.de ſtatulib.quæ eſt ad
hoc melior lex,quæ ſit in iure, tu dic verbum venditionis per ſe-
ipſum,non hoc habet ſignificare,vt l.fi.inf.de prędijs Cur.lib.10.
ſed ratione adiuncti, i.ratione cauſæ prohibitionis bene includit
alios titulos,vt in iſta gl. Idem no.ff.quæ res pig.ob.poſſ.l.j.§.fi.&
extra,de pig.c.1.& ff.de pig.in l.quorum. Vel dic,aut prohibitio
b eſt extraordinaria,vel legalis:& non comprehēdit alios ꝯ̃ctus. *b*
vt d.l.fi.aut eſt regularis prohibitio, ſicut eſt, ꝙ teſtator pōt pro-
hibere:quia uoluntas,teſtatoris reputatur eſſe lex communis, &
tunc comprehendit omnem alienationis ſpeciem. Vel dic,vt di
3 xi ſup.de fideicomm.l.voluntas. † Quæro, cum teſtōris prohibi-
tio requirat cauſam, quæ cauſa hic ſuberat? Rn̄d. cauſa erat in
ipſa re,propter perfectæ artis peritiam. Idem ergo ſi propter co-
gnationis tutelam,vt in tueri, no.ſup.de fideicommiſ. l.quoties.
4 † Quęro, vtrum talis res prohibita alienari poſſit præſcribi, ſi qs
habeat cauſam ab alio,q̃ a prohibito,vel eius vices gerēte. Reſp.
ſic:quia teſtator nō poteſt imponere legem, niſi ſucceſſori ſuo.
Vltimo vides,ꝙ pręſcriptio eſt legalis alienatio, & tñ impeditur
per hominis prohibitionem,facit, ff.de verb. ſig.l.alienationis.

ADDITIONES.

a Alienationis. Vtrum appellationis venditionis,ueniant alii contractus. Vide Bar. hic,& quæ poſt eum dixi.quibus adde Bal.in auth.& qui iurat furioſus.de bo. authori.iud.poſſ.ſed quid de verbo,comparere,an ſit generale, & importet omnem permutationem. Vide Bar.& Bal.in l.1.ſup.de rerum permut.& ibi etiam, an permutatio comprehendat uenditionem, & alios ſimplices contractus. Et ſimiliter, an venditio comprehendat permutationem iſtis adde Spec.& Ioan.And.in tit.de emp.& uend.§.nunc uidendum.uer.ſed pone,ſtatutum.& Nico.de Neap.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſthu.
Celſ. Adde pro originali quæſito huius.ſ.an prohibitus uendere, poſſit alios contractus alienationis celebrare.& de hoc uide iſtum in l.fin.ſup.de rebus alie. non ali.& in l.voluntas.ad fi.uer.modo reſta.l.ſup.de fideicomm.& in cap.1.in tit. de feu.alie.in uſib.feud.& in cap.1.in ti.per quos fiat inueſti.in eo.lib.& Can.in c.1. extra de his,quæ fit a præla.
b Alios contractus. In contrarium facit l.filium habeo.ff.ad Maced.iuncta l. ſtatuliberi.ff.de ſtatuli.& quod no.Cy.in l.1.inf.quæ ſit lon.conſue.Non ob.l.fin. hic alle.quia ibi facta eſt mentio de pretio.

LEX III.

1 *Partus ancillæ furtiuæ apud poſſeſſorem bonæfidei editus,& conceptus poteſt uſucapi.*

1 Si matrem. Partus † ancillę furtiuę apud bonęfidei em
ptorē conceptus,& editus,poteſt uſucapi.
h.d.diſtingue hic,ut ff.pro ſuo.l.ſi ancillam, & ff. de Publiciana,
l.ſi ego.§.partus.& dic,ut dixi ſup.de furtis.l.ancillæ.

LEX IIII.

1 *Ratificare non poſſum quod nomine meo non eſt geſtum.*
2 *Scientia erronea an dicatur bona fides.*
3 *Error iuris qualiter probari poteſt.*
4 *Errans ſimul in iure,& in facto pro bonæfidei poſſeſſore cenſeri debet.*

1 Venditioni. Tria tuentur poſſeſſorem.ſ.dñium,con-
ſenſus,& vſucapio.† Opp.qđ ſuo noīe ñ
eſt geſtum,non poteſt quis ratificare,ff.de neg.geſ.l. item ſi cum
putaui.alias l.ſi pupilli,§.ſi ego.Solu. proprie loquendo iſta non
eſt ratificatio,ſed quidam conſenſus,vt ff.de pign.l. ſi fundus, §.
a 1.Vel dic,ꝙ non poteſt ratificare, *a* aut ex ꝯ̃ctu agat, ſed vt ius ꝑ-
dat ſic,vt ff.quib.modis pignus,vel hypoth. ſoluitur.l. ſicut, §. ſi
venditioni, qui ꝯſenſus in vltima volũtate ēt interuenire poteſt.
b tex.eſt hic ſingularis. *b* † Quæro, dr̃ hic, ꝙ in vſucapione requi-
2 ritur bona fides. Vtrum erronea ſcientia dicatur bona fides? Re
ſpond.ſic,ſi errat in facto,ſecus ſi in iure,& eſt ratio,quia ille,qui
vſucapit,tractat de lucro quærendo cum alterius iactura, vel ſal
tē de damno alteri inferēdo,ꝯ̃ naturalem æquitatem: & ideo nō
prodeſt error iuris,qui non eſt probabilis,imo eſt lata culpa,quę
vſucapientibus obeſt,hoc tenet glo.ff.de pet.hære.l. ſed ſi lege.§.
ſcire. Sed contrarium tenet hic dicens,ꝙ error iuris operatur bo
nam fidem,qđ intellige aliquo titulo præcedente,non lucratiuo
c ſed oneroſo,vt ff.de vſuca.l.poteſt,§.vltimo.vel verius dic quod
bona fides inducit ex errore iuris,quo ad fructus, quorum poſ-
ſeſſio eſt inutilis,& abiecta,vt ff.de acq.poſ.l.ſi rem mobilē,non
quo ad rem præſcribendam,vt notatur.ff.de vſuc.l.ſi fur.ff. 1.&
d l.ſed ſi lege,§.ſcire,& ff.de iur.& fac.igno.l. iuris ignorantia in
d vſuc. Sed hic q̃rit, *d* † qualiter iuris error ꝓbetur? Rn̄d. quia erat
3 mulier,minor,vel miles armatæ militiæ: vel qa paſſus erat diffi-
cilis in iure,& interrogauit ſapientem,qui errauit in opinione:a-
e lias aũt quilibet pręſumitur ſcire *e* iura ſcripta,niſi ſit amens, vel
4 furioſus, vt s̃.de legib.l.leges ſacratiſſimæ. † Quæro, quid ſi erra-
f uit ſimul *f* in facto & in iure? Rn̄d.bonę fidei cenſeri debet, vt ff.
de vſuca.pro dona.l.ſi vir vxori,nam licet error iuris non patro-
cinet̃,tñ non officit erranti in facto. Aut ergo qs vult ſumere ad
miniculũ ex iuris errore ad pręſcriptionē fundādā,& nō pōt:aut
aliunde vult fundare pręſcriptionē,& pōt,quia vtile ꝑ inutile nō
vitiat̃,cũ nihil habeāt cōe,nec veniāt inuicē ad ꝯflictũ tex.eſt no.
cũ glo.ſua,in d.l.ſi vir vxori. Nā vitium erroris iuris, errore facti
g purgat̃. *g* ad hoc facit totũ illud brocardũ inſpici, qđ prodeſt, &
nō qđ nocet.de quo hic per Cy.& eſt no. hoc fauore poſſidētiũ.

ADDITIONES.

a Non poteſt ratificare. Vide Bar.in l.fi.ſup.de rei vend.
b Tex.eſt hic ſingularis. Ita etiam alleg.Bal.in c.1.§.præterea ducatus, quibus modis feu.amit.
c And.Barb. Vel verius. An errans in iure lucretur fructus. Vide Dyn.& Dom. & ibi Io.de Imol.in l.ſi fur.§.2.de vſuca.& Ang.ponit verba Bal.hic,in l.ſed ſi lege §.ſane.ff.de pet.hær.Imo.in c.ad noſtram. de reb.eccle.non alien.& ibi dixi,Innoc.in c.conſultationibus,de iure patro.uide Do.in c.ad noſtram,& quæ ibi dixi.
d Sed hic quęritur. Intellige ſane iuxta l.fi.ſup.de iuris,& facti ign.
e Pręſumitur ſcire. Vide Bar.in l.quod nerua,ff.depoſi.& qualiter probetur error iuris,vide Bar.in l.non fatetur,ff.de confeſ.
f Simul. Vide Bal. in l.nullas,ſup.de rei vend.
g Purgatur. Vide Bar.in l.ſequitur, §.dominus fundi,ff.de uſuc.

LEX V.

1 *Poſſeſſionis vitium purgatur ſi ad dominum res reuertitur.*

S partem. Malę fidei poſſeſſor partem,quam poſſidet.
non pſcribit:bonę fidei autem poſſeſſor prę
ſcribit,niſi res eſſet vi poſſeſſa. Item præſcriptio nondum cōple-
tā non tuet̃ poſſeſſorē ꝯ dñm vendicantem. h. d. Oppo. s̃. quod
1 metus cauſa.l.ſi vi.Solu.vt in glo. † Quęro, dr̃ hic,ꝙ vitiũ purga-
tur ſi ad dñm poſſeſſio reuertatur. Quid ergo,ſi non fuit dñs,ſed
alius poſſeſſione expulſus? Rn̄d.res non eſt ita affecta, quin poſ-
ſit vſucapi,ſed glo. vr̃ determinare ꝯ̃rium,ſ. ꝙ debeat reuerti in
ꝑtātem vi expulſi:alias nec ꝯ dñm poſſit pſcribi,vt no. ff. de pre-
ca.l.certe.§.Iulia. Quid ergo,ſi nō dñs eſt expulſus, & reuerſa eſt
in poteſtatem dñi, vtrum poſſit vſucapi? Dñs Cyn. reliquit ſub
dubio. Tu dic poſſe vſucapi,quia vr̃ breui manu reuerſa in pote
ſtatem expulſi, & exinde in poteſtatem domini,exemplo eius,q
ſoluit creditor. creditoris,vt ff.de do.excep.l.Paulus.

LEX VI.

5 *Furtum committit,qui rem alienam quam pignorauit,ſubtrahit.*

1 Cum ſit. † Pignorans rem alienam, poſtea ſubtrahēdo
creditori facit furtum,nec poteſt vſucapi.h.d.
quod intellige,vt in glo.no.in tex.ibi,obligatum,ſcilicet a nō do
mino,& ſic de facto:tamē committitur furtum, & efficitur res
furtiua,quod eſt notandum.

LEX VII.

1 *Furtiuitatis vitium officit poſsidenti.*

1 Sciens. Vitium † furtiuitatis officit poſſidenti, non ratio-
ne malę fidei,ſed ratione vitij,quod non eſt purga
tum.h.d.quod nota.

LEX VIII.

1 *Dominium conſenſu domini facilius acquiritur, quam vſucapiēdi cōdictio.*
2 *Res ex cauſa tranſactionis retenta,an præſcribi poſſit.*

Ex cauſa. Titulus trāſactionis, ex quo ſequuta traditio
eſt,idoneus eſt ad pręſcribendum:ſecus ſi nō
continet traditionem, ſed liberationē a ꝯtroue ſia mota, quia
per hoc non datur titulus in ipſa re. Iſte textus eſt ſingularis,ſup.

de trāſactio.l.ſi pro fundo.h.d.& rō differentię eſt, qa ille, qui rē
accipit ex cā tranſactionis, accipit tanq̃ traditam aīo acquirēdi
dominium. Sed ille, qui retinet ex cauſa tranſactionis, retinet vt
ſuam, & ideo non acquirit vt nouum dominium, nec vt vſuca-
piendi condictionem, vt ff.de condi.ob cau.l.3.§.ſubtilius. Præ-
1 tereā facilius acquiritur dominium conſenſu domini, quā vſu-
capiendi condictio conſenſu non dñi, vt ff.de iur. & fac. ignorā.
l.regula, §.qui ignorauit. Sed Io. dicit ēt per liberationē acquiri
ius vſucapiendi, & quod regula quæ tradit.ff.de ꝯh.emp.l.claui-
bus non eſt ſemper vera, quia dñium fortius inhęret domino, q̃
quaſi dñium non domino, vt l.magis, §.1.ff.de reb.eorum, & ff.
1 de vſucap.pro empt.l.2.§.ſi a pupillo.† Conſidera, vtrum res re-
a tenta ex cā tranſactionis poſſit pręſcribi, *a* nam cōſideranda eſt
figura tranſactionis: nam aut continet, quod ſi quod ius habet
actor, reo cedat, & tunc ꝑſcribitur: aut agitur hoc ſolum, vt ad iu
dicem eatur, & tunc non ꝑſcribitur. In dubio aūt qui tranſigit,
ſoli liti cedit, & renunciare vr̄.ff.de cond.ob.cau.l. dedi. in prin.
Illud eſt indubitatum ꝙ id, qđ ex cā tranſactionis promittitur,
& traditur: quia habet in ſe titulum, ideſt ꝯctum, & obligationē,
pręſcribitur: at vbi eſt tranſactio ab omni obligatione abſtracta,
licet ibi ſit titulus, & tranſactio, non eſt ibi obligatio ſed eſt ibi q̃-
dam nuda patientia, q̃ pro titulo non hr̄ quo ad acquirendū do-
miniū, vel vſucapiendi condōnem, vt ff.de acquir.rerum dom.l.
nunq̃ nuda.& hoc placet Pet.& Cyn. Non ob.ff.de vſuc.l.ſi per
errorem, vt ibi no.& iſta opi.mihi placet per ea, quę not.ſup. de
tranſac.l.ſiue apud acta.in gl.dicitur pendere.

A D D I T I O.

a Præſcribi. Vide Bar.in l.1.ff.eod.
Celſus. Tu uide quod poſui in tract.meo clauſularum, in clauſula contract.ver.ce
dit omnes ius, quod habet, aut habere ſperat.

L E X IX.

1 *Eccleſia tenetur ex illicito contractu, quatenus eſt facta locupletior.*

1 **Eum, qui.** Iuris occaſio non dēt trahi ad iniquum com
pendium.h.d.† Et no.arg.ꝙ ex illicito ꝯctu te
netur eccleſia, quatenus facta eſt locupletior, vel ſaltem per ex-
ceptionem doli repellitur, arg.ff.de ꝯh.emp.l.ſi in emp.§. item ſi
emptor.2.reſponſo.& ff.de min.l.intra vtile. §. vendentibus. Et
a no.ꝙ pupillus dr̄ locupletior, *a* quando eſt vtilitas in actu perma
nens, vel neceſſitas in actu tranſiens, ſeu conſumpta, vt ff.de neg.
geſ.l.ſed an vltro.§.fi. Vltimo no.excipiendum contra eum, qui
de pręda eſt ſolicitus.

A D D I T I O.

a Locupletior. Vide Bar.in l.ſi ipſa res, ff.quod me.cau.& hic omnino per glo. no.

De vſucapione pro donato. Rubrica.

L E X P R I M A.

1 *Traditio dicitur immediata cauſa transferendi dominium, vbi a domino transfertur.*
2 *Dominium etiam in pactis nudis per fictam traditionem transferri poteſt.*
3 *Vſucapiones iuris cauſam deſiderant, & non factum.*
4 *Res aliena donari poteſt.*

Siue fuerit dominus. Traditione & vſuca
pione pro donato do
miniū q̃ritur.idē in alijs titulū habentib.vt s̃.de pac.l.tradi
1 tionibus.h.d.† Et no.ꝙ gl.vult hic, ꝙ vbi dñium transfertur im-
mediate a dño, traditio ſit immediata cā trāsferendi dñium. Tu
dic, ꝙ eſt voluntas dñi traditione ſubnixa, vt ff.de cond. ob cau.l.
3.§.ſubtilius. Volūtas.n.ſola non ſufficit, quia dñia rerum a poſ-
ſeſſione cęperunt, non a nuda voluntate.l.j.in prin. ff. de acquir.
poſſ. Horumque principiorum veſtigia maxime remāſerunt in
feudis, quia in poſſeſſione conſiſtit effectus, vt in c. 1. quid ſit in-
veſtitu.& c.ſciendum.de conſue.rec.feu.extra.quæro, conſtat ꝙ
omnis ꝯctus innominatus ab omni ſua ſpecie eſt pactum nudū,
niſi ſit traditione, vel alio fomento veſtitum, vt ff. de pact.l. diui-
2 ſionis placitum. Quæritur ergo, † vtrum ex eo dominium trāſ-
a feratur per conſtōnem præcarij? *a* & puto, ꝙ ēt per fictam tradi
tionem, ēt in pactis nudis dñium trāſferatur, ſi qua traditio facta
ſit a dño, & vſucapiendi condictio ſi a non dño, idem facit con-
ceſſio pręcarij, quod conſtitutio eius, vt no.ff.de pactis, l. ab em-
ptione, etiam ſit id actum ſi t vt omnis poſſeſſio ſit penes rogātē,
quo caſu liberatur ab obligatione perſonali, prout concernit fa-
ctum obligationis, vt no.ff.de act. empt.l. Iulianus, §.ex vendito.
3 Modo quæro,† cum ex ꝯctibus innominatis oritur vſucapio, qs
eſt titulus? Rñdeo, in do vt des, eſt titulus pro ſuo. Ex ꝯctu aūt fa
cio vt facias nō oritur titulus ad vſucapionē, nec in do vt facias,
quo ad faciēdum exercitium, quia vſucapiones iuris cām deſi-
derant, & non merum factum, vt dixi s̃.ti.j.l.pe. nullus titulus ap
pellatur, do vt des, nec facio vt des, niſi quis vellet ita magiſtrali
4 ter loqui, ſed hoc magiſteriū nulla lege ꝓbatur.† Vltimo nota, ꝙ
res aliena pōt donari: alias non daret cām pręſcribendi ſm Azo.
in ſumma, & probatur.ff.de do.cauſa mor.l.ſi alienā.cum ſimil.

A D D I T I O.

a Precarij. Vide Bal.in 2.ſup.de vſu.Bar.in l.Pomponius, §.ſi is qui precario. ff.de ac-
quir.poſ. Et aduerte, quia gl.in d.l.ab emptione, hic all.loquitur, quando uenditor
conſtituit ſe precario nomine emptoris poſſidere, & illa glo. uerum dicit tunc, ſed
tex.& gl.& Bar.in dicto §.ſi is q. ꝓcario, & §.ex uendito.loquuntur, quando rea-
lis poſſeſſio datur emptori recipienti præcario, & retinente venditore, puta quouſ
que precium ſoluatur, quo caſu non eſt liberatus venditor, a traditione, ut in gl.d.
§.ex vendito.& no.Ang.in d.l.ab emptione, licet Cyn.in l.1.in ult.q. ſup. quando
lic.ab empt.diſced.teneat contra gl.in d.l.ab emptione, & dicat, quod translatio
poſſeſſionis per precarium, vel conſtitutum, eſt ficta, ſed Ang. in d.l.ab emptione
concor.Sal.in l.traditionibus, in prin.ſup.de pac.ſimpliciter tranſit cum gl. in l.ab
emptione, quam dicit eſſe ſingularem.
Celſus. Adde omnino Alex.poſt Bar.in l.2.ver.no.& tene menti gloſſ. iſtam, ff.de
pac.& quod poſui in tract.meo clauſularum, in clauſula, contract.uer.precatio no
mine emptoris.

L E X II.

Donantem. Vitium cōtrectationis impedit rem vſu
capi, quod intelligo, quando cōtrectatio
habet in ſe furtum regulare, vel irregulare, vt l.1.s̃.de ſer. fugit.

L E X III.

1 *Perfecta donatio ſicut non irritatur, ita inualida ad vſucapionem non patrocinatur.*
2 *Error nō traditæ poſſeſſionis magis nocet q̃ non ſubſiſtentis obligationis.*
3 *Donatio quando morte confirmatur, an vſucapio incipiat a die cōfirmationis, an retro a die traditionis.*
4 *Vſucapio in donatione inter uirum, & vxorem procedit.*
5 *Titulus pro donato, quomodo poſſit cadere in rem alienam.*
6 *Contra iuramentum inter patrem, & filium appoſitum, quis eorum venire non poteſt.*
7 *Lex potentior eſt qualibet patria poteſtate, & nulla conſtitutio humana pa tentior eſt diuina.*
8 *Diuiſio bonorum, quam fecit pater inter ſe, & filios ſtipulātes pro ſe, & eorum hęredibus, ac poſteris, poſito ꝙ non valeret inter patrem, & filium in poteſtate, valet tamen reſpectu nepotis, qui naſcitur poſt mortē aui, qui nunquam fuit in poteſtate aui.*

1 **Irritam.** † Sicut perfecta donatio non irritatur, ita inualida
ad vſucapionem non patrocinatur, licet poſſeſſor
iuris errore putet eſſe validam, vel putet donationem interceſſiſ
ſe, quæ non interceſſit. Op.ꝙ immo irritetur, vt inf.de reuoc.do-
na.l.fi.Sol.illud ꝓꝑ ingratitudinem. Op.eo.tit.l.ſi nunquam.Sol.
illud ꝓꝑ liberorum ſuperuenientiam.† Opp.& vr̄, quod ex tit.pu
tatiuo procedat vſucapio, vt plene no.ff.de vſucap.l.Celſus. Solu.
aut opinio eſt iuſta, loquitur ibi, aut non habet radicem alicuius
rationis, ſed eſt vana opinio. & tunc non hr̄ pro titulo, vt dicit
tex.d.l.Celſus. Multa autem exempla ponit Azo.in Summa, ſu-
a pra de vſuc.pro emp.vbi omnino vide. Quæro, quidam habet *a*
verum titulum, ſed in traditione errat, quia putabat rem ſibi tra
ditam, & ideo, quia forte fuit inductus in corporalem poſſeſſio-
nem non credens alium poſſidere, dum alius poſſideret, nunqd
illo deſinente poſſidere poteſt vſucapere? Diſtingue, aut talis ti-
tulus exigit traditionem, & non vſucapit: aut non exigit tradō-
nem, vt titulus pro legato, & titulus pro hęrede; & tunc vſucapit
ita ſubtiliter gl.loquitur in d.l.Celſus. Sed cur tam varie? Reſp.
quia titulus eſt cauſa remota vſucapionis; ſed poſſeſſio eſt cauſa
b proxima, & magis de ſubſtantia: *b* & ideo † magis nocet error
2 non traditæ poſſeſſionis, q̃ non ſubſiſtentis obligationis. Modo
quærit hic gl.de vna quæſtione ſatis difficili.pater donat filio ſuo
in poteſtate poſito rem alienam, & tradit bona fide. quęritur, v-
trum iſte filius poſſit eam pręſcribere, & videtur ꝙ non, vt ff.pro
dona.l.i.§.ſi pater, ſed ibi donauit, vt habeat in peculium donec
pater viuit, non vt habeat perpetuo: & ſic non eſt vera donatio.
ſed conceſſio peculiaris; ſed iſta eſt diuinatio. Præterea etiam ſi
donauit. vt eſſet donatio perpetua, talis donatio non tenet ut l.
pen.§. ſi pater. ff.pro ſuo. ſicut ſi ego diuiderem bona mea cum
filijs meis, ex intentione, vt talis diuiſio eſſet perpetuo rata.tñ ta-
b Actionem. An præſcriptio tollat actionem, & ipſo iure: & ꝙ non, facit quod not.in l.2.in fi.ff.rem ra.hab.vide tamen quod no.Bar.in l.fin.ff.pro ſuo, ibi dum allegari, ſicut *in fi.*& eſt gl.hic, in ver.inefficacem, hoc limita ſecundum Bald. in l.bene *a Zenone*, inf.ti.ſeq.in prin.quādo ſtatutum diceret, omnis obligatio, & actio *tollatur*, & ipſemet eſt ſibi contrarius in l.omnes, inf.de præſcr.30.ann.& ꝙ non tollatur ipſo iure videtur expreſſe velle Bar.in l.ſi is cui, §.Flauius, ff.de ſol.& uide omnino Bar.& quæ ibi dixi poſt eum, in l.ſequitur, §.uiam, ff.de vſuc.& quod nō tollat ipſo iure, tenet Bal.in l.ſicut, inf.de præſcr.30.ann.& uide gl.in l.cum nouiſſimi in prin.in ver.prorogari.e.ti.& ibi And.Sic.in gl.quæ incipit, in ver.eo.& uide omnino Bar.in l.fi.ex qui.cau.ma.in criminalib.autem bene debet opponi, vt in ll.hic all.per Bald.de q̄o per eum in l.querela, inf.de Falc.bene vero operatur effectum ipſo iure; ideo ibi non dicitur proprie competere exceptio.no.gl.in l.in rebus, in ver.exceptio.& ibi Bal.in l.fi.ſupra de iure do.& his adde Bal.in l.fi.in 13.opp.ſup.de edic.diui Adr.toll.

LEX II.

1 *Sententiæ executio peti non poteſt, niſi contra condemnatum.*

a Si debitori. *a* Actio perſonalis ꝯ ſolum obligatum di-
rigitur, & eius hæredes hypothecaria ꝯ poſ
ſeſſorem, qui lōgo tempore aduerſus creditorem p̄ſcribit. h.d.
1 † Per hanc legem probatur, ꝙ executio *b* ſn̄iæ, vel inſtrumenti
b guarentigię, non pōt peti, niſi contra condemnatum, vel hære-
dem uniuerſalem, non autem ꝯ ſingularem condemnati ſucceſ
ſorem tenentem aliqua bona obligati.& hoc ponit glo.expreſſe
in l.eadem ſ̄.de condict.ob cau.habes hoc not. contra ignoran-
tes procuratores.& aduocatos.

ADDITIONES.

a Si debitori.in aliquibus lec.Ang.no.legit iſtam legem.
b Executio. Vide quod no.Bal.in l.ea leg.hic all.in fi.Ang.& Imo.in l.1.§.ſi hæres, ff.ad Treb.& Bal.in l.1.ſup.com.de le.& faciunt no.per Bar.in l.2.inf.de pig.

De quadriennij præſcriptione. *Rubr.*

Dixit de præſcriptionibus, in quibus ſeruatur ius commune,
nunc de his, in quibus ſeruatur ius ſpeciale.

LEX PRIMA.

1 *Præſcriptio in his, quæ ſunt in vſu publico, nunquam currere poteſt.*
2 *Præſcriptio ſi executionem impediat, inchoari non poteſt.*

Notum. Contra fiſcum præſcribitur quadrien-
nio cōtinuo, & habens cauſam a Princi
1 pe nulla eſt inquietudine laceſſendus.h.d.† Et ut con
a cluſiue *a* habeas gloſſ.dic, ꝙ quę ſunt in uſu publico.
nunq̃ p̄ſcribuntur, ut l.uiam publicam.ff.de via publica. alia uero, ſi ſunt incorporata in fiſcum, nō vſucapiunt̄, niſi ann.40.vt l.
omnes.

ADDITIO.

a Concluſiue. An iſta habeant locum in præſcriptione rerum mobilium Cæſaris, vide no.in l.1.in fi.per iſtum tex.inf.eo.ti.in immobilibus vero hodie contra Cæſarem requiritur præſcr.centum annorum, ſicut in eccleſia, ut no.Bal.l.ſicut de preſcr.30.anno.

Oēs,de p̄ſc.30.ann,Inſt.de vſuc.§.res fiſci.Si non ſunt incorporata vero titulo,& bona fide,vſucapiunt eo tpe, quo priuatorū res vſucapiuntur,qa mobiles triennio,immobiles lōgo tpe.i. decem ann.non facta diſtinctione inter p̄ſentem,& abſentem, ſm gl.q̄ tenet hic Ia.de Are.& Cy.ex eo,quia fiſcus eſt preſens vbiq. Sed ta facias dr̄iam,quia immo non eſt;nam diſtinctio territorij inducit abſentiam,vt l.fi.de præſcri.lon.temp.conſtat autem imperium non habere iuriſdictionem in territorio eccleſiæ, in quo tpalem habet iuriſdictionem;immo nec in tali territorio imperator eam exercet,ut in c.paſtoralis, de re iud. ergo hō de territorio eccleſiaſtico non p̄ſcribet ꝯ fiſcum Cæſaris minori ſpatio 20.ann.ſine titulo p̄ſcribitur quatuor annis ꝯ fiſcum poſtq̄ fuerit denunciatum bona uacare quantumcūque immobilia,vt hic ante dictam denunciationem p̄ſcribitur ſolum per 30.ann.a tpe vacationis,ut in l.omnibus,de diuer.& tempo.præſcrip.tetigi ēt ſ̄.ꝯmu.de vſucap.l.2.& ibi dixi de iuriſdictionib. īperialibus,de his tangam in l.1.ꝟ.titu.1.& ibi uide.in tex.ibi, inchoandam non eſſe.hic vt caſus expreſſus, ꝙ exceptio preſcri-
a ptionis impediat litis conteſtationem *a* ꝯcor.ꝟ.e.l.fi.ibi dixi l.emptor.de preſcr.lon.temp.licet eas non allegauerim,adde gl.ꝟ.ibi, vbique preſens.hoc falſum eſt,ut ſ̄.dixi,ſi ponas preſentem eſſe
2 de territorio eccleſiæ.† in gl.inchoandam ibi,ꝙ alii non prodeſt ſed quare non alii,cum alius tm̄ eam agitet nomine fiſci, ſicut primus:vnde interruptio primi,quantumcunque ciuilis, vr̄ etiā prodeſſe ſecundo:ego multum dubitaui de iſto ꝯrio,& alleg.l.in tra quatuor.de diuer.& temp.præſcr.vt ibi.

ADDITIO.

a P.D. Litis conteſtationem. Ea enim litis finitæ dicitur, quamobrem merito litis cōteſt.impedit,vt per Bar.in l.1.§.fi.ff.ad Tertul.& in l.emptor,ſup.de lon. temp. præſc.& in l.omnes,de præſ.30.ann.Et vide Bal.in l.fi. de edic.di.Adr.toll. Alex. in conſ.212.2.par.quin etiam proceſſum impedit,per eundem Bal.in auth.niſi tricennale,C.de bo.mater.& in d.l.fi.13.oppo. Sed an ea per tertium opponi poſſit habes in l.ſi quis emptionis,ſup.de præſcri.30.ann.ubi per Doct.& Bal. in l.ancillæ,5 oppoſi.C.de furtis.

ADDITIO.

Notum. Super bonis uacātibus poſt quadrienniū, poſſeſſor legitimus non inquietatur a fiſco ſuper eo, in quo cām dn̄i habet.Not.primo,ꝙ poſſeſſor bonorum uacantiū delatorum fiſco tutus eſt p̄ſcriptione quadriennij.Secūdo,ꝙ qui largitatem hēt a Principe,vel fiſco,tutus eſt p̄ſcriptione quadriennij.Tertio,ꝙ q largitatem nō hēt a Principe, nec ēt a fiſco pōt ꝯueniri.Opp.ꝙ immo requiruntur xx.anni,le.j.§.diuus,de iure fiſci.Sol.diſtingue initium p̄ſcriptionis,ut in gl. ſed immediate opp.ꝙ ſufficiant x.anni,l.in oībus,§.1.de diuer.& temp. p̄ſcri. Sol.dic,ut in gl. Sed immediate opp.ꝙ debeat diſtingui inter abſentiā,& p̄ſentiam.Sol.dicit gl.ꝙ fiſcus ſp eſt præſens,cum ſit vbique,quod ſingulariter no.Opp.ꝯ.verſiculū aditū,qa nil debet eſſe ſuperfluū,ſed iſte verſiculus ſuperfluit per l. omnes,& l.bn̄ a Zenone.Sol.dicit gl.hic ſ̄n priuilegio,ꝙ concedit ēt alteri abſenti.& ignoranti proprio motu principis.ibi,in donatione,vbi requiritur conſenſus vtriuſq; partis. Tene mēti gl.ꝙ priuilegiū nō eſt ꝯtus donationis,licet ſit donatio.Illud,quod dr̄ de præſcri. Sed ſit donatio quædam.Illud,quod dr̄ de præſcriptione decem,vel viginti ann.in fiſco.plene not.in authent.quas actiones & l.inter diuinum.de ſacroſ.eccl.Bald.legum Doct.

LEX II.

1 *Imperator rem meam mihi auferre,& alteri per priuilegium concedere nō poteſt.*
2 *Ignorans præſcribere non poteſt.*

a Omnes. *a* Prætendens cām oneroſam, vel lucratiuam a fiſco mō quocunq;,qui excogitari poſſit,perpetuo eſt tutus:ſed dn̄o ꝯ fiſcum datur regreſſus vſq.ad quadriennium tm̄.h.d.vſq.ad §. ad hæc.& hæc l.loqtur in fiſco uendente rem alienam,vt ꝓpriam.ſi aūt uendit ut aliená,*b* dicut ꝟ.tit.4.l. 1.† In tex.ibi,pariter priuilegijs.hic eſt caſus ꝯ illos,q dīt,ꝙ non pōt imperator rem meam per priuilegium alteri cōcedere,& auferre mihi dn̄ium;& ſubaudi ēt ſine cā:quia ubi cā ſubeſſet,nulla eſſet dubitatio.& ſi dices,ꝙ non pōt per priuilegiū ſm legē cōmem concedendo,ſicut hic facit,dicas ꝙ imo p̄t,nam hic imperator ꝯfirmat oēs conceſſiones antea factas per priuilegiū:& vult ꝙ oēs ꝯceſſiones gaudeāt priuilegijs inclitę recordationis Leonis,ac ſi illa priuilegia ī ſingulis ꝯceſſionib. eſſet expreſſe attributa.facit. ff. ꝯmu.p̄d.l.venditor,§.ſi ꝯſtat.nec obſt.ſ̄.de preci.impera.offer.l.reſcripta.vbi reſcripta,& priuilegia,per q̄ abſorbetur ius alterius,nihil ualent.& eo.ti.l.quoties,2.reſpon.qa concedo hoc,niſi habeant clām derogatoriam. non obſtāt.lege. tunc ergo non tenent,qa imperator non vult,& præſumitur nolle et concedendo reſcriptum,niſi addat clām.extra,de ęta.& quali.c.eam te.& ibi per Inn.de conſti.c.quæ in eccleſiarum.& ibi ꝑ eū
d dem,ſaluo niſi imperator,*d* aut Papa,concederet motu proprio; quia q̄n iſta exprimuntur in reſcripto , tunc nulla eſt neceſſaria alia clauſula derogatoria.tex.eſt in c.ſi motu proprio, de præbē. in 6.Vltimo hic no.caſum, in quo actioni perſonali præſcribitur quadriennio;& iſtum potes addere ad alios caſus no. in leg. neque mutui,ſ̄.ti.2.† In gloſ.ſuper verb.moueri.ibi , vel hic cor rigit.hæc vera. Ibi, ignorans alienam,hæc eſt falſa. Nam hic non curatur de bona fide accipientis,dummodo cām habeat a fiſco, transfertur enim dominium in eum ſine inquietudine apud eū manſurum. Ibi, ſolue, quia ibi fiſcus vendidit hęreditatem ſub hæreditatis nomine,vnde inter ementem,& fiſcum actum intelligitur tacite,ut emptor ſupportet onera hęreditaria, ſicut emolumentum. Ibi,illa corrigitur per hanc hęc vera.

ADDITIONES.

a Omnes. Iſta lex procedit,quando fiſcus vendidit rem,quam bona fide poſſidebat, quod declara,ut per Bar.in l.1.ſup.de commu.re.al. & ad iſtam legem,uide omnino eundem Bar.in l.fi.ſup.ſi aduer.fiſ.& in l.1.de hær.vel act.uend.
b Vt alienam. Vide Bal.per illum tex.in l.ſi hypothecas,inf.de remiſ.pig.
c Caſus. Vide Bal.in proæ.ff.cū materia,& quod ipſe no.in l.bene a Zenone, inf.eo.
d Niſi Imperator. Motus proprius idem operatur,quod clauſula, non obſt.uide not. per Bar.& ibi dixi poſt eum,in auth.quas actiones,de ſacroſ.ecc.immo eſt fortior, ſecundum Bal.in l.fin.inf.ſent. reſcin. non poſ.

ADDITIO.

Omnes. Ille,qui a fiſco poſſidet,emit, vel aliquo titulo rē accipit,ſtatim eſt tutus,& non pōt controuerſiā pati a dn̄o rei; ſed dn̄s rei habet recurſum ꝯ fiſcum ad æſtimationem rei alienatæ.h.d.Not.ꝙ ptās fiſci tanta eſt: ꝙ pōt auferre dominium ab aliquo,& transferre in alium,uel ēt actiones. Ex illa alternatiua,vel,vr̄ terminari qō, quæ tangitur in l.mouentium, de ver.ſig.vtrum ille,qui legat omnes res ſuas tam mobiles, quā immobiles, videatur legare actiones , hic ponitur pro tertia ſpecie.facit l.q̄ Tuberonis,§.in peculio, ff.de pecu. & tangitur in l.a diuo Pio,§.fi.de re iud.ſuper ſingulis no. ꝙ tm̄ ualet cōceſſio ge neralis,q̄tum ſpāles emptores. No. ꝙ ſenſatē loquitur, dum ponit in fiſco, de venditione, ſed in Principe de largitate:fiſcus.n.n̄ poſſet donare , ſed vendere rei alienę dn̄ium , vel hypothecam hinc ſumpta eſt formula, quę ſeruatur per Tabularios ad hoc in ꝯtib.fiſcalib.confeſſio hr̄ pro veritate.concor. ſ̄.de non nu. pec. l.in ꝯtib.§.j.Dubitatur de ſubſtantia intell's iſtius legis, ad hoc, vt iſte ſit tutus, utrum ſufficiat hr̄e ſolum titulum , an vero dēat hr̄e poſſeſſionem? Item an diſtinguatur,utrum habuit ſciam rei alienę? Br̄, tex. vr̄ velle, ꝙ dēat hr̄e poſſeſſionem ſibi translatam per imperatorem,qui ante poſſidebat. Item vt diſtinguatur,an fuerit ſciens, vel ignorans,ut in gl. quę hoc ſentit in l.nec ullam , circa med.de pet.hęr. Ex hoc ſequit̄, ꝙ ſi aliquis dn̄s hēat aliqđ quod poſſideat imperator,& ꝯceſſit vni ſcienti modū, in feudū, ꝙ ualet,& tenet ꝯceſſio. Itē ego dico, ꝙ dēt habilitari,q̄n unus hēt cām a Principe,alter non.Si autem donaſſet vni poſt alium, poſterior eſſet potior.l.aſſiduis,§.exceptis,ꝟ.qui pot.in pig.ha.& ita conſului pridie in regno Portugallię.Bal.ll Doc.

1 *Confeſſio officialis etiam minus ſolennis , ſolutionem probat.*
2 *Confeſſio tutoris, vel curatoris extra iudicium, an pręiudicare poſſit.*

§ Ad hæc. Si officialis fiſci vendens ꝯfiteatur ꝓtiū eſſe numeratum,perpetuo eſt ſecurus emptor, nec poteſt ſibi obijci exceptio non numeratę pecunię.hoc dicit
1 † Confeſſio ergo officiales de ſolutione,licet minus ſolēniter facta,probat ſolutionem.cō cor.ꝟ.de apo.pub.l.fi.lib.x.no.glo.in l.
a ꝯtibus, §.2.ſ̄.de non nu.pec. ſecus aūt *a* in ꝓcuratore priuati ad exigendum, & recipiendum ꝯſtituto,ꝟ.de noua.l. non abſtulit. & ff.de accepti.l.3.ſ̄.de pac.l.pactū curatori,de pręd.Curi.l.2.li.x. vñ dicit Bar. in l.2.§.fi.ff.ſi cer.pet.ꝙ ēt ſi ꝓcurator hēt in mandatis ad confitendum ſe recepiſſe, ꝙ illa confeſſio ꝓcuratoris non operatur quicq;nam illa ꝯfeſſio non dēt intelligi ad confitendū ſe recepiſſe, quod non exegit,vel recepit,ex quo cōſtitutus ē ad recipiendum,& exigendum. Tene menti, qa in hoc caſu errat quotidie. Sis ergo cautus recipiens quietationem a procuratore,vt ſp appareat pecunia realr̄ quietatiōis tpe,& ſic Notari⁹ dicat,habuit,& recepit in p̄ſentia mei Notarij,& teſtium ꝟ.ſcripto rum.tunc.n.quietatio eſt ſufficiens,vt l.ſi non ſinguli, coniūcta
2 gl.ſ̄.ſi cer.pe.† Quid aūt ſit in tutore,vel curatore,qa extra iudicium ꝯfitetur ſe recepiſſe,& ī li.ſuarū rōnum hoc ſcripſit,an p̄iudicat dn̄is ſuis. Vide tex.cū gl.in l. Lucius,§.tute.ff.de adm.tu.

ADDITIO.

a Secus autem. Vide plene Bar. in l.2.§.1.hic alle.in fi.& in ſ̄i.huius l.vide Bar.in l.ſi procurator,in fi.ff.de iure fiſ.vide tamen gl.& Bal.in l.1.inf.de ven.re.fiſ.lib.x.

LEX III.

1 *Actio ciuilis,vel naturalis,an per præſcriptionem ſtatuariam tolli poſſit.*
2 *Princeps dicitur mundi dominus.*
3 *Procurator clauſulas conſuetas an poſſit apponere.*
4 *Epiſtalma,verbum,quid ſit.*
5 *Imperium per electionem & non ſucceſſionem uadit.*
6 *Scholaris actus magiſtrales ante biretum ſuſceptum exercere non poteſt.*
7 *Imperator nondum coronatus, quid facere poteſt.*
8 *Imperator diuinitus conſtituitur.*

a Bene. *a* Statutū eſt in lege ꝓcendenti ꝙ habenti cauſas a fiſco moleſtari non poſſint, ſed fiſcus in quadrieniū tantum

ADDITIO.

a Bene. Iſta l.non procedit ſecundum canones in præiudicium eccleſiarum,no.glo. & Doc.in c.2.extra,de reb.eccl.non alie.

tm̃ vendicat ſibi locum, ẽt in habentib. cãm a Principe, vel ab
2 Auguſta.h.d.tota iſta lex.In tex.ibi,aliqua remaneat actio.†No.
iſtum text. quia per ipſum facio magnum fundamentum in l.1.
a §.de iudi.in repetitione, ꝙ ſi ſtatutum *a* ſtatuit triennium vni⁹ a-
ctioni,& procedit vlterius, ꝙ elapſo triennio omnis oblo nãlis,
& ciuilis ipſo iure,& actio ſit extincta : tunc tollitur oblo nãlis,
& ciuilis ẽt ipſo iure. Nam ſtatutum in municipio ita diſponere
põt,ſicut Imperator in toto orbe,per no.ĩ.quæ vt longa conſue.
in l.2. Sed Imperator ſtatuit hic(vt video)actionem non remane
re,licet alias non obſtan.præſcr.non remaneat,licet inefficax,ut
l.j.ſup.ti.j.& ibi dixi. Pro hac opinione facit ẽt fortius,ĩ.eo.verſi.
ꝙ ſi quadriennium,vbi litera dicit,ꝙ quadriennio emerſo nullã
habeat quis actionem ꝯ dñium fiſci, & ſic actio fiſci eſt extincta,
&;per ꝯñs omnis oblo,vt ĩ.ea.l.uerſ.ſcituris.ubi dicit,ꝙ quadriẽ
nio elapſo non ſeruatur aduerſus fiſcum regreſſus,& ſic per viã
agendi,nec excipiendi,ergo omnis actio,& obligat.eſt extincta,
quod perpetuo tene menti,& per hoc, & alias rationes do inter
ceteras vnam magnam concluſionem nouellam,dic,.vt ibi. In
2 tex.ibi,cum omnia principis,ſubaudi,qm̃ ipſe dñs mundi eſt, ut
l.deprecatio,ff.ad leg. Rhod. de Iac.& intellige, ꝙ ſunt ſua,quæ
de patrimonio proprio ſua ſunt,aut patrimonio fiſcali, & ita in-
telligit hæc litera,quicquid.n.eſt fiſci,Cæſaris eſt, ſed non cõuer
titur,vnde regnum Boemiæ,quod eſt Cæſaris patrimonium,nõ
eſt fiſcale; bona vero ſingularum perſonarum non ſunt Princi-
pis, ne inueniantur plures rei eiuſdem dñium habere inſolidum
eodem tpe,ꝯ l.ſi ut certo.§.ſi duob.ff.commo. De his tñ impera
tor diſponere põt ex ptãte abſoluta,ut de proprijs, vt dixi ſup.ꝓ-
b xim.& maxime cã ſubſiſtente, quinimo & ciuitas pro pace *b* ha
benda concedere põt bona ſuorum ciuium,ſm Io.And. & Inn.
c in c.in nr̃a,de iniur.& dam,da. Attamen ptãte *c* abſoluta,Papa,
vel Imperator,non dẽt uti ſine cã,ſm Inno.& Io.And.in c.inno
tuit,de elec.vbi dicit, ꝙ bona priuatorum ad Imperatorem per-
d tinent ſolum ex iure vl̃is dñij,Barto. dicit *d* ꝙ vere eſt dñs totius
mundi,vt cuiuſdam vniuerſi,ſub quo vniuerſo continentur bo
na ad priuatos pertinentia,dicit eſſe caſum in l.2. ff. de rei vend.
dicit Inn.in c.cum inter,de elec.ꝙ ſolus põt ſubditum compelle
re ad renunciandum ſuo bñficio,quis ergo verũ dixit,an Bul.an
3 Marti.apud Portanã?hẽs ex ꝑdictis.† Ibi,emptionalib.inſtr̃is,hic
e eſt caſus,ꝙ procurator *e* ꝯſtitutus ad vendendam, uel donandũ,
poteſt facere inſeri in inſtr̃o oĩa pacta, etiã pœnalia, conſueta tñ
apponi ſimilib.inſtr̃is.concor.ff.de don.excep.l.apud Celſum. §.
in hac.verſi.ſi autem non ex peculiari,ff.de pac.do.l.ꝯiuris,§.fin.
cum l.ſeq.de re eo.l.fi.§.fi.vbi eſt bonus text.& iõ pro obſeruan-
tia contentorum in inſtr̃is põt dñi bona obligare,licet hoc ſpal̃r
non habeat in mandatis,vt no.gl.in l.ciuitas,ff.ſi cer.pet.alleg.ff.
de pig.act.l.ſi is,in prin.quod eſt quotidianum,& facit ff.de euic.
l.ſi fundus venierit. Et aduerte,quia ſi monachus, ſeruus, vel fi-
lius ꝯhit,ſeu procuratorem facit, ſi ꝯctui apponantur pacta pœ-
nalia, ſm illa regulatur acquiſitio ſm Iac.de Are. in l.4. de man.
4 §.fin.†Sequitur in tex.ex epiſtal mate.glo.exponit,ꝙ iſtud eſt qđ
dam ſignum,quod imperator facere ſolet: vel eſt ſcriptura,quã
ipſe Princeps ſcribit. & ideo cum omnes Cæſares habeant de ꝯ
ſuetudine in medio quorumcunque inſtr̃orum procedentiũ de
Aula Cæſarea, facere certas literas groſſas cum certis lineis,ſi il
f lud ſignum non inuenit, tale inſtr̃m *f* nullius eſt momenti.Ibi,
5 qui poſtea digni fuerint uadit ergo imperium nõ ꝑ ſucceſſionẽ,
g ſed ꝑ electionem,*g* ſed hoc iure cautum non hr̃,ſimpl̃r eĩn a po
pulo Romano creatur princeps mundi.Cy. de Piſtorio.In text.
ibi,ſuſcepimus inſulas. ſimile verbũ habes ĩ.de Decu. l.fi. circa
6 prin.lib.x.;† Et per hunc *h* text.dixit Iac.Bu. ꝙ ſcholaris ante re-
h ceptum biretum non põt actus magiſtrales exercere. vnde Io.đ
Parigua nũq̃ voluit ſumere illud, & iõ actus magiſtrales exerce
re nõ valuit, & ſic nec magiſtrare ſcholares.& dicit Inn.de cau.
poſ.c.cum ſuper,in prin.qa Papa anteq̃ ingrediatur vrbẽ admi-
niſtrare poteſt,& eodem modo electi,& confirmati anteq̃ ẽt ſa
crent. & idẽ tenet,& clarius loqtur Io. And.in c.auaritiẹ, ĩ ver.
eccleſiarum poſſeſſio. de elec.li.6.ſuccincte loquens de Impera
tore,& Papa,& alijs p̃latis electis nondum cõfirmatis,an poſſint
ſub p̃textu, & colore alteri⁹ bñficij,ſeu officij,adminiſtrare tpa
lia & ſpũalia? & decidit ꝙ inferiores non pñt, Imperator, & Pa-
pa ſic de ꝑꝑ dicit feruentius,ꝙ confirmatione eget,qa Cardina-
les eligendo ꝯfirmant,de elec.vbi periculum. lib. 6. † Quid poſ-
7 ſit facere imperator nondum coronatus? vide qđ not.in Spe.in
ti.de renun.§.fi.ver.idem obtentum eſt ab imperatore nondum
coronato. & quod not. Inn.in c. cũ M.de ꝯſt.vel ẽt in c.venera-
bilem.de ele. & ibi ꝑ tex.gl.& Inn.dicit ẽt Inn.ꝙ ſi imperator lo
co nõ debito coronã reciperet, ꝙ ptãtẽ adminiſtrandi recipere
põt ab Archiep̃o Coloniẽſi,& ẽt authoritate ꝓpria ſibi aſſumit.
Ib iẽt dicit,ꝙ imperator Conſtantinopolitanus improprie impe
rator eſt.Et ibi ẽt ſubdit, ꝙ ſi electionarij imperatoris negligunt
eligere,vel eligant in diſcordia,ꝙ electio ad Papam deuoluat.Di
cit ẽt in c.1.de bigã.quod Papa non diſpenſat ĩ his,q̃ pertinẽt ad
articulos fidei;ſec in his, q̃ ꝑtinent ad ſtatum gñalem Eccleſiæ
Romanẹ,bene poteſt diſponere.Item dicit de ſo.compe.c.licet

ex ſuſcepto,ꝙ vacante ſede imperij,ad oĩa iura imperij, q̃ tenet
i Eccleſia Romana Papa ſuccedit. *i* & ꝙ imperator dẽt eſſe ſuus
aduocatus,& ei iurat,& ab eo tenet imperium,& ipſum exami-
K nat,& ꝯſecrat,allegat de elec.c.bonæ.6 2.diſt.ego.Si autẽ *k* non
vacat ſedes,ſed imperator in ſubditos exercere non põt iuriſdi-
ctionẽ,tunc Papa nõ ſuccedit,ſed dẽt iuuare eum,& dãnare re-
bellos.96.diſtin.c.cum ad verũ.Si aũt alius Rex,vel Princeps, vl̃
Baro.decedit,& uacat ſedes,nõ cognoſcit Papa, niſi in modum
denunciationis;& ſi vacat ſedes ſua,vel negligat facere iuſtitiã.
ad immediatum ſuꝑiorem recurritur,non ad Papã.& dicit Inn.
ꝙ hoc nõ ſolũ eſt ſtatutũ Papæ, ſed Dei:nam a principio Deus
rexit vniuerſum ꝑ ſe,vſq.ad Noe,poſtea ꝑ miniſtros, & primus
fuit ipſe Noe,& in hoc vicariatu ſucceſſerunt Patriarchæ,Reges
& Principes,& alij,q p̃fuerunt populo Iudæorũ vſq.ad aduentũ
Chriſti,poſtea Chriſtus conſtituit Vicariũ ſuũ petrum,& ſucceſ
8 ſores eius. † In tex.ibi,diuino nutu.not.imperatorem diuinitus
conſtitui,ſicut Apoſtolatus proceſſit a Deo,& imperium: & iõ
l imperium,& eccleſia fraternizant,*l* vt in conſtit.qũo opor.Epiſ.
m in prin. Inn.*m* tñ dixit, ꝙ neſcit vnde imperium habuit originẽ.
potes dicere,ꝙ habuit initium ab enſe permiſſu diuino: uoluit
enim a populo Romano totum orbẽ ſubiugari,deinde populus
Romanus conſtituit imperatorem, in quẽ tranſtulit poteſtatẽ
oẽm,& poſtea confirmatum fuit expreſſe verbo diuino,dum di
xit.Imago Dei reddatur Deo, & imago Cẹſaris reddat̃ Cæſari.
eſt etiam approbatum poſtea ab Eccleſia.in glo.fi.ar.ꝙ non ua-
let priuilegium principis.hic duo expedita ſunt.

ADDITIONES.

a Statutum. Vtrum per præſcriptionem ſtatutariam poſſit *tolli ciuilis*, & naturalis. vide Bar.in l.fi.ff.rem ra.hab.an autem tollatur ipſo iure, vt *iſte dicit hic*, vide per eundem in l.*1*.ſup.tit.1.& vide ad Bal.hic eundem in l.omnes,*inf.de prẹſcrib*.30. ann.circa vlt.colla.dixi poſt Bar.in l.ſequitur,§.ſi viam,ff.de vſuca.*referendo* Bal. in c.1.§.ſi quis per 30.ſi de fue.feu. contro.inter dom. & agna.

b Ciuitas pro pace. *Vide Bar.in proœ*.ff.& Inn.in c.dilecti,de appe.extra.qui ſentit contrarium eius,quod dixi in loco hic alle.& Ang.in l.Antiochenſium, ff. *de pri*ui.cre.& in l.venditor,§.*ſi* conſtat,ff.com.prædi.

c Attamen poteſtate. *Vide no*.Bal.in l.bonorum,ſup.qui admi.& in l.fi.inf.de ſent. ex breui.reci.in ver.modo ego,& *in* l.2.ſup.de com.re.al.& quod no.Bar.& Doct. in *l*.fi.ſup.ſi contra ius,vel vtil.publ.cum concor.
Celſus. Vide Bar.in l.oẽs,num.2.& quod ibi poſui in apoſt.in verſ. dominium rei meæ,ſup.ſi cõtra ius.dixi poſt Io.in §.ſed naturalia,nu.2.ver.tollere ius pr̃is. Inſt. de iure nat.poſt Dyn.in reg.ſine culpa,in ver. aliquando res. poſt Colle.in c. quæ in eccleſiarum,nu.1.in ver.Princeps non põt extra,de conſti.& poſt Pan.in c. admonet,nu.13.in ver.non ſubſiſtente cauſa.extra,de renun.Feli.plene in all. c.quẹ in eccleſiarum,verſ.ſecundum vero membrum,de conſt.

d Bar.dicit.Scilicet in l.1.§.per hanc,ff.de rei vend.& ibi dixi,poſt eum, & vide Bal. in d.l.1.in fi.

e Procurator. Vtrum procurator poſſit apponere clauſulas conſuetas. vide Bar.in l.ſi procurator,ff.de iure fiſ.& dixi plene poſt Bar.in l.ſolutum, §. fina. ff.de pig. act. quod notat Bar.in l.prius,§.licet,ff.de aqua plu.arc.& in l.fi.in fi.ff.quæ in fra.cre. &etiam poterit donare,ſi dominus eſt conſuetus, iuxta no.per Bald.in l. militis, in fi.ſup.de teſt.mili.& dixi in d.l.ſolutum,& vide Ang.in l.1.ff.de iuriſ. om. iud.

f Inſtrumentum.Priuilegia igitur Papæ,vel Imperat.vt valeant,requirunt bullas,& ſigna.& adde l.ſacri affatus,ſup.de diuer.reſer.c.2. & c.inter dilectos. extra de fide inſtr.Bar.in l.2.ſup.de diuer.reſcr.& in bullis Papæ,& epiſcoporum non requiruntur teſtes,ſecundum Bal.in l.ſancimus,inf.de don.

g Electione.Vide Bal.in c.venerabilem,extra,de elect.

h Et per hunc. Vtrum priuilegia conceſſa ab Imperatore ante ſuſceptas inſulas valeant,vide Bar.hic,& in tract.ad reprimendum,in verſic.Reges.ſed ꝙ valeant,tenet Bal.de pace Conſtan.in ver.hic licet Hoſt.contra in ca.ſuper quibuſdam ext. de verb.ſig.& ibi Inn.ſecundum ꝙ refert Bal.& Spec.in ti.de reſcr.poſita per glo. in data ſexti lib.per Old.in conſ.131.

i Papa ſuccedet. Vide Bal.in l.fi.ſup.de tempo.integ.reſt.pe.& in l.cum notiſſimi,§. 1.inf.de præſc.30.ann.Bar.in l.naturaliter,ff.de vſu.

K Si autem. Omnia ſunt verba Inn.in d.c.licet.

l Fraternizant. Contrarium probatum eſt ſup.ea.l.vide Bar.in l.1.in prin.ſup. eodẽ.

m Inn. Vide quæ no.in c.nouit,in gl.cum ipſe,extra de iud.

ADDITIO.

Bene. Iſta lex hẽt plus de bono,quam de ẹquo,bonum eſt. habito reſpectu ad dignitatem Principis augendam, dictum ĩ fiſco in l.prece.hẽt locum in Principe, & Auguſta. & iſtud ſtatutum porrigit̃ retro.nõ.n.iſta lex ſolum diſponit de tꝑe futuro,ſed ẽt diſponit de tꝑe coronationis.h.d.ponit primo, ꝙ reſcriptum,aut beneficium principale,non vr̃ conceſſum alicui niſi ſit ſignatum characterib.imperii.item probatur hic, ꝙ licet Archiepiſcopus habeat aliqđ caſtrũ ſibi pertinens, tñ Papa hoc ſciẽs, põt mihi illud ꝯcedere in feudum,nec peccat, ſi hoc facit ob aliquam iuſtam cãm.de hoc not.extra,de iud.c.cum ueniſſet in fi.habetis dñi, ꝯſtitutio Principis trahitur retro a die coronationis,nõ ante;nã innuit,ꝙ ante coronationẽ non hẽt plenitudinem ptãtis,licet habeat gñalẽ adminiſtrationem. Iſta qõ diſputatur hic ꝑ Iac.de Are.ſed ipſe non diſtinguit inter plenitudinẽ ptãtis,& gñalem adminiſtrationem,ſicut ego facio: ſed ipſe tm̃ dicit,ꝙ ex quo eſt electus in imperatore,poteſt;concedere priuilegia.ſed nunquid idem ſit in re.annexis?iſta lex vr̃ dicere,quod nõ.itẽ cũ donatio nõ ſit prohibita aliqua rõne nãli,ſolũ inter cõiuges ne mutuo amore ſpolient,hoc audito,nunqd Papa poterit donationẽ ob iur̃m confirmare? Vide per Cy.& me,poſt ipſum,

ſum,in l.1.ſup.de ſacroſ.eccl. l.intelliguntur alleg. ad aliam qõ-
nem,vtrum Imperator ſit dñs mundi? Quidam ꝙ ſic,quo ad in-
tellectum gubernationis. Alij,ꝙ etiam quo ad dñij translatio-
nem per legem iſtam, de quo fuit qõ magna inter Butr. & Mar-
tinum. Agnoſcunt no.ꝙ quidam ſunt,qui non recognoſcunt
Imperatorem. Ab his no.ꝙ non imponit ſuis ſucceſſorib. licet
ſubditis ſucceſſorum ipſius Imperatoris. Ex noſtra iuſſione. Te-
ne menti, ꝙ quando quis vult mouere qõnem ꝯ Principem, ꝙ
non põt niſi venia impetrata,ꝙ tene menti. Sereniſſimus. ſolus
Imperator dr̄ Sereniſs. & Auguſta Sereniſſima, & Reges qui
non recognoſcunt Imperatorem. Aſſignaſſe.no.ꝙ illud verbũ
pertinet ad oẽm titulum firmo iure,cum ſuper eo non poteſt de
iure ab aliquo moleſtari. Regreſſus,quod eſſet de minorib.nun
quid reſtituerentur ꝯ fiſcum,non declaratur hic. Tpe iſtud ver-
bum feci te notare multoties hoc anno. Imperiale. tene menti,
ꝙ priuilegium conceſſum ab Auguſta, vr̄ conceſſum a Princi-
pe. Honore.no. ꝙ cã huius legis eſt honor Principis,non æqui-
a taspoſſidentis. Nutu diuino. No.*a* ꝙ Imperator coronat̄ a Deo
per manus hominum. Pone, fiſcus vendidit bona quorundam,
q̄ poſt ſibi incorporauit:nunquid illi, qui emunt, pñt poſtea qõ-
nem aliquam pati alibi pro iſtis talib.reb. Dicit Bar. ꝙ ſi ſeruatæ
ſunt ſolennitates,non pñt poſtea inquietari:ita dicit'ipſe in l.pro
cur.de iu.fiſ.& dicit ꝙ eſt caſus in iſtis legib. Tene menti.

ADDITIO.

a P.D.No. De cuius coronatione,ac triplici corona, uide glo. ſingularem in cle.1.de
iureiu.& per Abb.in ca.uenerab.de elec.quomodo autem iniungatur, uide Hoſt.
in d.c.uenerabilem,cum Abb.ibid.Et in d.cle.1.§.nos,21.no. Item qũo conſecrẽt,
habes per Card.in d.cle.1.& Abb.in d.ca.uenerab. & 64.diſt. c.Valentinianus.

*Ne rei dominicæ, vel templorum vendicatione,temporis præ-
ſcriptione ſummoueatur. Rubr.*

LEX PRIMA.

1 *Ingerens ſe militiæ,cum militare non poſſit,exui debet.*
2 *Cæſaris res nullo tempore præſcribi poteſt.*
3 *Præſcriptio 40.ann.in quibuſdam caſibus non currit.*
4 *Imperator per priuilegium ſuum libertatẽ populo Romano concedere põt.*
5 *Cæſaris patrimonij res,quando præſcribi poſſit.*

SAepenumero. Serui,liberti,& coloni Princi-
pis de iuſdem poſſeſſionib. re-
cedentes,ac eorum ſoboles, nullo tpe præſcribuntur,ſed
1 ſi ad aliquam militiam aſpirant,debent exui.h.d. † Et no.ꝯ inge-
rentem ſe militiæ,cum militare non poſſit,& eſt vtilis ꝯ Hebræ-
os,& alios non Catholicos,qui ingerunt ſe militiæ doctorali,fa-
2 cit optime.ff.de Falſ.l.eos,§.fi. † Deinde no.hic caſum ſpecialẽ,
in quo nullo tpe præſcribitur res Cæſaris. Quidam dicunt,quod
a imo eſt correcta, quia præſcribit̄ ſaltem annis 40.per l.omnes, *a*
ĩ.tit.j.ſed tu tene ꝯ,quia iſta l. præſcriptio ſpecialiter eſt inhibita:
vnde ad hunc caſum ſe non retulit illa lex,ſed tñ ad alios caſus,
qui non videbantur ꝯprehendi ſub gñalib. verbis legis, ſicut inf.
ti.j.quæ rr̄a ſtatuit vltra ann.30.non viuere oẽs actiones, intelli-
ge.n.de illis,quib.per ius antiquum non erat pręfixa meta,& vi-
ta:ſed ſtatutum erat ſimpl̄r eſſe perpetuas, ſicut habes Inſtit. de
perp.& temp.actio.in prin.ſed in caſib.in quib.erat,& eſt expreſ-
ſe ſpãliter prouiſum, ꝙ nulla præſcriptio obſtet, dico illos caſus
ſub gñalitate.l.oẽs,nullo mõ ꝯprehendi, & nihilominus in talib.
caſib.obſtat ſaltem præſcriptio 100.ann.vt hic, per l.j.ĩ.titu.1.in
3 ver.ſpatium,ẽt per hoc dico,† ꝙ ſi ex forma ſtatuti in inſtr̄is do-
talib.& teſta.non currit aliqua pręſcriptio,ſed perpetuo pñt exe
cutioni mandari,vt eſt Peruſij: tñ nihilominus obſtabit pręſcri-
b ptio 100.ann. *b* per dictam gl.cui Cyn.vr̄ adhęrere ibi, & valet *c*
c iſtud ſtatutum ꝙ nulla opponatur pręſcriptio,licet non ualeret,
ſi in vim priuilegij concederetur alicui loco ẽt pio, vel perſonæ,
vt no.gl.in auth.quas actiones,ſ.de ſacroſ.eccl.& facit,quod no.
gl.bona in l.j.de confeſ.põt ẽt fieri per pactum, vt nulla currat pręſ
ſcriptio.caſum habes notabilem in l.quod ſi nolit, §.pe. de ædil.
d edic.tangit Dy.in *d* l.ſi quis in prin.teſtamenti,de leg.3.Sunt aũt
quidam caſus,in quib.ſimiliter non currit pręſcr.40. anno.unus
eſt in l.pręſcriptionem,ĩ.tit.j.alius eſt in l.comperit.eo.ti.Curia-
lis autem libertatem nullo tpe præſcribit, vt ĩ.ti.1. l.p̄ſcriptionẽ
nec pręſcribitur contra pluribus functiones,ut dic. l. comperit.
nec ẽt agros Limitro.ar.de agris Limitro.l.fi.li.10. tñ bene p̄ſcri
bitur ſpatio cẽtum annor.vt dixi ſup.ſed D.Cy.in d.l. omnes.d̄t,
ꝙ pręter quam in caſu l.præſcriptionem,& l.comperit, oẽs ll.di
centes non præſcribi iura vllo ſpatio,ſunt correctæ per d. l. oẽs,
& quia pręſcribuntur ſpat.40.ann.& ſic reprobat gl.fi.d.l.oẽs,&
gl.iſtius leg.ſed tu tene,qđ dixi in prin.ꝙ oẽs actus,quib.olim nõ
erat ſtatutum tp̄s ſpeciale,& per ꝯn̄s non erant perpetuę,claudũ
tur ſub diffinitione d.l.oẽs,vt tollantur annis 40.ſed vbi ſpeciali-
ter,& ſimpl̄r eſt prouiſum ĩ aliquo,vt nulla currat pręſcrip. ann.
40.tunc non fit coarctatio ad ann.40. ſed ad centum: quia illud
tp̄s quodammodo in infinitum eſt,ff.de iud. l. proponebatur, ſ.
de ſacroſanct.eccl.l.fi.ff.de vſufr.an vſusfructus,& idem dico,ꝙ
e licet ꝯ Imperium,*e* & Romanam eccleſiam non p̄ſcribatur ſup
his quę reſeruata ſunt in ſignum ſpãlis pręlationis,& pręeminẽ-
tię,ut no. Io.An. in ca.1.de cler.ęgro.in uer.non ob.lib.6.tamen

forſan tanto ſpat.cent.ann.p̄ſcribit̄,vnde p̄ſcripſit popul.Roma
nus libertatem,facit ff.de c.l.hoſtes, vbi loquitur de populis libe
4 ris. † Et quia non eſt dubium,ꝙ Imperator põt libertatem con-
cedere populo Rom. ꝑ ſuum priuilegium, & reſcriptum, & ei
concedere oĩa iura regalia, & merũ Imperiũ,vt in 10.collat.quæ
ſint rega.& ita Fed.in 10.coll.conceſſit Lombardis in pace Con
ſtantiæ,& hẽs in corpore de defen.ciui.§.& iudicare.ergo & eo-
dem nõ per patientiã tribuere:quia non minus operat̄ animi pa-
tientia firmata longi tp̄is curſu,q̄ vera cõfeſſio,vt ſ.de pe.hær.l.ſi
filius.ff.de acq.hære.l.qui in aliena.cõia prædio.l.venditor,§.ſi ꝯ-
ſtat.de iureiu.l.ſi vnius,§.ſi ante iudicem,ff.de adm. tu.l. ſi pupil-
lus alterũ.non tamen vllo tpe,ẽt mille ann. poterit p̄ſcribi ꝯ hoĩs
libertatẽ,vt in ſeruitutem redigatur ex tpe,vt l.fi.C.de lon. tem.
p̄ſcr.quæ pro lib.&c. coniuncta glo.quæ eſt in l.2.de inge. ma. q̄
de mille annis facit mẽtionẽ,& eſt rõ,qa p̄ſcriptio ſine poſſeſſio-
5 ne non procedit, ſed liberũ hoĩem poſſidere non põt. † Vltimo
f *f* ſuper hac leg.eſt videndũ,cum res de patrimonio Cæſaris poſ-
ſit p̄ſcribi,vt probatur hic ꝑ locum a ſpãli: an ita poterit vſucapi
triẽnio,ſi eſt mobilis.Gl.Inſt.de vſuc.§.res fiſci. ꝑ hanc le. deter-
minauit,ꝙ non,dicẽs ꝙ ſicut res fiſci incorporata in fiſcum, nõ
vſucapit̄ triennio,ita ẽt nec res Cæſaris vſucapit̄, quaſi gaudeat
eodẽ priuilegio,quo fiſcus,vt l.bene,§.2.ſ.tit.prox.ſed illã gl.rep-
hendit Guil.de Cug.& dicit,ꝙ imo res Cęſaris vſucapit̄ triẽnio,
hoc diſcutit ipſe late in l.iã pridẽ,ſ.ꝯm.de vſu.dic vt ibi ꝑ eundẽ.

ADDITIONES.

a L.Omnes. Ad intellectum l.omnes,uide l.ſicut,uer.hæ autem inf.tit. 1.
b Centum an. Si ſtatutum uetat præſcriptionem currere,non uidetur uetare præſcri
ptionem centum anno.uide Bal.in l.omnes,in fi.inf. tit.1. & in l.1. infra de anna.
excep.& in c.1.§.præterea.de ca.Conra.Ang.in l.non ſolum,ff.de uſuc.& in l.ne-
mo poteſt,& ibi dixi,ff.de leg.1.
c Valet. Vide quod dixi plene poſt Bar.in l.1. ff. de uſuc. quid autem ſi ſtatutum di-
cit nulla præſ.lon.temp.obſtan.an uideatur excludere præſcriptionem longiſſimi
temporis,uide ſing.Bar.in l.cum ſatis,inf.de agrl.& cenſ.lib.11.
d Dy.in l. Vide Bar.in l.1.ff.de uſucap.
e Imperium. No.bene. Et uide Bal.in l.2.ſup.com.de uſuc.
f Vltim. Res mobiles Cæſaris an uſucapiantur triennio,uide Bal.in l.2. in prin. ſup.
com.de uſuc.ubi tenet gl.hic alle. idem tenet in l. prox. quid in immobilibus dixi
poſt Bal.in l.1.ſup.da quad.præſcr.

LEX II.

1 *Eccleſiarum res quanto tempore vſucapi poſſit.*

a VNiuerſas. *a* Res emphyteuticæ Cęſaris, Reipublicæ, tẽ-
plorum,nullo tit.oneroſo, vel lucratiuo alie
nari poſſunt vt præſcribantur: imo a comparantibus auocantur
ſine reſtitutione pretij.h.d.& per iſtam leg. Bar. facit ſuum fun-
damentum ꝯ gl.fin.de iure emphyt. quæ dicit,ꝙ emphyteuta li-
cet non poſſet vendere irrequiſito dominio: tamen põt legare,
& donare ſicut habens fundum vectigalem, & dic ꝙ eſt contra
caſum huius legis: nec eſt eadem rõ in emphyt.& vecti.quia ad
ſoluendum vectigal eſt obligatus fundus, & quia onus eſt reale
comitatur omnem poſſeſſionem: vnde non intereſt Reipubli-
cæ,vel fiſci,ſi in alium transferatur. ſecus in fundo emphyteuti-
b co,qa ad ſolutionem canonis non eſt obligata niſi pars, *b* quæ
obligatio non tranſit.in oẽm poſſeſſorẽ,vt l.j.§.ſi hęres,ad Treb.
1 † Vltimo *c* eſt videndũ,quãto tpe vſucapitur res templorũ,& ec
c cleſiarum? Dic de hoc,vt l.fi.ſ.de ſacroſ.eccl. qa in quatuor caſi
bus hic poſitis olim non p̄ſcribebat̄,niſi centum ann.hodie vero
p̄ſcribit̄ 40.ann. excepta eccleſia Romana, quæ gaudet priuile-
gio cent.ann.& in illis quatuor caſib. adhuc hodie non præſcribi
tur mino.ſpat.cent.ann.ꝯ ciuitatem, quia in illa ciuitate lex non
d eſt correcta,vt in auth.ibi poſita. In oĩb. *d* aũt alijs caſib.tam ꝯtra
ciuitatem,q̄ ꝯ eccleſiam (præterquam Romanam) pręſcribitur
e ſpat.quadr.annor. *e* & loquitur in caſibus,in quibus olim actio-
nes longo tẽpore durabant:nam vſucapio triennij, vel quadriẽ-
nij ſuo robore durat,nec immutata eſt,dicta authen.& ſi res im
mobiles ciuitatum, & eccleſiarum poſſunt præſcribi 40. annis,
mobiles vſucapiuntur triennio, vt ſup.dictum eſt: ita res patri-
monij proprij Cæſaris tanto tempore vſucapiuntur, l.ius emph.
inf.de fun.patr.& hoc tenet Guil.ergo & hoc tempore pręſcribi
tur ꝯ eccleſiam 40.annis indifferenter, ſed centum annis ꝯ eccle
ſiam Romanam,quia & eodem modo contra alia templa Dei,
poteſt

ADDITIONES.

a Vniuerſas. Iſtam l.no.alle. Bal.in auth.quas actiones,ſup.de ſacroſ.eccl. & Bart. in
l.1.§.quod autem,in fi.ff.de ſuperfi.
b Niſi pars. Vide Bal.in auth. ſi quis,in fi.ſup.de ſacroſ.eccl.
c Vltimo. Vide no.in l.2.ſup.com.de uſucap.
d In omnibus. No.quod auth.quas actiones,hoc corrigit quo ad uſucapionem trien
nij.uide quæ dixi poſt Bar.in d.auth.& uide gl. in auth. de non alien. §. ut autem
lex.in gl.in uerſi.ſi rem a te.& quod non corrigat,ut dixi,tenet Dy.in reg.poſſeſ-
ſor,de reg.iur.in 6.& gl.in §.pro temporalibus, in Auth.de eccl.tit. ubi etiam hoc
tenet Accur.& in §.ſancimus, in auth.de non ali.& idem tenet Gof.in Summ. de
præſcr.§.item quæritur.& Hoſt.in Sum.de pręſcr.ſed contra tenet in c.1. extra,de
reſti.in inte.& ibi per Io.And.
e XI. An.no.tñ contra eccleſiam pręſcribi ſpatio 30.ann.in re pertinente ad eam iu-
re dominij,idem in re ciuitatis,ut no.Bal.hic in aliquibus lec.& uide Bal.in l.ſicut
inf.tit.5.& Bar.in l.cum ſponſus,§.in uectigal per illum tex.ff. de Publ.

pōt tñ peti reſtitutio intra quadriennium poſt p̄ſcriptionis lap-
ſum,vt ibidem in gl. Contra ciuitatem indifferenter p̄ſcribitur,
ſcilicet annis 40.exceptis quatuor caſibus nominatis in d. l. fi.in
quibus requiritur ſpatium cētum annorum, nec eſt correcta in
hoc. Quanto aūt tpe preſcribatur ꝯ fiſcum,vidiſtis plene in l.1.s̄.
tit.i.& in l.2.s̄.de vſuc.dic vt in eis. Circa vſucapionem vero triē
nij,& quadriennij,remanent iura incorrecta, vt ſup. dixi.

LEX III.

a Si qua. a Diminutio cenſus ſoliti ad modū ꝯſuetū reduci
tur,reſcripto obtento illicito non obſtante.h.d.ſe-
b cundū Iac.Butr.Impetrans b aūt reſcriptū a cōi Florentię,vt ſua
poſſeſſio cenſualis,ſeu tributaria ſoluat minus ſolito , nihil agit;
multo magis ſi de communi aliqua bona conceſſerat alicui no-
bilī ſub annuo cenſu ſoluendo: nam huius reſcripti impetratio,
ut diminuat cenſus,nullius momenti eſt,& fingitur ſubreptitiū.

ADDITIONES.

a Si qua.uide tex.de uerbo ad uerbum in l.fi.inf.de fun.rei pri.lib.11.
b Impetrans.No.quod nō poteſt cenſus diminui etiam per reſcriptum , & uide no.
Bar.in l.qui ex relationib.ſup.de le.eo tamen caſu,quo eſſet cōceſſum reſcriptum
bene præſcriberet ut no.in l.non competit.inf.tit.1.

De præſcriptione xxx. vel xl. ann. *Rubrica.*

Dixit de præſcriptione longi temporis,ſequebatur videre de prę
ſcriptione longiſſimi.

LEX PRIMA.

1 *Oculus dicitur triplex.*
2 *Res eſt ſubhaſtata,ergo non eſt vendita uili pretio,an ſit bona conſequētia.*
3 *Prętcriptionis exceptio vendicanti obſtare poteſt.*
4 *Arbitrator de cauſa ſibi commiſſa,vt vir ęquus arbitrari debet.*
5 *Subhaſtatio per 20.dies,in loco publico & conſueto fieri debet.*
6 *Actio perpetua,etiam per ſtatutum,vltra centum annos durare non poteſt.*

Cvm aſſeueras. Si fiſcus, vendit rem alienā,
a vt alienā a minus ſolēniter,
pōt peti reſciſſio p dñm,ſi non obſtet ſibi pręſcriptio vel
exceptio.h.d.Et hæc præſcriptio debet eſſe annorū triginta,cum
emptor fuerit malæfidei, & titulus habeatur pro non titulo, &
1 hoc tenet gl.hic,q̄ incipit, quod eſt legitimum tp̄s. † In tex. ibi,
oculos,dic quod triplex eſt oculus,ſ.mentis,vt hic;oculus corpo
ris, & ille debet eſſe pudicus,oculus adminiſtrationis, & hic dēt
eſſe prouidus,ſm Io.And.in c.quorundā, de elec.li.6.& ibi dicit
ꝙ mens auida potentiæ neſcit a uetitis abſtinere; nec gaudere
a conceſſis,nec adhibere pietatis ꝯſenſum. † In tex. ibi vili pretio,
ſed qūo fuit vile,ſi res poſita fuit ſub haſta venali. Bur. dixit, ꝙ n̄
b ſequitur,res eſt ſub haſtata,b ergo nō eſt vendita vili pretio,vt l.ſi
quos,s̄.de reſcinden.vendit.ꝯrium credo , niſi vtilitas eſſet ꝯria,
vt ibidē,dummodo ſit ſolēniter ſubhaſtata, & hoc caſu non hēt
locū remediū l.2.de reſcin.vend.qđ no.tex.in l.1 j̄. de pręd.[na-
3 ui.li.11.†In tex.ibi,& quod publico iuri pręſcriptum eſt, ſtatuer.
obſtabat.n.vendicanti pręſcriptionis exceptio & hoc verum de
iure ciuili,non de iure canonico, vt in c. poſſeſſor malę fidei, de
re.iu.lib.6.eſt.n.exceptio præſcriptionis iniquum præſidium, &
q vtitur præſcriptione cum reus fuerit,peccat,vt in Auth. vt ec-
c cleſia Romana cen. ann.gau.priu.colla.2. & iō rōne peccati c in
4 in quo nutritur, p̄t habere regreſſum ad eccleſiam. † Item ſi cā
d eſt ꝯmiſſa arbitratori d qui debeat cognoſcere vt vir æquus,vt l.
ſocietatem,§.arbitrorum,cum l.ſequenti,ff.pro ſocio,poterit ſe
cundū Deū,& bonam conſcientiā reijcere obſtaculū p̄ſcriptio-
e nis,tanq̄ iniquum. Per hoc e ēt dico,ꝙ p̄ſcriptio q̄ currit ſolū ex
negligentia non petentis,abſque p̄ſcriptione poſſidentis, non iu
uat malā fidē habentē. Bar.tñ ſub dubio in l.ſeqtur, §.ſi viā, ff.de
vſuca.mouet me,qa vtens beneficio p̄ſcriptionis,& ille tunc cū
vtitur,recurrit ad iniquum pręſidium,& peccat vtens,& in pec-
cato nutritur,& iō habet locū regula c.malęfidei poſſeſſor. exē-
plū in l.1.& 2.s̄.de pig.act.l.iubemus.s̄.de ſacroſanc. eccl. & alle-
gat Bar.in l.ſtipulatus,§.Chryſogonus,de verb. obl.& l.ſi ſtipula
tus,§.qm̄,ff.ſi cer.pet.ꝙ confeſſio vtilis ꝯtenta in diſpoſitione in-
utili probatur per inſtr̄m continens cōfeſſionem:& iō ſi mulier
ſimulando Florentię ꝯhit,licet ꝯctus ſit nullus, tñ confeſſione in
5 ſtr̄i authentici probantur ante oīa geſta.† In gl ſuper ver. pretio.
f ibi,Item ꝙ res ſubhaſtet, dic in loco f publico & conſuetudo di-
uerſis diebus,& ſubhaſtata ſtet per tp̄s uiginti dierum, ut l. ſi tē-
pora j̄.de fide.inſtr.& iure haſtę fiſcalis.lib. 10.& s̄.de ſacroſa.ec.
auth.hoc ius porrectum,niſi ſtatuto caueatur,aut conſuetudine
aliud diſponatur,ut dictis iuribus. In glo.ſuper uerbo, ſpatium.
6 ibi,forte erat centum ann.† No. bene, ꝙ ſi ſtatutum, uel lex di-
ſponat actionem perpetuam eſſe,ut olim erat:tñ non durabit ul
tra centum annos.Cyn.dicit hic,ꝙ non dubitat tolli centum an
nis,ſed non credit de illa loqui hanc legē,ideo dixi, ꝙ lex loqui-
tur de triginta annis,aut quadraginta, q̄ pręſcriptiones inductæ
fuerunt ante hanc legem,ut no.j̄.eod.l.ſicut.ſi dicis, qūo longo
tempore potuit pręſcribi,cum habuit malam fidem? Dic,ꝙ nō
g fuit g allegata.Cy.& Odof.in l.oēs j̄.eo. dicit ꝙ quędā tollebant
centum annis,quædam uero nullo tpe glo.j.ibi, idē eſt ſi te præ-
ſente.hoc intellige,qñ res fuit uili pretio uēdita,Secus eſt,quādo
interuenerunt aliæ ſolennitates , licet forſitan ad venditionem,
alias non potuiſſet procedi,quia contradiceret,ſecundum Cyn.

ADDITIONES.

a Alienam.Quando vero venderet alienam vt ſuam, vide in l.2. ſup. de quadr. præ-
ſcri.per Bal.in l.fi.ſup.ſi aduer.fiſ.& quæ no.Bar.hic.
b Subhaſtat.Vide contrarium l.ſi quis,alleg.& quod no.Bar. hic. Moder. in l. ſi quis
cum aliter,ff.de verb.obl.Imo.in l.precia rerum,ff.ad leg.Falc.
c Ratione peccati.Vide Bar.in tract.ad reprimendum,in ver. per denunciationem,
& in l.ſequitur,§.ſi viam,& ibi dixi,ff.de vſuc.
d Commiſſa arbitratori.Vide Ang.in l.ſequitur,§.fi.ff.de vſuc. & in tract. ad repri.
Bar.in verſi.uidebitur.in fi.& tangit Lud.Rom.in rub.ff.de arb.in prin.
e Per hoc.Dixi poſt Bar.in l.ſequitur,§.ſi viam,ff.de vſuc.
f In loco.Quæ debeat interuenire in ſubhaſtatione,uide in l.ſi tempore, hic allega.
& in l.1.ſup.de hæred.vel act.vend.& Bal.in l.fi.ſup.ſi aduer.fiſ.& ibi dicit, inter
alia,quod vt ualeat uenditio,neceſſe eſt ut pretium de præſenti ſoluatur, nec ſuffi
cit habere fidem de pretio,ut eſt tex.cum glo.in l. ſi procurator, ff.de iure fiſci. Et
quanto tempore debeat eſſe ceſſatum a ſolutione tributorum, ut poſſit fieri uen-
ditio,uide gl.Cyn.& Bal in l.1.ſup.ſi propter pub.pen.& in uenditione rerum mo
bilium , quæ conſuetæ ſunt vendi in foro , non requiritur ſubhaſtatio , ſecundum
Bal.in l.1.ſup.ſi propter pu.penſit,
g Non ſunt.Mala fides debet allegari , maxime in caſu huius l. ubi poſſeſſor habeat
titulum.Idem in bona fide,ut not.Bal.in l.ſuper longi,ſup.de præſcrip. lon.temp.
& ibi dixi.

LEX II.

1 *Initium poßeßionis in pręſcriptione non requiritur.*
2 *Tractus futuri iudicij ad iudicem ſpectat.*
3 *Poßidens precario,30. ann.non præſcribit.*
4 *Colonus præſtationi temporis præſcribere poteſt.*
5 *Colonus quamuis per 30.ann.nihil ſoluat, tamen præſcribere non poteſt.*
6 *Poſſidens domino,vllo tempore non præſcribit.*
7 *Actioni perſonali præſcribitur longo tempore.*
8 *Poſſidens per an.30.dicitur verus poſſeſſor.*

Male agitur. Qui non poſſidet,vllo tpe non præſcri-
bit.h.d.concor.ff.de vſu.l. ſine poſſeſſio
ne.de reg.iu.ca.ſine poſſeſſione.lib.6. Vel ſic, Poſſidens pro alio,
nullo tempore p̄ſcribit.h.d.& ad hoc allegatur , rō eſt in prōptu,
quia non habet animum q̄rendi dñium,nec ſe putat dñm.vnde
impoſſibile eſt,ꝙ vſucapiat. Vel ſic,Colonus,vel Inquilinus , aut
precario poſſidens,vllo tempore non pręſcribit.hoc dicit in pri-
mis duobus caſibus, & eſt rō , quia nullam poſſeſſionem habet,
nec naturalem,nec ciuilem,ſed ſimplicem,& aſininam detētio-
nem,vt vidiſtis s̄.cōia de vſuc.l.4.& de tertio eſt rō,qa non poſſi
det ſibi,ſed alteri:nec poſſidet animo querendi dñij,ergo,&c.vt
1 s̄.dixi.In tex.ibi,initium non requirit̄.†No hanc regulam,quod
non poteſt,ſed cum conſtet ꝙ iam poſſidet a poſſeſſore,qñ inci-
pit poſſidere;conſtat ꝙ ſemper nomine ſuo poſſidet pro alio, &
tunc inquirēdum eſt ab eo de initio poſſeſſionis , q̄ dicit eſſe ſuā
facit s̄.de pig.act.l.nec creditores,& s̄.commo.l.2.ita intelligen-
do,ꝙ verbum,initium,ponitur temporaliter.Secundo mō expo
nitur, vt exponatur cauſaliter. & ſic accipitur initium pro tit. &
erit ſenſus,ꝙ qui poſſidet titulo pro ſuo,& nunquam alieno no-
mine poſſedit.nunq̄ cogitur dicere titulum ſuę poſſeſſionis,vt l.
cogi,s̄.de pet.hære.Secus ſi conſtet,ꝙ aliquando poſſedit nomi-
ne alieno,nam tunc ſi dicit poſſeſſionem eſſe ſuā,debet ille alle-
gare cām,pp q̄ ſua eſt,vt hac l.rō eſt,qa eſt præſumptio ꝯ eum,ſi
cut de proba.l.ſiue poſſidetis.Idem vbicunque ille , qui poſſidet
habet præſumptionem iuris ꝯ ſe.quod non iuſte poſſideat,vt te
neatur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis.exemplum pone in laico
poſſidente eccleſiā,vel ius ſpirituale,ſm Inno.de ele.c. conſtitu-
tis.hoc ēt vr̄ tenere de prob.c.cum cām.Ibi.vt ob hoc ipſum,no.
diligenter quod ad probandum quem poſſidere , & rem poſſe-
diſſe pro alio,ſufficit hoc ſolū pbare, hoc eſt qđ omni anno, vel
certis alijs temporibus , & pro ipſa poſſeſſione certam præſtitit
mercedem.Ibi, annis omnibus, ideſt ſingulis. Hoc ēt allegatur
per Doct.ꝙ ille, cui debetur annua p̄ſtatio , pōt ēt per p̄teritum
agere, vt fiat ꝯdemnatio de futuris , ne cogatur ſingulis annis de
2 iure ſuo proteſtari,†hic eſt caſus ſingularis, in quo tractus futu-
ri iudicij ſpectat ad iudicē,de quo j̄.de fideiuſ.l.1.dixi latiſſime in
3 repe.l.1.s̄.de iud.dicut ibi.†In glo.2.ibi,præſcribere domino ſpa
a tio triginta a an. hoc reprobatur per l.oēs. qa precario poſſidens
hēt nālem.& ciuilē ex dñi cōceſſione,cū precibus ſuis poſſideat
dño,& per dominum,& non ſibi,ergo alio titulo uſucapit. ſit er
4 go hæc regula huius l.† Et glo.ibi, vel pro præterito tempore ad
aliquid,hæc vera,& hanc tenet Bart.& concludo ꝙ aut colonus
vel Inquilinus, vult præſcribere præſtationi præſentis penſionis,
& pro temporibus p̄teritis,& ſine dubio p̄ſcribit 30.ann. qa tan-
to tpe tollitur omnis actio perſonalis , vt j̄.l. prox. & hoc voluit
dicere iſta gl.& bene. Aut vult pręſcribere ꝯ annuam præſtatio-
nem in futurum,vt eam ſoluere non teneatur: & tunc non per-
ſcribitur ſolum ceſſando ſoluere,niſi interpellatus,vt ſoluat, re-
cuſauit ſoluere, quia ex tunc domino videtur interuertere poſ-
ſionem,vt leg.colonus.& l.cum fundum,ff.de vi.& vi arma.vbi
gl.ergo.

ADDITIO.

a Spatio 30.Sed quod precario poſſidens poſſit pręſcribere,uidetur tenere Bal.in l.ui
tia.ſup.de acqui.poſſ.cogita.tamen.

a gl.ergo tunc p̄ſcribit̄ ꝯ̃ eum tanto ſpatio,*a* quia tunc nō requirit̄
bona fides,vt Inſt.de vſucap.§.furtiuæ. ꝯ̃ hoc tenet hic Guil. ſed
Cy.magis ſtringit,dicēs ꝙ ſi colonus dñm reuertentem non ad-
mittat,ꝙ tunc vere poſſeſſionē interuertit,& iſtud eſt tutius, nō
enim ſeq̄tur,colonus penſionem non ſoluit,ergo poſſeſſionē in-
b teruertit *b* cum iſta cōpatibilia inter ſe ſint,non interuertere, &
penſionē non ſoluere: vnde non dico ex hoc ſolo poſſeſſionem
interuerſam,vt vidiſti ſ̄.de acq.poſſ.l.nemo,& vr̄ caſus in l.j.§.in
quib.cau.ceſſ.lon.temp. præſcr. Aut vult colonus p̄ſcribere ipſā
rem,& tunc nullo præſcribit tp̄e,vt hic,niſi poſſeſſionem primo
interuerterit.h.d. & ſic incipiat poſſidere. aut vult præſcribere ꝯ̃
actionem ꝑſonalem locati,ne cōuentus ex ea teneat̄ reddere pē
ſionem:& tunc ſ̄m glo.p̄ſcribit ſpatio.30. ſed licet p̄ſcribat huic
actioni,poterit ꝯueniri interdicto vti poſſidetis,ex eo quia turba
ris ꝑ ipſum colonum, vel ipſum inquilinum nolētē reddere de-
c tētionem:& tunc turbat,cū reddere nō vult *c* eā.pōt ēt cōueniri
ſ̄m gl.actione in rem,q̄ nō eſt p̄ſcripta,cum ſꝫ dn̄s poſſedit. vide
te,gl.in his duob.vltimis dixit verū,& p̄t ꝯueniri reali,& interdi-
cto,vti poſſidetis.inquātum ponimus colonum turbare, ſed nō
ſequitur,nō vult deponere detentationem,ergo turbat,ſi hēt iu
ſtam cauſam non deponendi.quare dic,aut locatio fuit facta ad
ann.30.vel 40.& tunc non eſt p̄ſcriptum ꝑ illum lapſum actioni
ex locato. ante.n.nullo mō incipit currere p̄ſcriptio, cum agere
non potuerit,vt l.1.de diuer.& temp.p̄ſcr.& ſic hoc caſu glo.iſta
non dicit verū,q̄a p̄t ēt cōueniri interdicto vti poſſidetis: quia in
iuſte recuſat.p̄t ēt cōueniri tali iudicio ſine dubio:p̄t ēt cōueniri
condictione ex l.ſi quis conductionis,ſup.locati.Si vero condu-
d ctio fuit ad modicum tp̄s facta,puta anno, *d* vel biennio, & co-
lonus deinde,vel inquilinus ſtetit poſtea per tempus 30.ann.in
poſſeſſione,ſoluendo cōtinue mercedem,& ꝑꝑ hoc vult exclu-
dere actionem ex locato,dicens,quia ſibi in perpetuū ſit locata:
tunc aut ſoluit ſemper vniformiter eādem mercedem, puta ſin
gulis annis de dimidia fructuum,vt quia erat colonus partiarius
tūc gl.iſta p̄t dicere verū, ꝙ nō p̄t cōueniri ex locato,vt reſtituat
detentationem,ex eo q̄a ꝯ̃ actionem p̄ſcribit, q̄a probata ſolutio
ne dictæ mercedis,tp̄s longiſſimum probat,ꝙ eſt colonus, vel in
quilinus ꝑpetuus:& ita intelligēdo non poterit ꝯueniri neq; rea
li,nec ēt interdicto,quia iuſtam habeat cauſam denegandi depo
nere detentationem,ex quo eſt colonus perpetuus, & ſic in hac
parte gl.non diceret verum.Si vero præſtatio mercedis non fo-
ret vniformis,puta q̄a pro mercede p̄ſtat̄ qn̄q; pecunia, & qn̄q;
frumentum,& qn̄q; plus,quandoq; minus: tūc ꝑ tales actus dif
formes non inducit dicta probatio,de qua dixi.ff.de ſer.vrb.p̄d.
l.hæc aūt iura.cum l.ſeq.per quas leges dicunt maiores nr̄i,ꝙ ēt
e ſi per centum annos *e* dn̄s vaſallo non impoſuiſſet ſeruitiū ,non
eſſet vaſallus liberatus tp̄e:quia nunq̄ habuit aliquam poſſeſſio
nē libertatis, ex quo requiſitus nō fuit ad præſtationē homagij.
Item ſi colonus diceret ſe præſcripſiſſe ꝯ̃ dictam actionem ex lo
catione.quia tenetur reddere detentationem. in hoc gl. diceret
veritatem,quia tūc incipit eſſe in culpa:incipit.n.dn̄o denegare
& ex tunc oritur actio ex locato,q̄ pręſcribit ann.triginta.vt d.l.
ſicut.Quatuor ergo ſunt,ſi bene comprehendis;primum.ſ.cum
colonus vult præſcribere contra mercedem præteritam;ſ̄m,cū
vult præſcribere aduerſus futuram,vt nō præſtet;tertium, cum
vult præſcribere ipſam?quartum,cum vult p̄ſcribere,vt non co-
gatur relaxare rem,negando per ſoluere mercedem, & quicq̄d
ſit in quolibet dictorum caſuum habuiſtis.ſ̄.in gl.ſuper ver. præ
5 ſtiterit.vbi dicit,nihil ſoluat.†Decidit ergo gl.ꝙ licet colonus ni
hil ſoluat per annos 30.tn̄ non præſcriberet, & reprobat opinio.
Mar.dicentis oppoſitum,& verū dicit q̄d nō p̄ſcribit ipſam rem
niſi poſſeſſionem interuertat,& tunc ſic, quia incipit poſſidere;
& bene præſcribit ſolutiones non factas, non aduerſus fiendas
in poſterum,niſi ſimpl̄r interuerſa poſſeſſione, & ēt p̄ſcribit lo-
cationem,qua mediante compellatur reddere detentationē, vt
6 ſuperius dictum eſt †In gl.ſuper verbo,poſſidentibus.ibi,præſcri
f beretur dn̄o ſpat.triginta *f* ann.dic & hoc eſt falſum, & reproba
tus per omnes.Nam licet dn̄s transferat in alium oēm poſſeſſio
nem naturalem,& ciuilem precario, tamen ille non poſſidet ſi-
bi,ſed domino:& ideo dominium non præſcribit vllo tempore.
creditor poſſidet,& non debitor:vn̄ ipſe fructus recolligit,recon
11 dit,& tuetur,& eos ſibi in ſortem ↄpenſat,& ēt in vſuris.† Ex p̄-
c dictis concludo, *c* ꝙ ſi ex forma ſtatuti poſſeſſor tenetur ponere
rem; quā poſſidet in æſtimo,non ponit eā creditor,ſed debitor :
quia poſitio talis reſpicit ius dn̄ij, vt ſoluat tributum,vt ff.qui ſa-
tiſd.cog.l.creditor,§.ſciendũ.& l.ſerui noīe,ff.de vſuc.& ita intel
ligit hanc gl. In glo.nullo hęrede relicto.ibi, vel aliud in hærede,
imo non aliud,vnde debitor deceſſit relicto hærede , qui hęredi-
tatem agnouit,licet hæres nunq̃ apprehenderit poſſeſſionem hy
pothecæ,tn̄ ſcđs creditor non pręſcribit ↄ̃ priorem , niſi 40. ann.
12 quia † ſp creditor dr̄ viuere , ex quo hēt hæredem : nec requirit,
ꝙ apud hæredem ſit magis poſſeſſio,q̃ erat apud debitorem de-
functum.In ead.gl.in fi.no.bene, ꝙ ille, qui poſſidet per colonũ,
ſi decedit,licet hæres hęreditatem adeat , non tn̄ acquiritur poſ-
ſeſſio illius rei hęredi,anteq̃ intret,ſubaudi vel colonus profitea-
tur eius noīe tenere. vnde tu hęres ſis cautus incontinenti appre
hendere poſſeſſionem : nec credas tibi ſufficere te eſſe in poſſeſ-
ſione rei tibi quæſitæ per adiectionem,licet colonus eam teneat
iure locationis,& eſt caſus de hoc in l.qui vniuerſas, §.ꝙ per co-
lonum,ff.de acq.poſ.facit j.eod.tit.l.cum hęredem.ff.ex quibus
13 cau.maio.l.cũ miles.† In gl.quę incipit,paratus.ibi,ſed certe ego
legi.No.qũo Accur.non imitat̃ Plac. quia deridet eum tanquā
dementem,& tāquam legum immemorem.alibi deridet eum,
velut ſomniantem,l.cogi.de pet. hęred. alibi deridet eum , velut
hæreticum,ff.de vſufr.l.ſtatuę,& certe credo , ꝙ multa dixerit ↄ̃
eum,quę ex eius ore non proceſſerunt, & ita credo, ꝙ dr̄ in exē-
plo iſtius gl.quia non credo eum fuiſſe immemorem,l.vulgaris
Paulus,§.qui pign.ff.quib.mo.pig.vel hypo.ſol.vbi aperte lr̄a đr,
ꝙ oīs conuentus hypothecaria pōt agenti offerre debitum,& ex
14 cludere eum . † In gl.quid ergo.ibi,ſed Bul.dicit.vides ꝙ magna
d eſt opi.an iuri *d* offerendi,qđ incumbit debitori vt pignus recu-
peret,poſſit præſcribi.Bar.tenet glo.ↄ̃ Bul. ꝙ non p̄ſcribatur vllo
tp̄e,qa ipſum offerre eſt in cōditione,& eſt ↄdō poteſtatiua , ſed
cōditioni poteſtatiuæ nunquam p̄ſcribit,cum poſſit impleri vlti
mo vitæ ſpiritu,l.fi.ff.de cond.inſt.ita ipſe decidit in l. pignoris, ff.
de vſucapio.ſequendo opi. Vltramon.qui idem tenuerunt. Pro
quib.facit,ꝙ libero arbitrio non p̄ſcribitur.inf.de anna. except. l.
e 1.in gl.in verbo,pro ſocio.ſed neſcio *e* qũo poteſt reſponderi ad-
uerſus ea iura , nam ita eſt in conditione ius offerendi creditori
ſecundo,vt auocet hypothecam a primo , ſicut debitori vt auo-
cet pignus a creditore,& tn̄ video ꝙ ptāti offerendi pręſcribitur,
vt ibidem,quare idem teneas ſm opin.Iaco.de Butr.de qua ipſe
non facit mentionem.& dic,ꝙ qn̄que quis habet ptātem offerē
di actioni iam natæ ſimul & ſemel,licet eam in exercitium non
deducat,niſi obligatione facta, & tunc pręſcribitur iuri offeren-
di,vt in ver. eod. iure . Quidam habet ius offerendi tm̄,quo me-
diante,actio illico eſt naſcitura,ſicut in debitore aui nō naſcitur
pignoratitia,niſi poſt debitum ſolutum, ff.de pig. actio.l. ſolutũ.
& hoc ſimiliter pręſcribitur.& vera eſt opi.But. ſicut præſcribi-
tur officio iudicis pro reſti.imploranda, quod eſt merum factũ ,
vt l.Quintus,§. idem Pompo.ff.de annuis leg.coniuncta l.ab ho
ſtibus,ff.ex quibus cau.mai.quo officio mediante vtilis actio na
ſcitur reſtitutione præſtita,vt l.in honorarijs, §.ſed cum reſciſſa,
f ff.de act.& obl.vbi uero nulla actio *f* naſcitura eſt, tunc procedit
opi.ↄ̃ria,ꝙ huic iuri non pręſcribitur , ſicut nec meræ facultati ,
nec arbitrio,vt dicit gl.l. 1.Nec ob.ar.Bar. quod ex implemento
conditionis nunquam oritur actio in caſu,quem ipſe ponit. Sed
impleta conditione reſultat ſolum quædam mera facultas, qua
in actum deducta oritur actio.exemplum in eo,qui inſtituit ſub
conditione alia ab actu aditionis,nam eam implendo, non effici
tur hęres,ſed ſolum habilitatur ad adeundum, vt l. Antiſtius , ff.
de acq.hęre. vnde non mirum ſi poteſt impleri vltimo vitæ ſpiri
tu,& quocunque tempore: ſed ſi non differt ab actu aditionis ,
eius opin.eſt falſa.exemplum,ſi inſtituo te,ſi volueris;nam hanc
cōditionem potes implere omni tempore,& velle omni tp̄e , li-
cet de mera facultate non cōſtet , quod apparet,quia iuri adeũ-
di præſcribitur longiſſimo tēpore,vt l.licet de iure deliber. Item
15 ↄ̃ Bar.† habeo caſum,ꝙ potentiæ implendi conditionem pręſcri
bitur,vt l.pe.ff.qui.ad liber.procla.non licet.

ADDITIONES.

a Principalis obligatio. Vide no.in l. 1.ſup.ſi aduer.cred.& ꝑ Barto.in l.debitor,ff.ad Treb.& quod no.in l.fi.ſu.fin.reg.& in l.eum qui ſup.de vſu. pro emp. & præſcribens contra remediũ, ꝙ eſt principium, vr̄ præſcripſiſſe contra remediũ, & finalē effectũ,l.fin.& ibi Bal.in fi.ſup.ex qui.cau.ma.& uide qđ legit. & no. in l.intelligere,inf.de lui.pig.& iō dicit ſing.Bal.in l.3.inf.de fruc.& li. expen. quod q̄ præſcripſit rem,præſcripſit ēt fructus vltimi anni.& iō dubitari poteſt,vtrum ſit pręſcriptum dominium , & ſic ſi actioni reali eſt præſcriptum cum titu. & bona fide 10.ann.intelligitur præſcriptum actioni perſonali , quæ pro eadem te competebat,dic quod non,vt probatur in l.neque mutui,in uer.legati, ſupra quibus nō ob lon.tem.præſcr.iuncta l.1.ſup.com.de le.facit l.uſucapio.inf.de pig.

b Ius dn̄ij.Subaudi,uel acquiſitionis fruct.l.1.cũ ibi no.per Cy.& Bar.ſup.de pi. ac.

c Ex prædictis concludo.Adde idem in colono,iuxta no. per Bal. in l. 1. ſup. de iure emph.& uide l.in ſumma,& ibi no.inf.de pigno.& l.inter debitorem, & ibi Bart. ff.de pa.& hęc,quæ ponuntur hic per An.ſunt verba Ia Bu.

d An iuri. Sed præſuppoſito ꝙ iuri offerendi præſcribatur contra debitorem , an ſit præſcriptum iuri uendicandi,uide ſing.gl.in l.1.ad fi.& ibi Bal.1.de ann.except & dixi ſup.eo.l.1.in uer.hypothecar.

e Sed neſcio. Forte pōt dici , ꝙ licet ius , quod competit creditori,ſit in condōne,tn̄ eſt ius.ſed facultas cōpetens debitori,non eſt ius,ſed mere facultas ; ideo non pōt p̄ſcribi,ſed ēt obſtat, quia licet ſit mera facultas, tn̄ ꝑꝑ eius exercitium quæritur ius,& ſic poterit præſcribi ſm opi.Io.de Imo.in l.quam diu,la 1.ff.de acq.hær.

f Nulla actio. Vide Bal.in l.hic allega.

---

1 *Bannitus ęquipararur quandoque deportato.*

§.Illud. In obligatione ſub cōditione,vel in diem.incipit
præſcrip.currere adueniente conditione, vel die,
h.d.Apparet ergo,ꝙ impedito agere de iure non currit præſcri-
ſcriptio.vt hic,& in l. 1.ff.de diuer.& tem. præſcr. licet curra im-
pedito agere de facto:tamen quandoque reſtituitur ex clauſula
1 generali,vt vidiſtis ſup.eadem l.dic,vt ibi dixi.† In *gl.ibi* , vel de-
a portato.idem ſi maritus ſit bannitus,cum iſtud bannũ *a* æquipa
retur q̃tum ad hoc,deportato,vt Inſtit.quib.modis ius pat.pote.
ſol.§.relegati. omnes enim bāniti cum ſint extra protectionem
communis,præſumuntur, ꝙ incipiant uti male ſubſtantia ſua.
& notorie propter bannum.

ADDITIO.

a Iſtud bannum. Vide per Bar.latius in l.ſi conſtante,in prin.in 5.q.prin.ff.ſol.mat.

1 *Creditor accipiendo poſſeſſionem rei ſibi hypothecatę, pręſcriptionem interrumpit.*
2 *Creditor occupans hypothecę poſſeſſionem , non interrumpit pręſcriptionem niſi aduerſus debitorem.*
3 *Interruptio litis actionem non perpetuat.*
4 *Poſſeſſionis amiſſio, quamuis poſſeſſionem interrumpat, non tamen titulum verbum interrumpit.*
5 *Citatio vbi ad præſcriptionis interruptionem ſufficit , oportet ꝙ ſit valida.*
6 *Præſcriptio quot modis interrumpatur.*
7 *Præſcriptio cum dormit,non interrumpitur.*
8 *Præſcriptio qualiter interrumpatur.*
9 *Præſcriptio actionum realium,vel perſonalium,qualiter interrumpatur.*
10 *Præſcriptio exceptione obiecta,an interrumpatur.*

§.Imo. Per poſſeſſionem rei obligatæ,& per ſecundā cau
tionem , & debiti agnitionem, fit interruptio pre-
1 ſcriptionis.h.d. vſque ad §. in his. Ibi, res ſuppoſitas.† No.quod
creditor accipiendo poſſeſſionem rei ſibi hypothecatæ,interrũ-
pit debitori pręſcriptionem ↄ̃ perſonalem,& ↄ̃ hypothecariam,
ſecus ſi accepit poſſeſſionem rei debitoris ſibi nō hypothecatæ,
quia non interrumpitur præſcriptio ullo modo,& hoc tenuerũt
Iac.& Gul.qđ intelligo,niſi eam acceperit a debitore forſitan pi
gnori pro debito.quia tunc vr̄ recognoſcere debitum, & ſic fiet
interruptio, & ſic poteſt intelligi opinio Azo. hic poſita. In glo.
in verbo,ſine violentia.ibi, Reſpondeo,hic dicit:hęc vera, & hāc
2 approbat iſta gl.in fin.† In ea gl.ibi, Alij dicunt. hoc eſt multum
a not.& ex ea habes , *a* quod ſi creditor occupat poſſeſſionem hy-
pothecæ,ex eo ꝙ debitor tradit.non interrumpit pręſcriptionē,
niſi ſolum aduerſus ipſum debitorem , ſed ſi occupat poſſeſſio-
nem cum violentia,tunc fit interruptio aduerſus omnes. & hoc
tenet glo.in verbo,innouata,& ratio eſt, quia ex quo debitor ꝑ-
didit poſſeſſionem propter violentiam ſibi illatam per credito-
rem,ſibi eſt poſſeſſio naturalis interupta,vnde, & ſi creditor vſu
capiebat dominium,de cætero nō præſcribit,vt l.naturaliter , ff.
de vſucap.ſed ſi ipſemet debitor tradidit, non videtur poſſeſſio-
ne priuari , quominus vſucapio continuetur per eum , quia ad-
huc ipſe intelligitur poſſidere , vt vidiſtis ſupra plene in princi-
pio huius legis,in gloſſ.quæ incipit, an ergo. In ead. gloſſ. in fine
concludendo dic omnibus reiectis,quod aut creditor capit rem
ſibi obligatam ex voluntate debitoris, & fit interruptio pſonalis
ex hypo-

ADDITIO.

a Ex ea habes. Vtrum interruptio in poſſeſſione vnius proſit quo ad alios , vide Bal. in l.nemo:ſup.de acq.poſſ.& in l. 1.ſup.de præſc.lon.tem. & vide ꝙ no. Bart.in l. intra,ff.de diuer.& tem.præſc.& quod no.in l.cum quis,§.ſi quis pro reo,ff.de ſol.

ex hypothecaria ɔ debitorem, ſed non interrumpitur vſucapio
debitoris vſucapientis dñium aduerſus alium, aut ſine volũtate
debitoris; & tunc fit interruptio in hypothecaria, & fit aduerſus
oẽs: quia cum debitor pedit dñium, ẽt aduerſus alios illa inter-
ruptio prodeſt creditori, anteq̃ priuetur debito, nam per violen-
tiam debitor eſt priuatus, vt l. extat, ff. quod met. cau. licet non de
beret priuari ſi violentiam ɔmiſiſſet ɔ rem debitoris ſibi obliga-
a tam, vt l. ait prætor, *a* §. fi. ex quib. cau. maio. In gl. imo multomi-
3 nus, in fi.† Not. bene, quod decidit aperte, ꝙ interruptio litis na-
turaliter non perpetuat actionem in 40. annis, licet ſecus ſit in ci
uili, quæ fit per lit. conteſt. & idem tenet glo. in c. interrupta. vbi
tradit regulam, ꝙ ſola ɔteſtatio perpetuat in x. anno. Idem vide-
tis s̃. ea. l. in prin. in gl. in ver. executorẽ, in fi. & in gl. in verſ. ſolã.
quod no. & eſt caſus in l. j. j̃. tit. 1. ver. exceptionis, ɔ̃rium tenet gl.
& male, j̃. eo. l. fi. & ibi dicam. In gl. non dicit perpetuari, in fine.
b Alij *b* dicunt, ꝙ hæc lex corrigit l. ɔ̃riã. Alij, ꝙ hic cognitio debiti
fuit facta ante p̄ſcriptionem completam: & in l. ɔ̃ria poſſeſſio: &
illa eſt veritas, ſed per hanc legem ɔ̃riam receditur ſine iniuria.
4 † In gloſ. in verbo, innouata. ibi, naturalis eſt, quoties &c. licet
amiſſio poſſeſſionis interrumpat præſcriptionem, non tñ inter-
rumpit titulum præambulũ verũ: vnde recuperata poſſeſſione
ex illo titulo procedit vſucapio de nouo, extincto præcedenti, li-
cet nullus nouus ſuperueniat. glo. eſt ſing. in iure, in l. ſi is qui pro
emptore, §. ſi is qui bona, ff. de vſucap. quæ non eſt alibi ſm̃ Bar.
ſed bene interrumpit tit. effectus putatiui ẽt cauſati errore iuſtiſ-
ſimo, vt eſt poſſeſſio recuperata. & ex hoc titulo putatiuo p̄am-
bulo non poſſit inchoari noua vſucapio. tex. eſt ſingu. in iure. &
non eſt alibi, in l. cum ſolus, ff. de vſucap. In ea. glo. ibi, primo per
c conſtitutionem. intellige *c* vtilem, & efficacem. † Et do tibi re-
5 gulam, ꝙ vbi ad interruptionẽ preſcriptionis ſufficit citatio, opor
tet, quod illa ſit valida, alias non fit interruptio. Vbi requiritur
conteſtatio, ſimiliter debet eſſe ualida, alias non fit interruptio.
tex. in l. accuſaturus, ff. de adul. not. in auth. offeratur, s̃. de lit. con
teſt. facit quod no. s̃. de lib. cau. l. ſi filium, & ſup. ne de ſtat. defun.
l. ſi pater, ff. quæ ſent. ſine appel. reſc. l. j. §. item cum ex edicto. per
6 Inn. extra, de procu. c. querelam.† In ea. glo. in fi. iſta eſt glo. *d* pul
d chrior alia, q̃ ſit in corpore iuris, & nitit̃ tradere oẽs modos per
quos interrumpit̃ præſcriptio tã nãliter q̃ ciuiliter, tñ non loqui-
tur perfecte. & iõ perfectius dic, ꝙ per inundationem aquarum
fit interruptio præſcriptionis nãlis, & eſt mirabilis interruptio,
vt l. qui uniuerſas, §. item ꝙ a mari, ff. de acquir. poſſ. de quo etiã
vide in l. j. inf. ti. 1. verſ. in alijs. Sis ergo cautus tu, qui repetis poſ-
ſeſſionẽ tuam iuxta Tyberim exiſtentem, ut ſi conuentus exci-
pit de p̄ſcrip. tu replices ꝙ preſcriptio illa fuit interrupta pluries
per inundationem aquarum flumine excreſcente. Item dicas,
e ꝙ defectus tituli *e* ſuperueniẽs p̄ſcribenti (eo quod reducitur titu
lus ad non titulum) impedit vſucapionem ſibi, ſed non impedit
ei, in quem transfert poſſeſſionem: quia reſpectu illius durat ti-
tulus primitiuus, cum ambæ iſtæ poſſeſſiones debeant coniun-
gi. tex. eſt in l. ſi hominem, ff. de vſucap. coniuncta l. quæſitum, ff.
de acqu. rer. dom. Item ſuperueniens mala fides de iure canoni-
co ſimiliter interrumpit preſcriptionẽ, vt dixi in l. 1. ſup. de vſuc.
tranſf. & probatur in c. poſſeſſor, de reg. iur. lib. 6. & ibi Dy. & Io.
And. Item ſuperueniens ſcientia furtiuitatis rei, ſimiliter interrũ
pit, ſm̃ Dyn. in l. ſi ancillam, ff. pro ſuo. debet tamen nulla mala
fides eſſe reſpectu iuris, de cuius vſucapione tractatur, alias nihil
operatur, de acqu. poſſ. l. ſi quis fundum, in fi. habes gl. in l. ſicut,
ſup. eo. in uer. poſſidente. Item interrumpitur, ſi deſijt ſtare natu-
raliter, uel ciuiliter; quia res ſacra. uel ſancta, ut l. naturaliter, ff.
eo. Item ſi ſuperueniat defectus in perſona p̄ſcribẽtis, quia oĩno
ſit incapax & inhabilis ad dominij acquiſitionem, ut quia factus
eſt hereticus, qui uſucapiebat mancipium Chriſtianum, ut ſupra
de Epiſc. & cle. l. Deo nobis, §. his ita diſpoſitis, & ſup. ne Chriſtia
num manci. l. j. & ſup. de hære. l. Manicheos. Licet ſecus ſi abſolu
te non efficeretur inhabilis, ſed ex certa cã, & determinata: quia
licet tunc eadem per uſucapionem acquireretur; tñ acquiſitio
inchoata ex ſuperuenienti impedimento non interrumpitur, li-
cet rem reſtituere ei teneatur, contra quem preſcripſit. Exemplũ
ſi donatio fieret uxori antequam eſſet uxor; nam ɔ̃cto matrimo
nio, licet maritus non utatur cã donationis, tñ uſucapio cepta ɔ-
ſumatur; licet uxor ex cã donationis non ſit capax hoc iure, reti-
net tamen uiam ipſi marito. caſum ſingularem habes in l. ſi ſpõ-
f ſus, §. ſi donationis, *f* ff. de dona. inter uirum & uxo. Interrumpit̃
ẽt ſm̃ canonem, quia donauit tp̃e hoſtilitatis, & ita eſt grauis, ꝙ
pp eam ius in ciuitate non redditur, extra eod. c. ex tranſmiſſa &
ibi per Inn. qui dicit ẽt idem eſſe de iure ciuili, pro quo facit inf.
de fun. limit. l. fi. & extrauagans Federici facta pro pace Conſtan
tiæ in c. 4. ſnĩe, in §. poſſeſſiones. Eadem æquitate dormit propter
epidimiam, ſimiliter impedimentum parturientem: quia maior
eſt hoſtilitas Dei, quam hominum, & hoc tenet Bar. in l. natura-
liter. ff. de uſucapio. quod mihi placet; dormit ẽt ɔ eccleſiam ſe-
de uacante, extra eod. c. 1. & 2. Eadem ratione dormit uacante ſe
g de imperij, licet tunc in adminiſtratione *g* ſuccedat eccleſia, ſecũ
dum Inn. & Io. And. in c. licet ex ſuſcepto, de for. cõp. Dormit.
etiam tempore ſchiſmatis, ut d. c. 1. quia tunc non reddit̃ ius, &
ideo hodie contra Romanam eccleſiam nõ currit præſcriptio
propter ſchiſma, quod ſunt inter Vrbanum vj. & Clemẽtem vij.
quorum quilibet dicit ſe ſucceſſorem Petri, quod ſchiſma tantũ
pullulauit, & uires ſuas extendit, ꝙ in toto orbe Chriſtiano par-
7 tialitas reperitur.† Attende tamen, ꝙ cum præſcriptio dormit,
non proprie interrumpitur, cõſiderato, ꝙ prima tempora cum
vltimis coniunguntur, & regulariter. ut ſup. eo. l. ſicut. in fi. ſecus
eſt cum interumpitur, quia de nouo cauſam reinchoari opor-
8 tet. de acqu. poſſ. l. Pomponius, §. quoties.† Interrumpitur etiam
h ſi poſſeſſor præſcribens eſt abſens, *h* furioſus, *i* infans. K vel in po
i teſtate aliena conſtitutus. *l* vel in egeſtate poſitus citra executo-
K ris miſſionem, & lit. conteſt. per denunciationem facta Præſidi,
l vel Epiſcopo, vel vltimo factam ad domicilium, uel poſſeſſionẽ
m vt in l. ut perfectius. j̃. tit. j. quod intelligo, vbi poſſeſſor *m* habet
domicilium, alias ceſſant remedia illius legis gl. ſingu. eſt in l. cũ
hæreditas ex Trebell. ff. ad Trebell. hæc procedunt in interru-
ptione præſcriptionis rerum corporalium. Præſcriptio vero iu-
rium incorporalium, uel ſeruitutum prędialium, interrumpitur
perdita poſſeſſione prædij dominantis, ut l. ſi ędes, §. 1. de ſeruitu.
vrban. pręd. & immediate cum uſucapiens impeditur, ut l. ſequi
tur, §. ſi uiam, ff. de vſuca. Item ſi quis impediatur uti uſu, uel ſer
uitute, quam vſucapiebat, uel iure eligendi, extra eo. c. auditis, &
ibi per Inn. & Ioan. An. Eodem modo interrumpitur vſucapio
libertatis per uſum ſeruitutis, ſibi appoſitę, ut l. arboribus. §. idẽ
tracta. ff. de uſuf. & l. qui fundum. quemadmodum ſerui. amitt.
Et de quibuſdam impedimentis interuenientibus poſt uſuca-
pionem inchoatam, an impediatur complementem, dicam ti-
bi quędam alia j̃. tit. 1. l. referendo Iaco. Butr. in uerbo, nec autẽ.
9 † Pręſcriptio *n* vero actionum realium, uel perſonalium, quali-
n ter interrumpatur. glo. declarat. ſed melius declarauit ſupra eo.
l. ſicut. dic ut ibi Pręſcriptio vero actionis per ſolam libelli obla-
tionem interrumpitur ante citationem, ut l. mariti, §. quiuquen
10 nium, ff. de adult.† Vnum *o* ſolum reſtat uidere, an per exceptio
o nem obiectam interrumpatur pręſcriptio? Dic, ꝙ ſic, ſi exceptio
inſtat habet actionis, ut compenſatio, ff. de reg. iu. l. omnes actio-
nes. alias ſecus. ut in cap. 2. de ord. cogn. & ibi per Bar. & Innoc.
coniuncto eo, quod dicit in c. cum eccleſia Sutrina. circa fin. de
cau. poſt. & proprie. Nunc habes omnes modos interrumpendi
pręſcriptionem communem.

ADDITIONES.

a L. ait prætor. Dubito, an uoluerit allegare iſtam l. vel ait prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in frau. cred. quia hic non bene alleg.
b Alij. Vide Bar. in l. cum quis. §. ſi quis pro reo, ff. de ſol.
c Conteſtationem. intellige. Citatio, & conteſt. nulla, non interrumpit præſcr. Vide Bar. in l. accuſaturus. hic alle. & ibi dixi. tamen ſecunda citatio etiam nulla interrumpit. ut eſt gl. no. in l. quibus, iuncto tex. ſecundum uerum intellectum Docto. ff. de uerb. ſign. quam ad hoc ponderat Rapha. & no. quod illa demum conte. interrumpit præſcriptionem, quando quis conteſtatur eo animo, ut ad finem perducat, ſecus ſi ſponte deſiſtant. gl. eſt ſing. 16. q. 3. ca. placuit, el 2. §. poteſt, & ad hoc uide l. 1. ff. de priu. delic. & ſequitur Lud. Ro. in l. ſi uero, in 34. fall. ff. ſolut. matrim.
d Iſta eſt gl. Vide Bar. in l. naturaliter, ff. de uſuc. cum materia, & not. per Bald. in l. j. infra tit. 1.
e Tit. Vide de omni ſuperuenientia Bar. in l. naturaliter, ff. de vſucap.
f §. Si donationis. Illum tex. alleg. Bar. in l. naturaliter, ff. de vſucap.
g In adminiſtratione. Vide Bar. in l. bene a Zenone, ſup. de quadr. præſcr.
h Abſens. Vide Bal. in l. 1. ſup. qui. non ob. lon. tem. præſcrip.
i Furioſus. Vide Bal. in l. ſicut, ſup. eo.
K Infans. Vide in l. ſicut, & hanc l. in princ.
l Conſtitutus. Vide tex. in l. 1. §. fi. inf. tit. 1.
m Poſſeſſor. Vide Bal. in l. ut perfectius, hic alleg. in prin.
n Præſcriptio. Vide Bar. in l. naturaliter, in fi. ff. de uſuc. & Bal. in l. 1. ſup. quando lib. prin. da. & in l. fi. ff. de eo, per quem fac. erit.
o Vnum. Vide Bar. in d. l. omnes, alleg. & qnod ibi dixi.

2 *Ceſſionis dies ubi ex contractu debetur aliquod annum, uel diurnum, incipit aduerſus omnes præſcriptiones.*

§. In ijs. In obligationib. annuis, & menſtruis, non initium
obligationis. ſed ceſſationibus inſpicitur, & tenens
ut emphyteuta aut conductor, ſeu quolibet alio titulo, non pre-
ſcribit. hoc dicit. & cum iſto fine concordat. l. male agitur. s̃. e. &
intellige, ꝙ non p̄ſcribit, niſi primo interuertat dño poſſeſſionẽ,
non admittendo eum venientem, & ita tenet glo. fin. hic, & be-
ne, quam allegaui tibi ad hoc in d. l. male agitur. in gloſſ. 1. in fin.
a hoc intellige, *a* ſi ille qui ſoluit decem, vel qnque ſoluit ut partẽ
debiti, quod erat 30. alias talis interruptio non interrumpit pre-
1 ſcriptionem. Iac. Butr.† in glo. 2. ibi, tu dic tertio hęc uera. Con-
b clude *b* ergo. ꝙ vbi debetur aliquod annum ex cõtractu dies ceſ
ſionis incipit aduerſus omnes prȩſcriptiones in futurum fien-
das, & ſufficit una pręſcriptio, quia unica eſt obligatio, & vnicũ
obli-

ADDITIONES.

a Intellige. Vide quæ dixi poſt Inno. in l. quæ dotis, ff. ſol. matr. & Bar. in l. ſi prius, in prin. ff. de aqua plu. arcen. & per Ioan. And. in reg. plus ſemper, de reg. iur. i mercu.
b Conclude. Vide Ang. in l. Stichum, §. ſi ſtipulatio, ubi limitat hoc no. ff. de uerbo. obligat.

obligationis ius,licet p̄ſtationes ſint diuerſæ, & iō ſufficit vna p̄-
ſcriptio,quæ principaliter ordinatur ad extinctionē iuris, & ꝯ̃ p̄-
ſcriptionē.In vltimis vero volūtatibus ſunt tot p̄ſtationes,quot
ſunt diurnę,vel menſtruę,ſeu annuę:& iō totidem præſcriptio-
nes requiruntur. Vltra.vero indiſtincte tenent ēt in ꝯ̃ctib.requi-
ri plures p̄ſcriptiones.Bar.tenet ēt gl. & bene, ꝙ licet in vltimis
voluntatib.legatum vnum,& præſtationes diuerſę ſint, ꝙ ſuffi-
cit vna præſcrip.ar.s̄.quando di.le.ced.l.ex his verbis.facit.s̄.de
fideicomm.l.j.per Bar.in l.ſi prius,§.j.ff.de aqua plu.arcen.

LEX VIII.

1 *Donatio dicitur contractus.*
2 *Poſſidens cum titulo,& bona fide,præſcribit hypothecam 40.anno.ſpatio*
3 *Præſcriptio dominium non quærit,niſi utile præſcribenti.*
4 *Præſcriptio ſecunda ius primi præſcribentis dicitur.*

Si quis emptionis. Præſcriptio 10.vel 20.ann. cū
ti.dat actionē,vel exceptionē
ꝯ̃ omnes. ſed pręſcriptio longiſſimi tp̄is abſque titulo cū bona
fide,dat actionem ꝯ̃ omnes excepto dn̄o, exceptionem vero cō
tra vniuerſos:præſcriptio vero longiſſimi tp̄is cum mala fide p̄-
ſcribenti ſolum ius excipiendi tribuit, non agendi , niſi in duob.
caſibus expreſſis.primo,ſi poſſeſſio, per vim ablata præſcribenti
fuerit per dn̄m:ſecundo,ſi ablata fuerit, quia contumax in iudi
cio non reſpondit.nam purgata contumacia intra annum recu-
perat poſſeſſionem , & ꝯ̃ præſcriptionem annuarum vſurarum
præſcriptio incipit currere ex die ceſſationis.h.d.in terminis , &
in ſumma uſque ad fi.in tex.ibi,vel donationis, ſumit hic gl. ar.
a ꝙ donatio eſt ꝯ̃ctus.*a* † & iō ſi minor promittit, vel donat,& iu-
1 rat nō venire ꝯ̃ eam,non debet audiri,qa ēt in donatione, auth.
b ſacramenta *b* puerum.s̄.ſi aduer.vend.habet locum.† in tex. ibi,
per decem,vel viginti annos,loquitur de extraneo poſſidēte cū
titulo , & bona fide , quia præſcribit hypothecam quadraginta
ann.ſpatio inter præſentes,& viginti inter abſentes,vt hic:ſed ſi-
ne titulo præſcribit ſpatio ann.triginta,vt s̄.eo.l. cum notiſſimi.
vt hic vidiſtis.in prin.l.debitor aūt præſcribit anno.quadraginta
ſpatio, & eodē mō creditor aduerſus creditorē præſcribit debi-
tore primo uiuente,vel hærede eius, ut vidiſtis s̄. l. proxim.§. il-
3 lud.† In gl.in uer.exceptionem. ibi no. pro Bulg.hæc vera, quia
p̄ſcriptio non quærit dominium , niſi ſolum utile præſcribenti.
quod apparet,quia pręſcribenti utilis in rem datur,ut l.1.in fi. ff.
de aqua plu.arcen.ibi habes caſum, & quia ſibi ſimiliter abſor-
ptum eſſet ius directi dominij, tn̄ præſcriptione completa cōtra
poſſeſſorem tertium, non competeret domino ꝯ̃ quem pręſcri
ptum eſt ius agendi,quod eſt falſum,vt infr.ead.l.in uer. ſi vero
nullum.hoc ēt tenet gl.ſequens,& bene. idem tenent vbiq; cō-
muniter Doct.s̄.de bon.mater.auth.niſi,hoc in pręſcr. lon. tēp.
uel longiſſimi: ſed in vſucapione triennij ſequitur directum do
minium,ut l.traditionibus,ſup.de pac.nam fauorabiles ſunt , &
4 merę,vnde non mirum.† in ea.gl.non ſolum.ibi , ſecundus pręſ-
ſcriptor.dic,& bene:quia per ſecundam pręſcriptionem ex toto
extinguitur ius primi pręſcribentis.

ADDITIONES.

a Donatio eſt cōtractus.Hoc eſt uerū in donatione ſimplici,quæ eſt contractus no
minatus,ut plene notaui in apoſt.ad 11. ū in l.ſi ut proponis,nu.8.verſ.quæro vtrū
donatio ſimplex.ſup.de do.ob cau.& ibi poſui in apoſt.ad B rto.in uerſ.donatio.
b Auth.ſacramenta.Et ibi not.idem pal.

---

1 *Sententia lata in fauorem pręſcribentis dominium utile,non prodeſt poſſeſ-
ſori nouo non habenti cauſam a vincente.*
2 *Vendens rem,omne ius vendere dicitur.*

§.Quod ſi quis. Hęc eſt ſecūda pars principalis hu
ius legis, in qua loqtur de pręſcri-
bente ſp tio longi tp̄is bona fide , & malo poſſeſſore.h.d. & ip-
ſam declara,vt inf.patebit.in tex. ibi,ſimili poſſit vti pręſidio.hic
iunge uer.ita tamen prox. & inferetur verus intellectus ſm̄ glo.
Iac.But.& Bar.& legentes moderni tp̄is, licet Vltramōtani Mo
dernis contradicant,& male.& Pet.& Iac.de Are.quib.adhęret
Cy.vnde conclude,ꝙ aut quis poſſedit cum titu.& bona fide,&
pręſcripſit inter pręſentes,& abſentes , & tunc aduerſus vniuer-
ſos,nullo excepto,hēt ius excipiendi,ſi conuenitur:hēt ēt ius uē
dicādi a quolibet poſſidente ēt a dn̄o olim,vt hac l.in princ. Aut
pręſcribit rem mala fide per tēpus longiſſimū , & tunc acquirit
ſibi ius excipiendis ꝯ̃ vniuerſos,ius agēdi ꝯ̃ nullum, vt hic, & in
uerſi.ſi uero mala fide.& tunc ſm̄ oēs caueat hic diligenter, qui
longiſſimo tp̄e poſſedit, vt ſi articulum nō poteſt oſtendere , ne
a poſſeſſione cadat, quia difficile recuperabit eandem, ſi ꝯ̃ eum
fiat articulus,ꝙ mala fide poſſedit.ad quam probādū , uide Bar.
in l.Celſus.ff.de vſuc.Multę confluunt coniecturę,maxime ſi p
a baretur, *a* ꝙ habuit ſcientiam rei alienę.vt l.Fulcinius,§.quid ſit
aūt latitare,ff.quib.ex cau.in poſſ.ea. Et hęc , & alia Aduocatus
prudens poterit articulare.Si vero pręſcripſit bona fide , & lon-
giſſimo tempore.& ſine titulo;& tunc eſt opinio , quam hic gl.
tenent,& communiter oēs,ꝙ tali pręſcribenti paratur exceptio
ꝯ̃ oēs,& in hoc eſt dr̄ia.item paratur ius agendi rei vendi. ideſt ſi
militer ꝯ̃ oēs,vt hic,& in hoc ſimiliter eſt opinio, quia hic gloſſ.
dicit,ſaluo ꝯ̃ dominum dudū eiuſdem rei. Et in hoc eſt diuerſi-
tas,quia Placen.dicit ēt ꝯ̃ dominum dari reale iudicium p̄ſcribē
ti,& in hac opinione ſunt quidam moderni,ſed veritas eſt,ꝙ nō
datur.vt dicto verſ.ita tn̄,quod coniungere debes, vt dixi, & oīa
procedunt clare.In tex.ibi,indignus eod.præſidio rei vend.cōtra
dn̄m,vel ꝯ̃ eum qui rem hypothecatam habebat,ſed non eſt in-
1 dignus præſidio exceptionis per ea,quæ ſupra dixi. † In text. ibi,
non obſtante ei ſn̄ia.ergo lata ꝯ̃ habentem directum dominium
in fauorem pręſcribentis vtile,non prodeſt poſſeſſori nouo non
habenti cām a vincente, niſi ipſe nouus poſſeſſor de nouo p̄ſcri-
pſerit,vt hic habes. In gl.ſupple.& poſſeſſionē.not. bene, an vlti-
mus poſſeſſor malæfidei poſſit vti acceſſione poſſeſſionis . In ea.
b gl.ibi,reſpon.ſic,quaſi omne ius,*b* &c. † No.bene,ꝙ ille,qui ven
2 dit rem, intelligitur vendere omne ius, quod habet in ea, vt l.q
tabernas,hic alle.Et intellige,vt illud ius tranſeat in tempore,ꝙ
non ad illud ſolum ſit obligatus , immo ad totam rem , ex quo
ſimpliciter eam vendidit, vt no.inf.ſi res pig.dat.ſit l.1. & ibi di-
cam,& no.in d.l.qui tabernas.

ADDITIONES.

a Si probaretur.In contrarium facit quod no.Bal.poſt glo.in l.nec creditores,ſup.de
pig.act.per eundem Bal.in l. Celſus,cum materia,ff.de vſuc.tex.eſt in c.fin.,ext.de
præſc.& alle.tex.34.q.2.c.ſi vir qui nihil facit.
b Omne ius. Vide Bal.in l.1.ſup.qui te.fa.poſ.& eundem Bal.per illum tex.in l.2.in-
fra de remiſſ.pig.& l.ex prædijs,vbi omnino vide inf.de euictio.& ſup. in rubr.de
contrah.emp.in 6.q.& ibi quid in donante,permutante,& legante.

---

1 *Spoliatus dominium vtile habet, ſi illud per præſcriptionem conſecutus
fuerit.*

§.Sed hęc ſuper illis. Hic text. eſt ſingularis
& non eſt alibi in iure .
Agenti petitorio noīe non obſt.exceptio dominij,qn̄ agens agit
1 ꝯ̃ ſpoliantem.h.d. † Not.hic bene , ꝙ ſpoliatus habet dominium
vtile, ſi illud conſequutus fuerit per præſcriptionem longiſſimi
temporis mala fide ; vnde ſi a poſſeſſione cecidiſſet aliter quam
per violentiam,poſſeſſor poſſet obijcere ſibi ꝙ dominus erat di-
rectus,& excludebat eum,& quia per violentiā occupauit,clau-
ditur ſibi via excipiendi de iure ſui dominij , & non habes alibi.
vbi autem conueniretur poſſeſſorio recuperandæ , iſtud eſt vul-
gare,ꝙ agenti tali poſſeſſorio non ob.exceptio dominij, vt infra
a ad leg.Iul.de ui.l.ſi quis *a* ad ſe fundum.cum ſim.quod intelligo
quando poſſeſſor cōuenitur tanquā poſſeſſor violentus , *b* ſecus
b ſi tanq̄ clandeſtinus , & ſic poſſeſſorio recuperandę ex ea parte,
quod clā agenti obijcio,obſtabit exceptio dn̄ij poſſidentis, caſū
habes ſingularem,& non eſt alibi,in l.ſi de eo, §.fin. ff.de acquir.
poſſ.& iſta duo iunge ad ea, quæ dixi in d.l. ſi quis ad ſe fundū.

ADDITIONES.

a L.ſi quis.Et ibi vide Bar.circa §.iſtum.
b Violentus.Ad reg.ſpoliatus,&c.vide Bal.in l.vitia.ſup.de acqu.poſſ.& dixi plene
poſt Bar.in l.naturaliter,§.nihil commune,ff.de acq. poſſ.not.,Dyn.in c.qui ada-
gendum,de reg.iu.in 6.

---

1 *Poſſeſſio res ſequeſtratæ non acquiritur.*
2 *Anni lapſus in poſſeſſione reali,eſt loco ſecundi decreti.*
3 *Spoliatus poſſeſſione authoritate iudicis propter eius contumaciam, purgā
do contumaciam in tempus debitum,poſſeſſionem recuperat .*

§.Sed & ſi quis. Hæc eſt tertia pars huius legis , &
1 eſt multum clare . † Et ego ultra
a alios quæro ſuper ea, an rei *a* ſequeſtratę acquirat poſſeſſio poſt
annum,ſicut acquiritur miſſio in reali,ſm̄ omnes ? Inn.dicit nō
reperiri lege cautum,de do.& contu. c.2. dic ut ibi. Ibi, eandem
rem recipere . Hoc verum, ſi ipſe poſſidebat, ſed actor, qui age-
bat forſan confeſſoria,in rei contumacia ſibi ſuccurſum eſt , ut
reus caueat de non impediendo ſeruitutis uſum.Etenim uenien-
ti non remittitur dicta cautio,ſm̄ Bar.de oper.nou.nun.l.ſi prius
in 6.ꝯ̃rio.& hoc ipſemet tenuit prima fronte,ſed poſtea determi
nauit ꝯ̃rium in 9.ꝯ̃rio,& eſt verū etiā vbi ſit latitans,quia nō pri-
uatur,quominus reuertēs poſſeſſionem recuperet,moram pur-
gādo. Et intra quantū tp̄s iſte,ꝯ̃ quem eſt miſſio facta, audiatur
de poſſeſſione vel ꝓprietate. glo.tangit hic ut dixi in l. conſenta-
neum.j.qūo & qn̄ iudex.ubi gl.ēt melius ponit in l.2.s̄.vbi,in rē
b actio.In gl.2.huius §.ibi.Item quid in hypothecaria.*b* ꝯ̃ iſtam gl.
decidit alia in l.3.in fi.ff.acq.poſſ.& ibi dixi,ꝙ qui mittitur in poſ
ſeſſionem hypothecæ , habeatur ac ſi fuiſſet miſſus in reali , hoc
declara plene,ut no.Cyn.in l.cum proponas , inf.de bon. autho.
2 iud.poſſ.& ibi dixi. † Et ultimo circa hunc articulum dic , quod
c in reali *c* lapſus anni eſt loco ſecundi decreti , ſecundum Innoc.
ſiue iuſtus immitti fuerit miſſus,ſiue non potuerit intrare dolo,
vel potentia aduerſarij.de do.& contu.c.contingit,in fin.& cla-
rius in c.1.de eo,qui mit.in poſſeſſ.cau.rei ſeruan.circa fin. in gl.
ibi. Quando debent ſolui uſuræ,& quando penſio;ſoluit hic Ia-
cob. Butri. ſed tu decide ſecundum ſententiam Azon. in Sum-
ma

ADDITIONES.

a An rei.Facit ad no.in l.naturaliter,§.nihil commune,ff.de acq. poſ.
b Hypothecaria.Vide Bar.in l.3.§.fi.hic alle.
c In reali.Vide Bar.in d.l.ſi finita,§.Iul.ſup.de dam.inf. & Bal.in auth. ei qui inf.de
bo.autho.iud.poſſ.

ma huius tit.vt loquitur Cy.vbi dicit ſeruandũ,quod eſt actum
& ſi nõ apparet de actu,dicit ꝙ obſeruet̃ mos regionis;& ſi non
apparet de more,debet ſolui in fi. & licet ante non poſſit cõpelli
ad ſoluendũ,tñ ante compelli põt,ſi ſoluere non vult, vt ibi per
3 eum.† Vltimo not.diligenter iſtum ver. ſed & ſi quis,ꝙ ſpolia-
tus poſſeſſione authoritate iudicis pp eius contumaciã purgan
do contumaciam in tps debitum, recuperat poſſeſſionem: non
obſt. ꝙ miſſus in ea incontinenti *a* velit probare de ſuo dñio, qđ
eſt mirum, & ſic patet ꝙ ſicut agenti poſſeſſorio recuperandę ꝯ̃
ſpoliantem per uim, non obſt. exceptio dñij, vt d.l.ſi quis ad ſe
fundum.ita nec volenti recuperare poſſeſſionem ſuam,quia ſpo
liatus eſſet authoritate Iudicis pp ſuam contumaciam,purgan-
b do eam, & in iure non inuenies ita *b* clare.nec mirum, qa iſta
eſt conſtitutio noua Iuſtiniani,licet in fin.habes, quod cõtumax
purgando contumaciam poſſeſſionem recuperet.Sed an obſtat
ſibi exceptio dñij,non habes expeditum niſi hic,&c.

ADDITIONES.

a Incotinenti. No.ad limitationem eorum quæ no.Barto. in l.1.in prin.inf.ſi de mo.
poſſ.fue.app.& vide Ant.de But.in c.quoniam frequẽter,§.in alijs,extra,ut li.non
conte.& quod no.Bal.in rub.in fi. ſi ex fal.inſtrumenta in ver. amplius.
b Ita. In hypothecaria ſecus,ſm Bar.in l.3.§.fi.in fin.& ibi Doct. ff.de acq.poſſ. ſed
forte idem tenet etiam in alio reo, quando incontinenti valet probare,per no.ibi
per Bar & alios, nec tex. hic contra dicit.

LEX IX.

1 *Litis conteſtato non perpetuat officium iudicis.*
2 *Iuriſdictio perpetuatur annis quadraginta pec ſimplicem citationem.*

Sæpe. Actio ẽt tpalis perpetua efficitur,& in an. 40. ppe
tuatur.h.d.Intellige per lit.cõteſt.nec alio mõ:nec
1 per interruptionem ciuilem, nec naturalem.† In gloſſ.2.ibi,ſed
nos dicimus dic,& bene concludendo.ergo ſm gl.lit.conteſt.fa
cta ſuper officio iudicis,per quod petitur reſtõ in integ.non per
petuat illud officium, ut ſic perempta inſtantia de nouo poſſit
inchoari:quia ad illud inchoandũ, & determinandum p̃fixa eſt
meta quadriennij continui loco anni vtilis olim ſtatuti,vt l. ſu-
peruacuam. ſup.de in integ.reſt.per reſtõnẽ vero ꝯceſſam actio
antiqua conceſſa perempta appellatur reſciſſoria,ſi in iudicium
deducitur per conteſtationẽ.vnde ꝑpetuatur in ann.40.ex regu
la huius legis.In gl.fi.ibi,§.Imo,in fi.hoc falſum,ut ibi dixi: quia
c nec interruptio *a* naturalis,nec aliqua alia(excepta illa quæ fit ꝑ
conteſtationem) perpetuatur in 40.annor. ſed ſolum in tm̃ tps,
2 quantum durare ſolet a princ.ſm ſui naturam. † Vltimo ſcias,
ꝙ per ſimplicem citationem vr̃ perpetuari iuriſdictio in annos
40.& actio,de quo in c.gratum,de off.deleg.& in c.relatum.eo.
tit.no.Doct.in l.& quia,de iuriſd.omn.iud.

ADDITIO.

a Interrupto.vide Bar.in l.ſicut.ſup.eo.quid ſi uolo proſequi litem,an habeat locum
ista l.vide Ro.in l.1.ff.de eo per quam fa.erit.

De annali exceptione,& de diuerſis excep.&c. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Exceptio annalis contractus Italici reprobatur.*
2 *Actiones familiæ erciſcundæ furti, & vi bon raptorum,dicuntur mixtæ.*
3 *Actio perſonalis quod annis finitur.*
4 *Præſcriptio non currit contra publicas functiones.*
5 *Eccleſia contra libertatem hominis non præſcribit per centum annor.et 6.*
7 *Actiones perſonales quanto tempore præſcribuntur.*
8 *Præſcriptio contra inferiorem eccleſiam currit.*
9 *Præſcriptio longiſſimi tpis contra habentẽ cãm ab eccleſia,currere poteſt.*
10 *Res,quę non ſunt in commertio noſtro,vllo tpe pręſcribi non poſſunt.*
11 *Res debent ſemper manere in communione.*
12 *Societati renunciare,an liceat.*
13 *Negatiuo uerbo interdum pręſcribitur.*
14 *Pignoratitia oriri non poteſt,niſi ſoluto debito.*

a Super. *a* Per hanc legem tollitur annalis exceptio q̃
ꝯ̃ actiones natas ex Italio ꝯ̃ctu erat introducta
& non valenti agere ꝑpter impedimentum iuris non
currit p̃ſcriptio.& actionum perſonaliũ rl̃r uita eſt 30.an.
h.d.tota iſta lex,quæ eſt bona, & eſt noua cõſtitutio. In text.ibi,
cum itaque nobis alię tpales exceptiones, vel præſcriptiones.
1 †Nota.bene, quia hic ſolum reprobatur annalis exceptio ꝯ̃ctus
Italici:omnes autem aliæ exceptiones, & præſcriptiones legiti-
mę ꝑ alias ll.introductæ,firmæ manent, & vt legitimæ cõfirmã
tur.Sequit̃ ver.ad hęc hic Imperator cõſtituit non ſolum,ſed re
nouat conſtituta,vt gl.dicit,& bene.Ibi,iubemus omnes perſo-
nales actiones.hic incipit generale ſtatutũ ſuper vita actionum
perſonalium.Ibi, ſola hypothecaria.contra debitorem, & eius
hæredem immittendum,& contra alium creditorem dum đbi
tor uiuit,vt l.cum notiſſimi.ſup.tit.1. alias tollitur quãdoque x.
2 q̃nq;20.q̃nq;30.annis & ibi dixi.Ibi,actio fami.erc. † Not.quod
iſtæ tres actiones ſunt mixtæ, & tamen earum uita non eſt niſi
anno.30.ſimiliter actio furti, & vi bono.rapto.& ultra non du-
rant.videbatur contra,cum ex delicto naſcantur. Ibi, & ſemel
nata eſt.glo.dicit,quod eſt figura,quæ appellatur hiſteron prote
ron.i.conuerſio ordinis: nã non debuit pręponere verbũ verbo
3 nata eſt,ſed ꝯ̃.Sequitur poſt memoratum tempus finiri.† Nota,
ꝙ actio perſonalis finitur ann.30.& iõ in l.ſicut.ſup.de p̃ſcri. 30.
anno.dicit,ꝙ viuendi vlterius non habet facultatem: quia ergo
actio eſt finita, extinctus eſt effectus naturalis, & ciuilis obliga-
tionis, adeo ꝙ nec in compenſationem induci põt quod debeba
tur,nec ſolutum per errorem repeti poteſt tanq̃ indebitum,vt in
l.fi.ff.rem ra.hab.dixi in d.l.ſicut.Sequitur verſic.exceptis.not.ꝙ
dicit exceptis infra dicit qñ lit.conteſt.facta eſt,& ſic videtur in-
nuere, ꝙ ſolum per lit. conteſta. actio perſonalis prorogãtur in
anno 40. ſed certe per naturalem interpretationem non fit cadẽ
prorogatio.Exemplum,ſi creditor,ꝯ̃ quem præſcribebatur, rem
debitoris obligatam detinuit,vt l.cum notiſſimi, §. imo, & §.il-
lud,& ibi dixi.nec obſt.iſte tex.quia licet dicat,oẽs actiones per-
ſonales prorogari in 40.ann.per lit.conteſt.non propterea tollit,
ꝙ non ſit alius modus perpetuandi in 40.gl. tamen ſentire vr̃, ꝙ
ſolum lit.conteſt.hoc inducat,vt l.cum notiſſimi,in princip.ver.
ſolam.ſed ad ciuilem interruptionem ſe refert, & ſic non obſt.
In glo.ſuper verbo,40.anno.ibi,ſup.tit.j.l.fi.dic,illa lex nihil dicit
niſi eo caſu. quo præſcriptio fuit interrupta per conte. qui caſus
4 ẽt ponitur hic in verbo,excep.†In ea.glo. ibi,& l.comperit.male
dicit,ꝙ in d.l.currat præſcr.40.ann.imo nulla currit,qm̃ ꝯ̃ publi-
cas functiones nulla currit p̃ſcriptio,ſaluo,& reſeruato niſi,& ſu
per hoc habuerit imperiale reſcriptum ſolemniter celebratum,
5 vt ibi no.†In ead.glo.ibi.l.fi. vbi dicit glo. ꝙ eccleſia per centum
annos non præſcribit ꝯ̃ libertatem hoĩs.Alibi dicit,ẽt,ꝙ nec per
curſum annorum mille,in l.2.de inge.man.& ille modus loquẽ
6 di non eſt alibi.Sequitur in glo.l.viam publicam.j.eo.†In glo.in
in verbo pro ſocio ponitur rõ,quia libero arbitrio non præſcri-
b bitur, *b* & tene menti.& rõ eſt, quia illa libertas in actum dedu-
cta,nec proprie producit ius agendi, vt dixi in l. cum notiſſimi,
circa prin.in gl.quæ incipit, quid ergo ſi debitor.ſunt, & alij ca-
ſus in quibus nulla præſcriptio currit,quos gl.enumerat per or
dinem in l.fi.inf.de fun.limit.lib.11. & non oẽs illos caſus, quia
c verum dicunt. Attende, quia *c* ſi in aliqua noua. l. inuenis hæc
verba,nulla præſcriptione obſtante, hæc præſcriptio centenaria
curreret, ſicut,& Peruſij in inſtr̃is dotalib.contra quę nulla præ
ſcriptio currit: dico ꝙ nihilominus præſcriptio cẽtenaria finiet
actionem.Hoc tenet glo.in Auth.vt de cętero non fi.con.colla.
5.§.decreto.Nam omne, quod ſub mũdi machina gubernatur
renouatur in centum annis, ꝙ eſt longiſſimum tps vitę hoĩum,
vt l.an vſusfructus,ff.de vſufr.& l.fi.ſup.de ſacroſ.eccl.tene men
ti,quia cõtinget de facto tibi.In ea.glo.in verſic. ſed quid.ibi,ſed
d argu.*d* contra.dic,ꝙ hæc opinio vera eſt, quia nunquam põt pe
ti beneficium reſt.in integ. ex aliqua cã ad lucrum percipiendũ
ex aliena iactura,vt l.ſi is,qui,ff.de fur.& l. ſciendum. ex quibus
cau.ma.hic alle.Fallit ſolum,cum agitur ꝯ̃ violentum.dic,ꝙ mo
dici dies ſupererant ad præſcribendum· Exemplum: vt ſi eieci
Titium de fundo,qui præſribebat eum:nam teneor ſibi ad inte-
reſſe,in quo uerſatur ẽt lucrum præſcriptionis, quod eſt amiſſũ
per interruptionem.ſi modici dies ſupererant.vt no.glo.ſing. in
e l.j. §. rectiſſime, *e* ff.de vi, & vi arma.Caue tibi tñ ab hac gl.quia
verum eſt,ꝙ qui perdidit poſſeſſionem per inundationem aqua
rum.non reſtituitur ad lucrum præſcriptionis, ſeu ex p̃ſcriptio
f ne inſurgens,ſed debet bene reſtitui ad poſſeſſionem *f* ſecundu
7 Iac.But.†Vltimo conclude, ꝙ regularis ita actionum perſona-
lium eſt ann.30.vt hic,& ſup.tit.1.l.fi.& in l.ſicut. & vbicunque
inuenies tps prolixius,dicas ꝙ eſt ſpeciale, ſimiliter vbi inuenies
nullam præſcriptionem obſtare,ſimiliter dicas,ꝙ eſt ſpãle: quã-
do autem nulla obſtat præſcriptio,ponit gl.in d.l.fi. de fun.limi.
dic, ut in ea,quia enumerat caſus ꝯ̃ Romanam eccleſiam:non
enim pręſcribitur niſi ſpatio centum anno.vt in auth.quas actio
nes:& eadem prærogatiua vr̃ hodie gaudere imperium,ut not.
glo.in Auth.de nõ alien.§.finimus.& incipit,differunt enim.ſed
g ante illum.§.Imperium *g* noluit tanti temporis prærogatiua læ-
tari, & ideo contra fiſcum erat inducta præſcriptio 40. annor.
in rebus incorporatis in eum, vt Inſtit.de vſucapio.§. res fiſci.In
non

ADDITIONES.

a Super.Declara has conſtitutiones antiquas hic in tex.relatas,ut per Bal.in l.1. cir-
ca prin.ſup.de vſuc.transfor.
b Præſcribitur.Vide Io.And.in c.non eſt,de conſue.in 6. & ideo dict Barto. in l.pe-
tens. ſup. de pact. quod iuri declarandi uoluntatem nunquam præſcribitur. dicit
etiam ibi,quod ſtipulationi non liquidæ nunquam præſcrip.uide infr.prox. Addi
Ang.conſi 55.inci.Guil.& Fran.& Gerar.de Petra ſancta ſing.27.inci.liber. arbi.
non præſcribitur.vbi refert iſtum in l.petens,ſup.de pact.inferen. quod iuri decla
randi uoluntatem non præſcribitur etiam mille annis.
c Attende quia.Vide Bald.in l.1. ſupra ne rei do.uel temp.& quæ ibi dixi, & quod
no.Bar.in l.cum ſatis,inf.de agrico.& cenſi.lib.11.& quæ ibi dixi poſt Bar. in l.1.
de uſucap.
d Sed agumen.Dic,quod idem tenet Bar.hic,& vide Bar.in l.qui fundum,§.qui bo
na,ff.de uſucap.pro empt.
e §.Rectiſſime.Imo eſt in §.qui autem vt deiectus.in uer.habiturus.
f Poſſeſſionem.Vide gloſſ.& Docto.in l.3.§.Labeo,ff.de acquir.poſſeſſ.
g Imperium.Vide Bal.in l.2.ſupra commu.de uſuc.& in l.ſicut.ſupra tit.1.

non corporatis aũt demum ſufficiebat præſcriptio ann. 30. ma-
xime concurrentibus tit. & bona fide, in ipſis aũt nũciatis ſuffi-
ciebat p̄ſcriptio quadriennalis, vt in l.inter quatuor, de diuer. &
tẽp.p̄ſcr. vbi punctus ille examinatur: & forſan eodem mõ fuit ꝯ
tentus Cæſar in reb.ſuis, arg.l.fi.ſup.de quad.p̄ſcr. licet in caſu l.j.
ſup.ne rei dominicę vel templo.voluerit Cæſar nullam præſcri-
ptionẽ ſibi currere, quod tenuit Iac.But.& male, & in l.1.ſup.cõ
8 mu.de vſuca.† Contra inferiorẽ vero eccleſiam, vel alium pium
locũ, currit præſcriptio in reb.immobilib. 40.ann. in mobili ve-
ro uſucapio triennij in ſuo robore manet, & etiam uſucapio lon
gi tp̄is, qñ eccleſia non habebat niſi ſolam Publicianã, ſecundũ
9 Dy.& Bar.in l.ſi finita, §.ſi qua ſint iura, ff.de dam.inf. † Item ca-
ue, quia licet ꝯ Romanam eccleſiam non præſcribatur, niſi ſpa-
tio centum ann. tñ ſi eccleſia Romana conceſſit alicui Comiti,
uel Baroni iuriſdictionem, vel imperium in aliqua Ciuitate, Ca-
ſtro, uel loco, ꝯ ipſum habentem cãm ab eccleſia, bene p̄ſcribit
tp̄e longiſſimo.tex.eſt in l.cum ſponſus, §.in uectigalib.ff.de Pu-
bli.quod eſt menti tenendum. Contra ciuitatem uero ſufficit lõ
giſſima pręſcriptio, licet Placen. dixerit, ꝙ requiruntur centum
anni, ut in eccleſia Romana: & male, ſ͠m Ioan.& Pileum, ut no.
in d.auth.quas actiones. Fundus aũt dotalis (donec dotalis eſt)
non uſucapitur ullo tp̄e, ſaluo niſi fuiſſet uſucapio initiata anteq̃
fieret dotalis, ut in l.ſi fundus, ff.de fun. dot. ſimiliter nec res pu-
pilli, dum durat pupillaris ætas in l.j.§.rectiſſime, ff.de ui, & ui ar-
ma.niſi cępiſſet uſucapio a maiore: quia tunc continuatur in eũ,
licet poſſet reſtitui, ut l.Aemilius, ff.de mino.præſcript.uero lon-
giſſimi temp.licet cęperit a maiore dormit: ut l.ſicut, ſup. titu.j.
10 † Conclude etiam ultimo, ꝙ res, quæ non ſunt in noſtro cõmer-
mercio, non pręſcribuntur ullo tp̄e, ut l.uſucapionem, ff.de uſu-
cap.& ꝙ fiſcus ſit tutus quadriennali præſcriptione, unde nõ po
teſt inquietari ea rone, quia rem alienam diſtraxit, ut l.j.ff.de qua
drien.præſcr.in uim autem priuilegij põt eccleſiæ inferiori con-
cedi, ꝙ ſola ann.centum currat præſcrip.ſed non, ꝙ nulla currat,
11 de quo Dy.& Bar.in d.auth.quas actiones. † In gl. ſuper uerbo,
cõi diui.ibi, ut non poſſit impetrare, diuiſionem hanc approbat
Iac.But.& dicit, ꝙ reſultãt mirabilia, & ꝙ ſemper remanebit in
a cõione, & hoc eſt utile ſcire pro conſortibus, *a* qui longiſſimis
temporib.ſteterunt in cõione domorum, clauſtrorũ, & platearũ
ut neuter ipſorum conſortum poſſit ad diuiſionem prouocari,
& ſic pręſcribitur huic potentię, ſicut præſcribitur iuri offeren-
di.quidam tamen tenẽt oppoſitum, de quibus hic uide per Cy.
12 † In gl.ſup uerbo, pro ſocio, ibi, durãte ſocietate, *b* hic uidebatur
b contrarium per id, quod ſequitur, quia in ptãte cuiuslibet ſocio
rum erat renunciare ſocietati: unde aduerſus illam potentiam
videbatur pręſcriptum, ſicut aduerſus potentiam iuris offeren-
di, & ſic aduerſus potentiã petendi rei cõis diuiſionem, ut ſupra
gl.prox.ſed iſtis obiectionibus gl.reſpondet, & bene, & hoc eſt,
quod ſequitur, An autem imputetur, &c. In ead.gl.ibi, & plene
c diximus ſupra de uſufru.l.corruptionem. *c* ubi ponitur ueritas,
ideſt ꝙ pro ſeruitute conſtituenda competit actio perſonalis ex
teſtamento, uel alia, unde illi non præſcribitur tempore 20. ann.
ex regula huius legis, ſed actio confeſſoria, quę competit ꝓ ſerui
tute conſtituta, illa ſoluitur anno.10. inter præſentes, & 20.inter
abſentes ſeruitus eſt amiſſa: perditur autem dicto tempore, qa
cum per ipſum non uti poſſit, & habeat cauſam continuam, &
ibi eſſet ſeruitus interpellata, requiritur tempus duplicatum nõ
13 tranſcendens ann.30.ut l.fi.ſup.de ſeru.† In ea.gl. ibi, uel aliter,
dicũt quidam hæc uera, & loquor clarius quam glo.quia inter-
dũ præſcribitur uerbo negatiuo, ut qñ opus nouũ nunciatur; &
non pręſcribitur minori tempore 30.ann.nam ſi prohibui te æ-
dificare, incontinenti nata eſt negatoria contra me illo tunc eſt
prohibitũ, & tunc incipit præſcriptionis curſus, nec curatur qc-
quam de alijs prohibitionibus: ſed ſi uolo præſcribere per indire
ctũ præſcribendo ſeruitutem ꝯ domũ tuam. tunc ſi talis ſerui-
tus habuit cauſam continuam, præſcribitur lon.temp. alias tãto
tempore, cuius initij memoria non extat, ut l.ſerui, ff de ſeruit.
tit.gñali, & ita limitat & declarat hanc glo.Iac.But.& dicit uerũ.
14 † In ea.glo.& hoc de iure.de effectu etiã prius tollit.decidit ergo
d hæc glo.ꝙ pignoratitia *d* non orit̃ niſi debito ſoluto, uel aliter ſa
tiſfacto, ſed per curſum longiſſimi tẽporis impeditur eius natiui
tas: ideo in effectu currit, & antequã naſcatur, quod eſt no. cur-
rit autem in effectu, quia præſcribitur iuri offerendi, ut gl. dicit.

ADDITIONES.

a Conſortibus. Vide Bal. hic contra, & in l.fi.ſup.communi diui.& in l.fi.ſup.fin.re. & inf.in uerſ.in eadem.& uide gl. in l.1.ff.fam. erciſc. & Rayn. hic, qui defendit opi.gl.& Io.And.in addi.Spec.in tit.de iud.§.ſequitur.

b Societate. Dicit Bal.in l.1.ſup.ut act.ab hær.& contra hæred. quod oritur demum finita ſocietate, & eſt gl.in l.ſicut, ſup.de act.& oblig.& plene in l.tamdiu, ſup.pro ſocio, & uide no.per Imo.in §.ſequens inſt.de act.

c Corruptionem. Vide ibi Bar.& Doct.ubi aliter uidentur tenere.

d Pignoratitia. Vide Bar.in l.ſi rem, la 1.§.omnis, ff.de pign.act.ſed an ſublata pigno. poſſit tentari rei ven.vide Ang.& Imo.in l.pignori, ff.de vſucap. Mod.in §. actionum, Inſt.de actio.

1 *Præſcriptio impedito agere regulariter non currit.*

§.Nec autem. Hunc §.intelligit Ia. But.qñ pater ac
ceptauit vſumfructum: tunc.n.perti-
net ius excipiendi ad patrem, & iõ filio non currit pręſcriptio, vt
a hic.ſed ſi pater *a* remiſiſſet, tunc filius habet ius adminiſtrandi,
& præſcribendi contra eum in poteſtate, vt l.1.ex quib. cau.ma.
2.reſp.ff.de iud.l.ſi lõgius, in prin. In tex.ibi, niſi ex quo actionem
1 mouere potuerunt.† No. ꝙ *b* impedito agere totaliter non cur-
b rit præſcriptio: ſed ſi poſſet agere, tñ non cõmode, currit præſcri-
ptio, ſed habet locum reſtõ.exemplum in l. Senatuſconſulto, ff.
de offi. Præſi. vbi eſt bona gl.quæ ita declarat hunc tex. & hoc ve
rum, qñ quis impeditur de iure; impedimentum aũt facti nõ cu
ratur, ſed hẽt locum reſtitutio, vt l.& Atticilinius, ff.de ſerui.ruſt.
prædio.impedimentum aũt contingens in perſona ipſius pręſcri
bentis, non cauſat reſtitutionem in integrum, quæ non datur ꝓ
lucro non percipiendo ſine aliena iactura, preterquã in caſu quẽ
dixi in l.1.ſup.eo.in prin.& tene menti: hic non ſunt alia.

ADDITIONES.

a Sed ſi pater. Idem tenet Bal.in auth.niſi tricennale.ſup.de bon.mat.adde quod tãtum iuri adeundi in aduentitijs currit præſcriptio filio in poteſtate, & etiã in termino ſtatuto ad inſinuandum.ſecundum Bal.in l.1.in prox.opp.ſup.qui admit.& probatur ibi in illa l.cum ibi no.per Bar. & Doct.

b No.quod impedimentum ſuperueniẽs poſt præſcriptionem inchoatam impediat curſum. vide plene in l.Senatuſc.ſupra alleg.& Cy.& Bar.in l.quoties, ſup.de preci. Impe.offe.& vide Bar.in l.naturaliter, ff.de vſucap.

LEX II.

1 *Hypothecaria, vel reali agere volens, notificare debet.*
2 *Libellus querimoniam cõtinens, Tabulariorum ſubſcriptionem hẽre debet.*
3 *Citatio ad domum, denunciari debeat.*
4 *Citandus ſi neſcitur vbi ſit, qualiter citari debeat.*
5 *Citatio legitime facta ad domum, reddit citatum contumacem.*
6 *Contumax etiam notorie citari debet.*
7 *Citatio tempus continere debet, alias citatum non arctat.*
8 *Citatus debet ſemper comparere, ſuum priuilegium allegaturus.*
9 *Delegatus non habens tribunal determinatum, debet ſemper exprimere locum iudicij in citatione.*
10 *Citationum expectatoriarum menſuræ approbatæ dicuntur arbitrariæ.*
11 *Citatio expectatoria, quando dicatur peremptoria.*
12 *Citatio plures terminos continere debet.*
13 *Partes non citatæ licentiam Iudici expediendi proceſſum dare poſſunt.*
14 *Citationis dies quandoque in termino computatur.*
15 *Citatio per iudicem admonentem fieri poteſt.*
16 *Nuncio ſe citaſſe aſſerenti, credendum eſt.*
17 *Contumacia contrahitur per citationem.*

Vt perfectius. Si poſſeſſor præſcribens cõueniri nõ
põt ꝑꝑ abſentiam, impotẽtiam, infan
tiam, vel furorem, poteſt fieri interruptio præſcriptionis per de-
nunciationẽ factam Præſidi, vel Epõ, aut defenſori loci, & vlti-
mo ad domiciliũ poſſeſſoris in forma hic tradita. h.d. vbi ꝯ poſ-
ſeſſorem non dẽt ordinari iudiciũ, ſed intentari iudicium pſona
le, non hẽt locũ hmõi cenſura, qđ tenuit Bar. Odof. autem tenet
4. §. condemnatum. ff. de re iudic & ad hic dicta uide Ant. de But. in c. 1. de iudi. &
Lu. Ro. in l. ſciendum, ff. de verbo. oblig. & not. Bald. in l. 1. ff. de cond. & demon. &
in d. l. 1. ff. de in ius voc.
g And. Bar. Sed Barb. dicit No. illū tex. ſing. ſecundū Bar. quod non tene citatio prin-
cipis, vt quis cedat titulū ſuæ poſſeſſionis & uide quod not. Bal. in l. cogi. ſu. de pe.
hær. & Ang. in l. in ſpāli, ff. de rei uend. & is cui incumbit onus probandi, oſtendat
iuſtitiam ſui tituli habes remiſſiones gl. in l. 2. C. quando & qui. quart. pars de lib.
10. & in c. 1. in uerſic. re quiſitis. de prohi. alie. feu. Bal. in l. 1. C. de conduct. & proc.
præd. lib. 12. in l. inſtrumenta, C. de fideicommiſ. & l. prætor ait. ff. de eden. gl. 100.
diſt. c. contra morem. gl. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. Imo. in c. ex inſinuatione, de procu.
Arch. in cap. ordinarii. de officio ordi. lib. 6. Spec. in titu. de emph. §. nunc aliqua,
ver. 141.
h Titulum. Quando quis cogat̄ dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, uide in l. cogi de pe-
ti. hæred. & quod dr̄ hic in vaſallo, uide Bal. in l. inſtrumenta, ſup. de fidei.
i Nuncium. Vide Bar. in tract. ad reprimen. in tit. per nuncium.
K Debet vſq; Vide l. geſta. inf. de re iudic. ubi limitat, niſi ſit abſens, & per Bart. in l.
cum ſententiam. inf. de ſenten. & interloc. omnium iudi. & hoc etiam de conſenſu
partium fieri non poſſet, ſecundum Bal. in l. teſtamenta, ſup. de teſt. & uide baldū
& Ang. in l. 1. ſup. de ſponſ. & quod not. dixi & Bar. in l. fin. §. 1. ſup. de iure delib.
Iac. But. in l. 1. ff. de offic. Conſu.
l Statuti. Et iō dicit Bal. in l. pen. ſup. de cōſtit. pec. quod ſi ſtatutū d̄t, quod cōtumax
habeatur pro confeſſo. intelligatur citatus tribus edictis, vel vno pro omnib. itē ad
hoc facit quod ſcripſi poſt Bar. in l. 1. de in ius voc. & uide Bal. auth. qui ſemel. inf.
e. & eſt gl. expreſſa in c. 1. de mili. vaſal. qui contumax. eſt, in verſic. tertiam. & ibi
Bald. & eſt gloſ. in Clementi. 1. de uita & honeſta. cler. & Bald. in authe. ſi omnes,
ſupra, ſi ut ſe ab hær. abſt. & iſtuc idem, quod hic, ponit Barto. in l. non ſunt lib. de
ſtatu hominum. & quod ibi dixi.
m In criminali. Vide Bar. in l. inter accuſatorem, ff. de publi. iudi.
n Item quæro. Non reperio Inn. ibi hoc dicere. tamen Rom. in l. ſi finita, §. iulianus,
ff. de damno infecto. ſequitur hoc. & credo quod Bald. hic voluit allegare Inno. in
c. ad petitionem, in gl. magna, ext. de accuſat.

LEX II.

1 *Sententia contra abſentem indefenſum lata, & a qua non eſt appellatum. an habeat remedium reſtitutionis in integrum.*
2 *Veritas & fictio ſunt contraria.*
3 *Natum, amplius naſci non poteſt.*
4 *Ignorans, qui non poteſt comparere, an ſit contumax.*
5 *Cognitio ſummaria in contradictorio iudicio non ſufficit.*
6 *Procuratoris contumacia vera non nocet domino ad appellandum.*
7 *Abſens procuratorem ad lites dimittere non tenetur.*
8 *Exiſtens in carcere procuratorum conſtituere poteſt.*
9 *Petere uerbum ſi ſuper admonitorijs eſt appoſitum, non requiritur litis cōteſtatio.*
10 *Sententia lata contra abſentem citatum legitime, valet.*
11 *Iudex dubitans propter intricationes probationum, iudicare tenetur.*
12 *Citationis ſcientia conſtare debet.*
13 *Ignorantiæ poſitio an ſit affirmatiua, vel negatiua.*
14 *Domicilium quoddam a iure conſtituitur, & quoddam ab homine.*
15 *Citari ad domum ſufficit poſt litem conteſtatam.*
16 *Citari omnes quorum intereſt, an ſit neceſſe.*
17 *Non citato ſola ſcientia quandoque præiudicat.*

a ABEO. Standum eſt ſententię *a* a qua non eſt appellatum,
licet ſit lata contra abſentem indefenſum, & igno-
1 rantem, ſolemniter tamen citatum. hoc dicit. † Oppo. & uide-
tur, quod imo habeat aliud remedium, ſcilicet reſtitutionis in
integrum, vt ff. de in integr. reſtit. leg. fina. Solu. concedo illud in
quibuſdam abſentijs, præterquam in voluntaria: ſed hic lo-
quitur in voluntaria, vt puta ſolatioſa, vel quæſtuoſa, ſicut eſt
cauſa mercantię, ut leg. 2. infra de exhiben. reis. cauſa autem ſtu-
diorrum

ADDITIO.

a And. Barb. Standum eſt ſententiæ. Tamen Sali. in le. 1. de condict. indeb. ff. loquitur
no. in iſto articulo. Dom. Ant. in ca. nouit. de iud. tenet, quod ſi pars non appellat,
licet ſententia ſit iniuſta, quod non poteſt uti remedio illius ca. uide Ang. in repe
tit. l. 1. de iudic. Bar. in l. Iulianus, ff. de cond. indeb. et Modernior. in l. 1. ff. de cond.
indeb.

a diorum, vel eundi *a* ad ſanctũ Iacobum & probabilis & fauora-
bilis: cã aũt legationis eſt cã probabilis, & neceſſaria. Si quis aũt
abeſt cã damnationis, vel pp metum ꝯmiſſi criminis, ut no. in l.
antepenul. ff. ex quibus cau. ma. vel relegationis; iſta abſentia eſt
neceſſaria, ſed, non fauorabilis, quę oĩa dic, ut not. in l. fin. & in l.
ſed & ſi per p̃torem, §. penul. ff. ex quib. cau. ma. Concluſio er-
go eſt, ꝙ hæc lex loquitur in appellatione, & in abſentia volun-
taria, cui nõ eſt attributum patrocinium reſtitutionis in integr.
ſed ſolum ius cõe appellandi & no. ꝙ qui non appellat, conſen-
b tit: *b* ſed iſte eſt fictus cõſenſus, ex quo oritur ficta obligatio na-
c turalis, non vi ſnĩæ, *c* ſed vi conſenſus, ſm Petr. & But. quod non
approbo, quia oĩa iudicia ſunt de iure ciuili, vt no. Inſt. de oblig.
in princ. & ius ciuile non parit obligationem naturalem, ſed ius
2 gentium, vt ff. de reg. iur. l. cum amplius, §. is natura debet. † Itẽ
veritas & fictio ſunt ꝯria, l. fin. ſ. de his, qui veniam ætatis impe-
tra. hoc probatur viua rõne, nam obligatio naturalis non oritur
ex conſenſu vnius, ſed ex conſenſu vtriuſq; patris: nam ſi vnus
conſentit hodie, alter ad decem dies: hic non eſt conſenſus, id
eſt ſimul ſenſus, ſed ĩteruallum decem dierum: & arguo ſic, aut
iſta obligatio dr̃ orriri tempore ſentẽtiæ. & hoc eſt falſum, quia
tunc non erat conſenſus: aut poſt finitum tp̃s appellandi, & hoc
falſum, quia iſte conſenſus non eſt ſimul ſenſus, ſed ſeparatus
tempore. Præterea conſenſus iſte concernit Iudicem, non cre-
3 ditorem. † Præterea, quod non eſt natum, nec naſci poteſt vnius
voluntate, ff. de neg. geſt. l. Pomponus. quare dicas, quod opinio
Pet. & ſequacium, eſt falſa, licet ergo qui ſciuit, & potuit appel-
lare, & non appellauit, videatur ſnĩæ adhibere conſenſum. hoc
intelligi de conſenſu confirmatorio, nõ diſpoſitorio, vt infra de
ſen. quæ ſine certe quanti. l. fin. in verbo, confirmaſti. Dic ꝙ imo
vr̃ conſentire in præiudicium ſuum, ſed illud præiudicium non
vr̃ ampliare, vt vltra naturã rei iudicate producat ipſum ad na-
4 turalem obgationem. † Oppo. ignorans *d* non põt comparere,
d ergo non eſt contumax, vt ĩ. de Tabula. l. gñali. lib. 10. ergo ſen-
tentia eſt nulla *ipſo* iure. Rñ. lex habet pro ſufficiẽti, quod ſit cita
tus ſolenniter, licet re vera non ſit cõtumax, nec eſſe poſſit igno
rans, vt l. perfectius ſup. de anna. excep. & l. 4. §. toties, ff. de dam
inf. & ideo ſufficit, ꝙ ubi perſonaliter non inuenitur, citetur ad
domum: quia debet dimittere in domo aliquem, qui ei nuncia
5 re poſſit, ſm Pe. & Cyn. † Oppo. ſi eſt indefenſus: ergo non fuit
cognitum de cã. niſi ex vna parte, & ſic ſummarie: ſed ſumma-
ria cognitio non ſufficit in ꝯdictorio iudicio, vbi requiritur ſtre
pitus & conflictus, vt ĩ. comm. vel epi. l. fi. debent examinari cau
ſæ hinc inde, vt l. edicto, §. j. de edi. diui Adria. toll. Sol. ſatis eſt ꝙ
altera parte abſente Iudex examinat negocium, prout poteſt:
ſed vtraque parte præſente debent ventilari, ſeu trutinari iura
vtriuſque partis & audiri probationes hincinde, quia cum ma-
gno conflictu, & ſtrepitu procedendum eſt ad diffinitiuam, vt
ĩ. comm. vel epi. l. fi. eſt verum, ꝙ aliqñ ex non liquere ſurgit quę
dam certitudo pronunciandi: nam ſi non liquet pro actore, eo
ipſo liquet pro reo, dummodo ſit quod imputetur actori, & ita
intelligitur quod not. ff. de arbit l. Pomponius ſcribit, ſi de meis
6 §. fin. & ſ. de compen. l. fin. † Extra quæro, *e* ſi procurator dimiſ-
e ſus ſcienter non appellauit, deinde dñs reuerſus, cum de nouo
hoc deuenerit ad ſuam notitiam, vult appellare: nunquid poſſit
f Conſiderate, ſi ex dolo *f* procuratoris commiſſo ꝯ dñm aduer-
ſarius eius vult lucrari cum aliena iactura, quia lucrum eſt ex-
cludere aduerſarius a iuris beneficio: & iõ ſi procurator eſt ſol-
uendo, non ſuccurritur dño ſecus, ſi nõ eſſet ſoluendo, quia hęc
diſtinctio adhibetur in lucris ex facto tertij prouenturis, vt l. fin.
ff. de eo, per quem fact. erit hoc not. ĩ. de ap. authẽ. hodie. Et mo-
do intelligis illum ſingularem §. ff. qñ appel. ſit. l. 1. §. fi. quod aũt
g dr̃ ꝙ dolus procuratoris indiſtincte nocet dño *g* poſt lit. conteſt.
vt ff. de excep. doli. l. ſi procurat agit, intelligitur, qñ ex tali dolo
dñs intendit acquirere: ſecus ſi tractat de damno uitando, quia
non vr̃ id mandatum, quod de iure fieri non debet, ut l. ſi pro-
7 curator, §. Celſus, ff. de cond. ind. † Quæro, vtrum abſens *h* tenea
h tur dimittere procuratorem ad lites. Reſpondeo non, niſi in
cauſis multum arduis, ut ff. pro ſoc. l. idemque. quia in talibus
quis non tenetur dimittere ſubſtitutum: in alijs vero mediocri-
bus, vel minoribus, ſi lis erat cępta, tenetur procuratorem di-
mittere. idem ſi erat præparata, & hoc ſciebat, vt ff. de leg. l. eun-
dem, §. 1. niſi cito ſit reuerſurus, ut nota in l. cum antiquitas, de
teſta. per Pet. & Cy. ſi vero non erat cæpta, nec p̃parata lis. actor
tenetur dimittere ad interrumpendam præſcriptionem, reus
autẽ non teneatur dimittete ad defenſionem, niſi poſtquam qs
mouerit ſe citatum. Ex his apparet, ꝙ nemo tenetur dimittere ꝓ
curatorem generalem, quia talis dimiſſio poſſet eſſe captioſa, &
periculoſa, arg. ff. de tranſ. l. cum Aquiliana. Quid autem ſi quis
eſt morbo impeditus? Dic ut nota. Guil. in l. 2. §. 1. ff. ſi quis cau.
8 † De eo, qui *K* eſt in carcere, an poſſit conſtituere procurato-
K rem? Dic ꝙ ſic, niſi ad ea, quæ in carcere ordinari non poſſunt,
vt ff. quod met. cau. l. qui in carcerem. ff. de ver. ſigni. l. q neque;
& ſic ad ſuam utilitatem poteſt ſed ad aliquid promittendum
indebite non poteſt, quod nota. Extra quæro, Titius accepit a
me mutuo decem in ciuitate Florentiæ, & promiſit mihi ea re-
ſtituere vbicunque fuerit inuentus, & ego petiero: nunquid di-
catur inuentus ſi perſonaliter non eſt citatus? Reſpondeo non
vt ĩ. de fideiuſſ. l. ſi barſatorem. Sed nunquid dicor petere ante li
tem conteſtatam? Reſpõdeo ſic, hoc caſu. quia verbum petere,
l eſt *l* appoſitum ſuper præparatoris, ideſt ſuper electione iudicis,
9 quod eſt notabile. nam † cum ſuper ad monitorijs appoſitũ eſt
hoc verbum, non requiritur litis conteſtatio, vt ff. de peti, hære.
l. item ueniunt, §. petitam. Ego idem dico, qñ ſuper introductio
10 ne cauſę. † Deinde nota valere ſententiam latam cõtra abſentẽ
legitime citatum, diſcuſſis ſolum iuribus pręſentis. quod intel-
lige poſt litem conteſtatam, alias non poſſet ferri diffinitiua,
niſi in cauſa appellationis, ubi eſt ſpeciale. quia remanent re-
liquiæ conteſtationis primę cauſę. & idem puto in cauſa nulli-
m tatis *m* annexa appellationi, & non intentata per ſe, vt infra de
temp. appella. l. fina. §. illud. Dicit Innocen. quod ſi iudex non
vidit probationes rei, quod hoc ipſum ſufficit ad ſententiam
caſſandam. extra, de re iudic. c. cum Bertoldus. quod eſt verum,
ſi quas probationes reus iam fecit: ſecus ſi fuit abſens, & nihil
probauit, vt hic. de hoc per Archid. 40. quæſt. 5. cap. iudicantem.
11 † Sed quid *n* ſi propter intricationes probationum hinc inde
n iudex dubitat, quid oportet eum pronunciare, quia ſtatutum
municipale eum cogit? Reſpondeo, pronunciet quod ſibi uide
tur, tamen in ſententia exprimat qualitatem probationum, ex
quibus mouetur, & reſpondeat his, quibus non mouetur, ut
eleganter Bert. extra, de probatio. ca. licet cauſam, in gloſ. quan
o doque tamen quod tene menti. Et ſi in ſubtilitatibus *o* legum
erratur, non eſt peccatum mortale, dicit Innocen. extra, de ſi-
p mo. cap. per tuas, el 2. in text. ibi, nobis. not. quod *p* plures erant
conuenti eodem libello in communi cauſa. Sed ſi cauſæ eſſent
12 diſtinctæ, deberent libelli eſſe diſtincti. † in textu ibi. cogno-
uiſtis. de hac ſcientia debet conſtare. Sed nunquid præſumitur
ſcire,

ADDITIONES.

a Fundi. uide gl. & Doc. in l. 2. ff. de re iud.
b Conſentit. nota. hic quod ex ſententia non oritur iuris naturalis obiectio. idẽ Bar. hic uide quod no. Bal. in l. eos, in §. ne temere, inf. de app.
c Phil. Dec. Sententiæ. an ſententia inducat naturalem, an ciuilem etiam. condemnatoriam, uide in c. quod ad conſultationem, de re iu. pet. Alex. in l. ſi nnus, §. pactus, de pact. & in l. Iulia. verum. ubi gl. ff. de cond. inde. & l. 1. eod. tit. Bar. hic dicit, ex condemnatoria naturalem obligationem non oriri. Et adde Specu. titu. de except. §. 3.
d And. Barb. Oppo. ignorans. Attende, quod hic eſt caſus apertus, quod citatio arctat citatum, licet conſtet citationem ad eius notitiam nõ perueniſſe, idem tenet Inn. in c. ex tua, de cler. non reſid.
e Extra quæro. Vide Bal. in auth. hodie, infra de appel. & Bart. in l. 1. §. fi. ff. quando appellan. ſit.
And. Barb Extra quæro. Si procutor non appellauerit, an dominus poſtea veniens poterit appellare vide Bartol. in l. 1. §. ſi procurator, ff. ſi quis ius dic. non obtem. & ibi Bal. qui contradicit Bar.
f And. Barb. Conſiderate ſi ex dolo. Innoc. in c. 1. ut lite non conteſt. dicit, quod ſi eſt contumacia vera procurationis, non nocet domino ad appellandum, dicit tamen not. quod licet dominus poterit appellare, appellabit intra decem dies a tempore pronunciationis, non ſcientiæ, ex quo eſt cauſa arctata per procuratorem. ita intelligitur §. fi. præalleg. & 2. q. 6. ca. biduum & §. aduerſarius. Non obſtat illa lex, quia hæc cauſa fuit tractata cum domino, quod tenementi. Bald. tamen aliter intelligit illum §.
g Nocet domino. Vide no. per Bar. in l. 1. §. procurator, ff. ſi quis ius di. non obtemp. & in l. 1. ff. quando ap. ſit.
h Abſens. Vide per Bar. poſt gl. in l. fi. ff. de integ. reſt. & gl. 5. q. 3. c. ſi ægrotans.
i And. Barb. Reſpond. No. ꝙ in cauſis multum arduis abſens non tenetur dimittere procuratorem, vide Ang. in l. ſi quis inſtituatur hæres in diem, & ibi gloſ. ſing. ff. de hæredib. inſti. & dixit Ang. audiuiſſe Bar. uiua voce exclamare ſing. tex. l. idem que. hic alleg. & ibi vide Bar. ibi dicentem vnum nouum, vide Bald. in l. 2. ff. ſi qs ius dic. non obtemp. l. 2. §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis cau.
K And. Barb. De eo, qui. An incarceratus poſſit conſtituere procuratorem, vide quod not. Bal. in rub. ſup. de reſcin. vend. & in l. qui in carcerem, ff. quod me. cau. Bald. & Imo. in l. qui a latronibus, ff. de teſta. Ang. in d. l. qui in carcerem. vbi cõtractus factus a detento in carcere iniuſte, ualet reſpectu tertij, vt carceratus liberetur. allegauit tex. l. nam & Seruius, ff. de neg. geſt.
l Petere eſt. Vide Bal. in l. fi. inf. de bon. auth. iud. poſ.
m Nullitas. Vide quod no. Bal. illud, hic alle.
n Sed quid. Vide quod no. Bar. in l. ait prætor, §. ſi iudex, & ibi dixi, ff. de re iud.
o And. Barb. Et ſi in ſubtilitatibus. non eſt peccatum mortale, ſi iudex erret in ſubtilitate iuris. ſed in dubio eſt tenenda opi. glo. ſecundum cõem opi. per Imo. in ca. ne innitaris, de conſti. ſed melius eſt dicere, quod eſt ſtandum opi. quæ mouetur ſubtilioribus motibus, & melioribus, ſecundũ tex. ſing. in l. 1. ſup. de uete. iu. enuc. & Moder. in c. 1. de conſti. & c. pe. de fer. ubi eſt tex. optimus. Io. An. uero dicit, in cap. 1. præalle. quod licet ſit ſequenda communis opi. eſt uerum, niſi notorie erraret, uel rationabiliter conuinci poſſet, quod bonus & ſubtilis iudex conſiderabit & no. quod ſeruans. ius præcepti. non peccat, ubi eſt opin. licet poſtea appareat. contraria opi. vera. & ita no. dicit gl. in præalle. c. pen. & uide gl. iuncto tex. c. 1. de poſtu. præla. in 6. & cap. ſi. deſpon. & cap. cum venerabilis de conſue. quod not. in l. ſecunda, ff. de iur. & fac. igno & c. per tuas, 2. de ſimo. & vide Innoc. in cap. cum ex officit. de præſcrip. ubi ſi iudex fert ſententiam errans, non intelligentia legis, vel priuilegij, uel reſcripti, ualet illa ſententia, quia dicitur ignorantia tolerabilis, ſi in ſententia non exprimitur. facit tex. iuncta glo. l. cum prolatis, ff. de re iudic. vide quæ dixi in cap. per tuas, el 2. de ſimo. Dom. Abb. in c. cum dilecti, de re iudic. uide D. Card. in c. 1. de iur. cal.
p No. quod. Dixi poſt Bar. in l. edita. ſup. de eden.

a ſcire, *a* ſi tenor ſnīę fuit miſſus ad domũ abſentis? Dicit Iaco. de
Are. ꝙ ſic, in l. ſcire oportet, §. oportet, de excu. tut. quod eſt ve
rum, ſi erat abſens in loco propinquo; ſecus ſi in loco multũ re-
b moto, vt l. fi. ff. de decretis ab ordi. facien. Et nota ꝙ *b* tempus ap
pellandi currit ẽt abſenti a die ſciẽtiæ, & habilitatis iudicis adeũ
di, ſaltẽ ꝑ procuratorẽ, vt l. j. §. dies, ff. qñ appel. ſit. Sed tp̃s peten-
13 di reſtitutionem in integ. currit ſolum a die reuerſionis. † Quæ-
c ro, nunquid poſitio ignorantię *c* ſit affirmatiua, vel negatiua? vr̃
ꝙ affirmatiua; nam quicquid per rerum naturam poteſt proba-
ri, eſt affirmatiuũ? & quicquid per rerum naturam non põt pro
bari, eſt negatiuum, vt s̃. de probat. l. actor. Sol. ignorare, & neſci
re eſt quid negatiuum, vt ff. de probat. l. verius. adde ꝙ qñq; ille
d qui negat: debet probare, *d* ut notat Inn. extra, de accuſat. ſuper
his. Sed illud contingit non quia negatur, ſed q̃a accuſat, ut not.
Archid. 6. q. 5. accuſator. in gl. prima ibi, ꝯ me. tranſit tex. de plu-
rali ad ſingularem, & non eſt vis. Ibi, requiſiuit me. ſ. ad domum
non ad quamlibet domum, ſed ad domum mei domicilij. ff. de
iniur. l. lex. Cornelia, §. domum & ideo non intelligo more ruſti
e cano, vbi larem *e* non habebam, ut leg. 2. vbi Senato. vel clariſſi.
f & in c. cauſam, de elect. in Clem. Et nota, *f* ꝙ † quoddam domi-
14 cilium conſtituitur a iure, quoddam ab homine, vt vxor in do-
mo uiri, & clericus in eccleſia debitæ reſidentiæ: & ibi debet
citari, ſi perſonaliter non inueniuntur, vt notat Innocen. ex-
15 tra, de eo qui mit. in poſſeſ. c. aduerſarius. † Et nota, quod poſt li
g tem conteſtatam *g* ſemper ſufficit quem citari ad domum ca-
ſus eſt in lege noſtra, ſecundum Cyn. qui ita no. ſup. de teſti. au-
then. ſed & ſi quis. ubi omnino videas. Ibi, non currit tem-
pus, ſcilicet nec appellandi, nec reſtitutionis petendę. In tertia
16 gloſſ. ibi hodie. 10. † No. quod illico, *h* id eſt incontinenti. dicitur
h inter decem dies. In quarta gloſſa ibi, ad appellandum. quia erat
abſens ex cauſa voluntaria: quę & ſi honeſta ſit, tamen non ha-
bet aliquod priuilegium ſibi deputatum a iure cauſa mercantię
vel alterius artis quam mercantiæ, & legi noſtræ conſonat, infra
de appellat. l. addictos. ibi dum dicit per errorem, vel gratiam co
17 gnitoris oppreſſa putatur eſſe iuſtitia, &c. † Extra quęro *i* vtrum
i omnes, quorum intereſt, ſint citandi? Dicit Innocen. quod pro
ſubſtantia iudicij nemo eſt citandus, niſi ille, contra quem dirigi
tur petitio, ut eleganter no. Innoc. extra de maio. & obed. cap.
humili. ſed pro extenſione præiudicij debent citari omnes. quo-
rum intereſt, vt l. ſi deſerta, ſup. ſi propter publi. pen. & no. in leg.
cum miles, §. 1. ff. ex quibus cauſ. maio. Et ſi ſint citati quidam, &
quidam non, præiudicat citatis tantum, vt dicimus in inuenta-
K rio, *K* quod præiudicet creditorib. citatis, & non alijs, ut in Auth.
de hæredibus & Falc. §. ſi uero ab ſint. collatio. j. & ſi non eſt cita
tus ille, qui poſtea cedit liti, vel iuri, valet proceſſus, vt ff. de fidei-
1 com. liber. l. 3. §. fin. † Aliquando tamen ſola ſcientia præiudicat
8 etiam non citato, vt quando principalis litigator eius perſonam
prætendit in iudicio, vel actor tractat facta ſucceſſoris, vt ff. de re
iudic. l. ſępe. & eleganter no. ff. de iud. l. venditor.

ADDITIONES.

a Præſumitur ſcire. Vide Bal. in auth. hodie. inf. de app. & Bart. in l. 1. inf. de temp. ap.
b Et no. quod. Vide Bar. in l. 1. §. fi. & quod ibi dixi, ff. quando ap. ſit.
c Poſitio ignorantiæ. Facit quod no. Bal. in l. 1. ſup. ad Maced. & Bar. in l. is poteſt, ff. de acq. hær.
d Probare. Vide per Bar. in l. 3. §. illa. ff. de uerb. obl.
e Vbi larem. Adde l. 1. §. 1. de liber. agnoſcen.
f Et no. Vide Bal. & Ang. in l. ut perfectius, ſup. de anna. excep.
g Poſt lit. conteſt. Vide Bar. in l. 3. §. prætor, ff. de dam. inf. & Bal. & Ang. in leg. perfectius. ſup. de annali. excep.
h Illico. De hoc verſi. illico. vide in l. ſi quis. ſup. depoſiti.
i Extra quæro. iſtud dictum Inno. etiam allegat Bal. in l. 1. ſup. eo. Bar. in l. eo tẽpore, inf. de remiſſi pigno. & Pau. de Caſtro in l. in concedendo, ff. de aqua plu. arcen.
K In inuentario. Sequitur Bal. in auth. ſed cum teſtator. ſup. ad leg. Falc. & in auth. ſi omnes, ſup. ſi ut ſe ab hære. abſt. in fi. Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in uerſ. per edictum, in fine.

LEX IIII.

1 *Factũ conſummatũ ad conſumptionẽ mandati attenditur, & non effectus.*
2 *Feriæ debitoribus non proſunt, qui cum pecunia aliena fugere volunt.*
3 *Arbitrator ferias ſeruare non tenetur.*
4 *Mandatum ad ius referuari debet.*
5 *Citatio quæ eſt nulla, nihil operari poteſt.*
6 *Iuriſdictio durat, ſi ſententia eſt nulla.*
7 *Iuriſdictio ordinaria, dicitur perpetua.*
8 *Iudex ſi inordinate tulit ſententiam, an poſtea ordinate procedere poſſit.*
9 *Iudex ſi eſt datus ad iudicandum & exequendum, an ſit finita iuriſdictio propter poteſtatem exequendi.*
10 *Delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarum, an habeat poteſtatem pronunciandi.*
11 *Iudex ſuſpectus, an ex eodem libello iudicare poſſit.*
12 *Delegatus a papa ſi eſt mortuus, ordinarius ſe intromittere non poteſt.*
13 *Sententia pluribus rationibus dicitur nulla.*
14 *Poteſtas arbitrandi data, qualiter intelligi debeat.*
15 *Sententiam caſſare tanquam nullam, non eſt mixti imperij.*
16 *Iudices mixtam iuriſdictionem habentes, an ſint ordinarij, vel delegati.*

Si, ut proponis, Nulliter conſumatum, ꝯſũmit mã
datum. h. d. Vel ſic, Scĩa nulla lata ꝑ
iudicem delegatum, facit ceſſare mandatum, & dẽt alius ſubro-
gari. h. d. Vel ſic, Snĩa quæ nulla eſt quo ad litigantem, eſt aliqua
quo ad hoc vt faciat ceſſare officium delegati. hoc dicit. Butr.
Ad euidentiam eſt ſciendum quod hic duo faciunt ſnĩam nullã
Primo, quia fuit hic lata tp̃e feriato, ſecundo quia lata ꝯ abſentẽ
1 non contumacem. Nota quod dixi in ſummario. † Nota, ꝙ ad
conſumptionem mandati non attenditur effectus, ſed merum
factum conſummatum. Et nota ꝙ ſnĩa lata die feriato, ipſo iure
non valet. Sed hic diſtingue; aut feriæ ſunt in honorem Dei, aut
ſimpliciter, aut repentinæ. Primo caſu non valet ſnĩa & ſi ferijs,
renunciatum ſit. Scdo caſu valet, ſi renunciatum ſit, vel conſen-
a ſum. Tertio caſu *a* idẽ, ſ. qñ in honorẽ Dei, vel Sanctorum, aut
b qñ repẽtinę inducunt in fauorẽ publicę utilitatis principaliter, *b*
vt not. in cap. ſæpe, de ver. ſign. in Clemen. Quid ſi populus Ro-
manus inducit ferias ex quadam ſuperſtitione, puta ꝑꝑ mortẽ
ſancti Paulucij? Reſpondeo quod iſtis poteſt renunciari, quia ñ
c ſunt de iure cõi approbatæ, vt ſup. de ferijs. l. a nullo. Pone, *c* Pe-
ruſini induxerunt ferias ꝑꝑ fœlicem aduentum ſummi Ponti-
ficis; dico ꝙ iſtæ feriæ ſunt mixtũ tam repentinę, q̃ in honorem
Dei, quia reuerentia quæ fit ſummo ſacerdoti, fit ipſi Deo, ut ff.
2 de arbit. l. non diſtinguemus, §. ſacerdotio. † Quæro, an feriæ pro
ſint debitoribus, qui volunt fugere cum pecunia aliena; Reſpon
deo non, quia non debet dari materia delinquendi. gloſ. vulga-
ris & notabilis eſt in l. fin. ſupra. de fer. Item feriæ debent defer-
3 re, non auferre rem alterius, vt l. 3. ff. de feri. † Sed nunquid *d* arbi
d trator tenetur ſeruare ferias? Reſpondeo quod non, ut d. l. fina.
vbi dicitur, ꝙ valet tranſactio: ergo & proceſſus arbitratoris, vt
in Auth. vt differen. Iudices. §. 1. & in dict. l. fina. vnde die Domi-
nica arbitrator põt declarare pretium rei, & executores vltimæ
voluntatis poterunt eligere pauperes, quia ſolummodo in iudi-
cijs habent locum ferię, & non in extra iudicialibus; nec etiam
in omnibus iudicijs, ſed in contentioſis tantum, unde executo-
res gratiarum poterunt facere proceſſus ad exequendum, non
4 dico ad compellendum, etiam tempore feriato. † Opponitur,
mandatum ad ius debet referri inſpecta perſona mandatis, &
eius cui mandatur, & finis ad quem mandatur, l. 3. ſupra de hæ-
red. inſtituen. erg. niſi de iure fiat, non expirat, l. nec conditio. de
condi. & demonſt. Reſpondeo ille cui mandatur principalis cau
e ſa, non poteſt cognoſcere *e* de ſuis erroribus in diffinitiua, quia
quæſtio de erroribus & proceſſus eſt alia a principali, & ideo
non venit in mandato: eſt enim nouus, & non pręcogitatus arti
culus, argu. infra de appellat. l. ſi actor. & quia non poteſt cognoſ
cere de erroribus, ideo funct⁹ eſt officio ſuo: nec debet ad ipſum
recurri quia mandatum male executus eſt. argumen. j. d appell.
5 l. eos. in princip. † Opponitur, illud quod nullum eſt, non debet
aliquid operari, vt citatio nulla, l. ſi pater, ne de ſtatu de funct. &
lit. ꝯteſt. nulla, ut ſup. de litis conteſtatio. auth. efferatur. receptio
teſtium irrita eſt lite non conteſtata, vt extra, ut lite non cõteſt.
per totum idem in ſententia quæ non habet eſſe, nec figuram eſ
ſe, vt l. ſecunda. ff. de pœn. arg. l. ſi quis legatũ, ff. ad legem. Cor. de
falſ. & ff. de re iud. l. 4. §. condemnatum. Solu. concedo, ꝙ quan-
tum ad iuris effectum ceſſat affectus, ſecus quantum ad expira-
tionem mandati: & eſt ratio quia mãdatũ intelligitur de prima
f ſententia, *f* vt ff. de verb. ſign. l. boues, §. hoc ſermone. Sed ali-
qui dicunt, quod ille §. loquitur in affirmatiua, ſecus in negatiua
oratione, de condict. & demonſt. l. hoc genus. & eſt gl. ſatis nota
6 bilis. † Secundo oppo. *g* ſi ſententia eſt nulla, ergo durat iuriſdi-
g ctio, vt inf. eod. l. ſi pręſes. Solutio, ibi in ordinario, qui habet iu-
riſdictionem iure proprio: ſecus in delegato, qui habet iuriſdi-
7 ctionem iure alieno. † Item iuriſdictio ordinaria eſt perpetua:
ſed delegata eſt momentanea, & hæc habet plus facti quã iuris,
ideo delegatus ſiue bene, ſiue male iudicauerit, functus eſt offi-
cio ſuo. Idem ĩ arbitro, vt ff. de arbit. l. qualem, §. fi. & l. q arbiter.
Et

ADDITIONES.

a Tertio caſu. An ferijs repentinis renunciari poſſit. Vide Bald. in l. j. ſup. de fer. no. in l. i. ff. de fer. & uide quod ſequitur.
d Phil. Dec. Principaliter. Quoniam Dei ferijs æquiparãtur, ſecundum eundem in l. 1. ſup. de fer. & ad id, quod idem, quod in Dei ferijs, uide in l. 1. ff. de fer. & l. 1. ff. de noui opor. nunc. per Ale. Et quod huiuſmodi feriæ repentinæ ſolemnibus æqui-parentur, idem dicit Ang. in §. idem iuris. inſtit. de excep.
c Pone. Vide Bar. inf. eadem l. in ſecunda gl.
d Sed nunquid Vide Bar. in l. idem Pomponius, §. ex compromiſſo. in l. ſi feriatis, s̃. de ar. Bal. in l. 1. ad fin. & in l. dies, ſup. de fer. & in l. fi. ſup. de contrahenda emp. & in l. 1. ff. de fer.
e Phil. Dec. Cognoſcere. Sed nec reuocare, vel ẽt de partium conſenſu, ut notat idem in addi. ad Spec. tit. de ſenten. verſ. & nota, quod error quando autem error ſententiam uitiare habeat, per me in l. 1. ſup. de error. calculi.
f Prima ſententia. Vide Bald. inf. ea. l. in fi. dum alleg. Inn. in c. veniens, & hoc facit, an ſi delegatus pronunciat inſtantiã eſſe peremptam ſit functus officio, de quo uide Bal. qui ponit vnum verbum in l. 1. j. ſi a non comp. iu. & in l. ſi præſes j. eo. & Bar. in l. quod iuſſit, ff. de re iu.
g Secundum oppo. Vide ad intellectum huius legis infra ea. l. in glo. ibi, qualiter.

a Et hæc faciunt *a* ad quæſtionem de electionario *b* poteſtatis, nā
b cum iſta ſit ↄmiſſio,& non collatio,expirat ēt per electionē in-
ualidam.conſiderat aūt Innoc.ꝙ qñ committitur prouiſio ali-
cui,niſi ſortiat̄ effectū,non expirat cōmiſſio,licet ſecus ſit in iu-
diciis.ita eleganter not.ipſe extra,de offi.delega.c.in literis.cum
igitur cōmiſſio electionis facta ſit ob reipublicæ prouidentiam,
vt ei prouideatur de bono Rectore:vr̄ dicendū talem cōmiſſio
nē non expirare,l.qui per ſalutem,ff.de iureiuran.quod verum
puto,quia finalis intentio cōmittentis eſt,ꝙ reipublicæ prouidea
tur.& ideo donec ſit prouiſum non expirat mandatum,ſi tempo
c ra ſuffragantur,eligens *c* aūt dicere debet,eligo non , eligere uolo
quia requiruntut verba effectiua,nō enūciatiua emiſſa pp aliud
futurum fieri.Quia voluntas,quę expectat eſſentiam ob aliā vo
luntatem poſt ſe,non eſt volūtas perfecta,ut no.in l.ſerui electio
ne,de le.1.ſic iudex debet dicere,pronuncio ſic, non autem dēt
dicere pronuncio me ſic pronunciaturū de hoc dicā j.de ſen.&
interloc.om.iud.l.cum iudex.ſuſpenſiua enim ſunt, licet multi
8 doctores dicant ↄ̃rium,† opp.& vr̄ *d* quod ſi iudex tulit inordina
d te ſnīam,ꝙ debeat poſtea ordinate procedere,vt ff.de arbit.l. qd
tamen.Solu.aut non ſeruauit formam commiſſam,& non expi
rat mandatum,qa nō eſt eo vſus,& ſic res eſt integra, aut nō ſer
uauit formam iuris cōis,& tunc ſic.ita dicunt noſtri Doct. Inn.
dicit,ꝙ ſi iudex delegatus tulit ſnīam per errorē facti , vt qa cre-
didit partem citatam, quæ non erat citata,ꝙ tunc durat iuriſdi-
ctio:ſecus ſi erat in iure,ut not.extra,de re iud. c. 1. q̄ diſtinctio
nulla lege probat̄,nam iudex non tractat de damno, vel incom
mō nā non conſummare mādatum non intereſt ſua,cū ſit onus
ſine ↄmodo.itē iſta diſtinctio eſt ↄ̃ caſum huius legis , nam hic
iudex fuit in facto circumuentus,habito reſpectu ad argumētū
9 contumaciæ,& tamen expirat iuriſdictio.† Sed hic dubitatur , *e*
e quid ſi quis eſt datus ad iudicandum,& exequēdum;& vr̄ ꝙ nō
ſit finita iuriſdictio pp poteſtatem exequendi.in ↄ̃rium , quia in
delegato Principis hoc tacite ineſt,tñ iuriſdictio eſt conſumpta,
licet diffinitiua ſit nulla: nā ↄſumpto principali,ↄſumit̄ acceſſo-
rium,arg. j.de fruct.& lit.expe.l.terminato. Tu dices, delegatus
f Principis eſt maior *f* quolibet ordinario in illa cā , ergo quod p̄t
ordinarius,pōt ipſe;Reſpondeo,eſt maior , ſed non firmior. ita
no.Archi.2.q.6.c,ſi Epiſcopus.modo quæro,quid ſi ſnīa interlo
cutoria eſſet nulla,& eſſet lata ſuper non iuriſdictione? Reſpon-
deo idem in iſta,quod ī diffinitiua;quia eſt diffinitiua quo ad iu
dicem,non quo ad partes,ut extra,de off.dele. c. ſignificantibus.
10 † Quæro,quid ſi eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum? Re-
ſpōdeo,idem vr̄ ꝙ in ordinario, qa vniuerſalis iuriſdictio adhuc
penes eum eſt,ergo & iterū pronunciandi ptās,nec dr̄ iterari,ꝙ
inutiliter actum erat,ſed reformari;quatenus de facto factū erat
ut ff.de ſer.l.1.in prin.dico igitur,quod delegatus ad uniuerſita-
tem cauſarum cum remaneat in eſſentia iuriſdictionis uniuerſa
lis,idem pōt,quod ordinarius,iuxta no.ſ.de iud.l.cum ſpecialis,
11 in prin.& l.2.de ſport.† Quęro , *g* nunquid ſuſpectus iudicabi-
g tur ex eodem libello;& vr̄ ꝙ non,quia titulus libelli non loqui-
tur ad eum,hoc vr̄ tenere gl.ordi.in auth.de exhib.reis,§. ſuſpe-
cto,in gl.quæ incipit,quantum ad hoc.Sed ↄ̃rium dico, quia cō
tinuatur iudicium,unde remaneāt firma acta in ſuo ſtatu;& idē
in probationibus vt not.hic,& ff.de appel.l.ſi expreſſim. ſecus ſi
acta eſſent infirma & inualida,vt no.ff.de re iu.l. cum quærebat-
tur.plenius diſtingue,aut acta habent continuam & conſequē-
tem veritatem,& habet locum,quod dixi,aut in futurum,& nō
habēt continentiam veritatis.quia imitantur tpa,vt ætas , & nō
probant coram alio iudice etiam ſubrogato,vt l.ſpadonem,§.q
ſolutus,ff.de excuſa.tuto.per Dy.& hic p Pe.& Cy. quod mihi
non placet: non eſt qō horę,vel momenti,ſed cuiuſdam lati ſpa
tii,id eſt minoris ætatis;& ideo in tota illa inſtantia probant, ſed
bene fateor,ꝙ in noua inſtantia non probarent,eoq. ſolo tractu
temporis naturalem curſum imitarentur,facit quod no.ff.de iu
reiuran.l.qui iuraſſe , §. ſi pater. & l.eum qui,§. in popularibus.
12 † Quæro,Papa delegauit cauſam,& delegatus eſt mortuus. Vtrū
ordinarius poterit ſe intromittere; Rn̄deo non, ſed ſolus Papa
licet delegatio ſit conſumpta,vt no.Archid.34.q.11.§.his ita.in
h apoſtilla,quæ incipit adde,ibi. Et ſic nota, *h* ꝙ cā, quæ ſemel eſt
in curia Romana,nūquā exhibit de curia,niſi Princeps deleget,
vel cām remittat ad ordinariū;qđ eſt notatu dignum,& ad hoc
facit hæc lex.Nam hæc cauſa redibit ad præſidem , & præſes de
nuo committet : facit de offic ordi.ca. paſtoralis,§.præterea.
i Modo hic *i* quæro,qs iudex cognoſcet de nullitate ſnīę latę.ab
ordinario? Rn̄deo, ipſe idem,ſi ille ↄ̃ quem eſt lata ſnīa,velit ip-
ſum adire;ſed ſi vult adire iudicem ad quem,pōt ēt per ſimplicē
querelam,vt j.de accu.l.abſentem,ſm̄ Bar.qui ita no. ff.de app.
l.ſi expreſſim,& l.iudex,de re iudica.& j.de ſenten.ex breuic.re-
citan.l.j.ſecundum primam lecturam.hoc non placet Iac. But.
per l.vbi cęptum,ff.de iud.quare dicas ſecūdum eum,ꝙ aut de-
bet iudicari ex eiſdem actis,& idem iudex,nō autē ſuperior de-
bet adiri: aut ex alijs actis, & idē,vel ſuperior poteſt adiri dicas
quod ſi allegatur dolus , vel lata culpa pronūciantis,tunc poteſt
adiri ſuperior, vt l.abſentem. j.de pęn. Si vero allegatur error,
tunc teneas diſtinctionē Butrig. dic ꝙ vbi vnius iudex hēt maio
rem iuriſdictionem,quæ includit in ſe minorem, pōt corrigere
factum illius,etiam per ſimplicem querelam ;ſed qñ non inclu-
dit,ſed excludit, vel minor hēt primam iuriſdictionē, maior ſe-
cundum aſcenſiue,tunc donec durat iuriſdictio prima non fran
gimus eam,nec imus ad ſecundam;quia ordo ſeruandus eſt, vt
iuriſdictionum ordo ſeruetur,vide Bar.de officio ord.c.cum ab
eccleſiarum.in vltima gl.& in c.duo ſimul,in fin. In text.ibi, de-
nuo &c.iſtud denuo reſpicit commiſſionem,& cognitionē , id
eſt,acta paracta ſeu perfecta,quæ durant in iſto ſtatu.In gl.2. ibi,
vel ſimili.nota,ꝙ omnes dies feriati ī honorē Dei , ſunt ęquales
13 diei Dominico.† In tertia glo.ibi,nunquam venturum . Ponde
ra verbum,nunquam.Ibi,& quia.nota ſnīam plurib.rationib.ↄ-
currentibus poſſe dici nullam. Idem in ↄ̃ctibus, vt ſ.de cōtrahē.
emp.l.ſi mater.Ibi,officio ſuo.quia qñ committitur actus,q nō
conſueuit niſi ſemel fieri,non vr̄ niſi ſemel committi, & de pri-
mo actu cogitatum.dicit Cyn.ꝙ actus debet fieri iterato,quādo
committit̄, vel mandatur a lege, ſecus ſi ab homine. de eden.l.
vbi,§.his aūt,per Cy.& norab.dicit Inn.ꝙ † ſi data eſt poteſtas ar
K bitrandi,*K* intelligitur ſemel tm̄,vt ipſe no.extra,de iureiu.c.ve
l niens. Quæro, pone,caſſatur *l* ſnīa,nunquid in dubio intelligi-
gantur caſſari acta? Reſpondeo ꝙ non , ſecundum Archid.q ita
notat,30.q.5.c.iudicante.& probatur per glo.noſtram ordinatiā
hic poſitam.& hoc eſt verum,quando caſſatur ſentētia vitio ſē
tentię:ſecus ſi vitio actorem,quod erat allegandum in cauſa,nā
in dubio ſententia refertur ad allegata & probata,ut not.ff.de ex
cep.rei iudic.l.ſi quis ad exhibendum.vbi eſt nota.ergo ſentētia
quantum ad præſumptam cauſam,ad acta referri debet. Tene
14 menti.† Quæro , *m* nunquid caſſare ſententiam tanquam nul-
lam,ſit mixti Imperij? Reſpondeo quod non,cum quilibet ordi
narius hoc poſſit,ſcilicet ſuam ſententiam nullam declarare gl,
eſt hic ordinaria,& ideo iſte articulus poteſt delegari ab ordina
rio , vt no. j.de appel.l.eos.in prin.& eſt ſatis expreſſum in l.cum
15 poteſt ſententiam.inf.de appel.† Quæro,quid in iudicibus , qui
mixtam habent iuriſdictionem, ſcilicet ſecundum quid ordina
riam,& ſecundum quid delegatam; Reſpondeo,reſpice vtrum
in actu pronunciandi ſint ordinarij , vel delegati : quales enim
16 ſunt in alijs articulis,non eſt vis.† In gloſſ.fin.ibi, vel male,id eſt
nulliter:nam quod nulliter fit, male fit , non tamen iudex facit
n litem ſuam,*n* niſi aduerſarij interſit,vt l.ſi iudex,de var. & extra
ordin.cogni.& l.j.§.hæc autem verba, ff. quod quiſque iur. In
fin.glo.ibi,qualiter & quando.facit extra,de offi.ord.c.graue.ſo
lu.dic,ꝙ iudex delegatus.poteſt emendare interlocutoriam,vel
proceſſum,ut hic,ſed non ſententiam hebentem figurā diffini-
o tiuæ. Sed quid ſi *o* non habet eſſe , nec figuram eſſe, vt quia lata
cōtra dominum,qui non fuit in iudicio forte poteſt , vt j.tit.2.l.
j.licet gl.faciat eam loqui in ordinario tantum.

ADDITIONES.

a A.B.Et hæc facinnt. An per electionem inualidam eligens priuetur iure eligendi. vide Bar.in l.2.alias 1.ff.de opt.leg.

b Electionario. Vide Bar.in l.2.ff.de opt.leg.& Io.de Imol.& Bar.in l.ſerui electione, de le.1, & vide no.per Bald.in l.j.ſup.de eden. & in l.quod quis. ſup. de procur.& in l.prox.& in l.poſt adictam,ſup.de impu.& alijs ſub.Im.in l.iudex poſtea quam in 10 q.ff.de re iudi.

c A.B.Eligens. Vide ibi Bar.

d Oppo.& videtur.Si iudex facit actum nullum,an ſit functus officio ſuo,& quid in arbitratore.vide Bal.in l.fi.ſup.de contrahen. empt. & hic adde Imo.in l.ſerui electione , in prin.de lega.1.Bar. & alios in l.iudex poſteaquam,ff.de re iudi. & quod ibi ſcripſi poſt Imo.

e Sed hic dubitatur. Vide Aug.& Imo.in l.iudex poſteaquam,ff.de re iudi.

f Maior.Dixi in l.fi.ſup.de iudi.in ver.delegatus.

g Quæro. Vide Bar.hic.

h A.B.Et ſic.No.ꝙ cauſa, quæ eſt ſemel in curia Romana,nunquam exit de curia,niſi Papa illam deleget.vide Bal.in c.j.ſi de feu.defun.fue.contro.inter domi.& agn. ad fi.vbi diſtinguit.facit quod voluit Bal.in tit.de pace iu.fir.c.1.

i Modo hic. Sed vtrum poſſit cauſa nullitis iterum comitti delegato,qui nulliter iudicauit. vide glo. & Bald.quod not.in l.1.inf.tit.2. & bonum text.in l.accuſatoribus , de accuſ.

K Arbitrandi.Vide Bal.in l.qui per ſalutem,ff.de iureiur.& ſup.eo.& l.ſi fideicomm. §.ſi quis decem.de leg.3. & quod ibi dixi poſt Bar. & Bal.omnino in l.fin.de contrahen.empt.

l Pone,caſſatur. Vide l.cancellauerat.& quæ ibi no.ff.de his,quę in teſta.delen.quid econtra.vide Imo.in l.acta,ff.de re iu.

m Quæro. Vide Pau.de Caſt.in l.ſi idem,ff.de iuriſd.om.iud. ſed quando caſſatur per viam appellationis,an ſit mixti imperij.videtur quod ſic,per not.in l.1.§.ſolent,ff. quando appel.ſit.nec ſequitur,quilibet ordinarius poteſt cognoſcere, ergo non eſt mixti imperij,quia etiam ea quæ ſunt mixti imperij,poſſunt cognoſci per omnes etiam delegatos,vt probatur in l.Imperium,ff.de iuriſdictio.om.iudi.

n Litem ſuam. Vide Bal.in c.1.§.iudices,de pa.iur.fir. & quod ipſe no.in l.pe.ſup.de pac.dixi poſt Bar.in l.fin inf.de pęna Iud.qui male iud.

o Sed quid ſi. Vide Bal.in addi.Spe.in tit.de ſent.vbi ponit aliam limitationem.

LEX IIII.

1 *Præſes pro libito poteſt ſibi tribunal eligere.*
2 *Iudex per obreptionem dicitur mutare locum.*
3 *Aduocati cauti horam,quam fertur ſententia ſcribi facere debent.*
4 *Iudex parti citationem poteſt committere.*

5 *Prælatorum confirmationes, quilibet loco fieri poſſunt.*
6 *Obripiens, an teneatur crimine falſi.*

Si, vt proponis. Satis eſt mihi non eſſe cōtumacē
quo ad locum ſnīæ, vt reddat ſen-
tentia nulla.h.d.Bu.Vel ſic, Obreptio reddit ſententiam nullam.
1 † Præmitto ad euidentiam quod Præſes prouinciæ habet ſub ſe
multas ciuitates, & per cōſequens multa tribunalia deputata. &
a deputanda: nā ipſe pōt eligere tribunal vbi vult, etiā in camera *a*
ſua, ad inſtar Epiſcopi. Pone ergo caſum ſic, Præſes Spoletani
Ducatus incępit cognoſcere ī ciuitate Aſſiſij inter te & me & ti
bi deputauit locum tribunalis; ad quē locū ego fuit citat⁹ ad cer
tum diem ad audiēdum ſnīam: demū iſte præſes acceſſit ad ciui
tatem Spoleti forte pro reſidentia facienda aliquantiſper ſicut
moris eſt; modo aduerſarius meus ſequutus præſidem ſuaſit ei,
quod ego eram contentus, ꝙ ſentētia ferretur Spoleti, quod ve-
rum non erat, quærebatur ſi tulit ſententiam Spoleti me abſen-
te, quid iuris? Reſpondet Imperator nō valere, quia alibi lata, &
quia per obreptionem. In tex. ibi, certum locum. No. ergo quod
b præſes *b* poteſt ſibi pro libito tribunali eligere, alij vero non poſ
ſunt, niſi in actibus voluntariæ iuriſdictionis, vel niſi cāæ cogni-
2 tio non requirat, vt l. voluit, §. 1. de interrogato. action. † In text.
ibi, per obreptionē. qua mediante iudex mutauit locū, & ſic fuit
obreptū iudici, vel pars ɔparuit alibi, & tunc obreptū fuit reo, &
iſte ſunt duæ lecturę gloſſæ, & nota hunc dolum reddere ſnīam
nullam, & ratio patet in litera. In textu ibi, ad effectum, id eſt ro-
bur, nam nulliter factum cōfirmatur. Fallit in caſibus expreſſis
in iure, vt l. fi. ſ̄. de his, qui a non dn̄o manu. & l. ſancimus, ſ̄. de te-
ſtamen. nota, ꝙ ille qui non eſt contumax, quo ad locum feren-
dæ ſententiæ, non poteſt ſententiam pati. idem quo ad tempus.
c Quid ergo, *c* ſi iudex mandat ꝙ Titius compareat die Sabbati ad
ſententiam audiendam, quæro qua die poterit ferri ſententia ſi
non compareat? certe non die Sabbati, quia tota illa die compa-
rere pōt. Item non die Lunę, qa quantum ad illā diem, non fuit
contumax: Quid ergo aduocati dicunt ferendam ſnīam in fine
3 die Sabbati, id eſt in veſperis. & ideo † cauti Aduocati faciūt ſcri
bi etiam horam, qua fertur ſnīa, ſm Iac. But. Dicas, ꝙ tacite ītel
d ligitur hora cauſarum, quia illa eſt hora congrua? & ſi iudex *d*
4 vult expectare, de benignitate poteſt, vt dixi in l. j. ſ̄. eod. † In glo.
ſecunda ibi, ex parte iudicis. argue ex iſta gl. ꝙ iudex poteſt con-
mittere citationem parti, nō tamē ſtatur eius relationi ſolo ver
5 bo, niſi probetur. † Extra quæro, nunquid *e* confirmationes præ-
e latorum poſſint fieri quolibet loco? Reſpondeo quod ſic, vt no-
tat Archi. 50. diſtinct. c. qui in aliqua. quod tene menti. Quæro
quid de emancipationibus liberorum, & alijs actibus volūtariæ
iuriſdictionis? Reſpondeo, in quolibet loco fieri poſſunt, vt ff. de
6 officio proconſ. l. 2. † Quæro, *f* nunquid iſte obripiens teneatur
f crimine falſi; Dicunt quidam Doctores Vltramontani ſub du-
bio forte, quod ſic, l. ſi quis obrepſerit, ff. de fal. ſed ibi loquitur
de obreptione circa ſubſtantialia, & deciſiua: hic circa accidenta
lia, & narratiua.

ADDITIONES.

a Camera, Vide Bart. & Bal. in l. 1. inf. de ſen. ex breui. reci. & text. glo. & Bal. in l. cū ſententiam. inf. de ſenten. & interlo. om. iud.
b Nota ergo, ꝙ præſes. Vide inf. eo. l. in fi. & Bar. in l. 4. §. hoc autem. in 6. & 7. oppo. ff. de dam. inf. in l. 1. inf. de ſenten. ex breuic. rec. & in l. teſtamenta ſup. de teſt.
c Quid ergo. Vide Bald. in l. 1. ſup. eo.
d Iudex. Vide Bal. & Ang. in l. vt perfectius ſup. de anna. excep.
e Nunquid. Vide Bal. in l. quicun que, vt late, ſup. de ſeruis fugit.
f A.B. Quæro. Barto. hic dicit, ꝙ eſt interlocutoria vide eundem Bar. in l. 2. ſ̄. de Epi ſco. audien & Barto. hic voluit allegare gloſſ. Io. And. in capitu. fin. de appella. uide Imol. in l. ſi finita, §. ſi forte, & §. ſi autem, ff. de dam. infecto. & Bald. in l. pen. ſup. ſi aduer. rem iudic. & in authen. ſi quis ſup. de Epiſc. au. & l. eos. in princ. de appel. & in l. ante, in fi. inf. quo. appel. non rec. & in l. ſi finita, §. 1. de dam. infe. & l. quæſitum, de re iudic.

L E X   V.

1 *Iudex qualiter ipſo facto pronunciare debeat.*
2 *Iudex appellationē deſertā pronūtians, iudicē ſe vlterius nō eſſe pronūciat.*
3 *Sententia appellationis deſertæ, dicitur ſententia confirmationis.*
4 *Actor cauſa cognita, præſumitur conſtitutus.*
5 *Acta cancellata quæ non tenent, ſicut prius, probare poſſunt.*
6 *Actus inualidus cancellari debet.*
7 *Minor indefenſus confirmationis ſententiam non patitur.*
8 *Actorum cancellatio habet vim ſententiæ.*

Si præſes. Snīa cancellationis actorū, vel appellationis d̄
ſertæ, non pōt ferri ɔ̄ minorem īdefenſum. h.
d. Quæro, vtrū iſta ſnīa ſit diffinitiua; Reſpondeo, diffinitiua lar-
ge dr̄ omnis ſnīa, quæ imponit finem liti: ſed iſta imponit finem
ergo eſt diffinitiua, vt no. ſ̄. de red. cre. l. ſi qs & l. generaliter. Ioā.
a And. dicit, ꝙ eſt interlocutoria, ſed magni præiudicij, *a* & hoc ꝓ
bat, quia contraria eſt ius interlocutoria: & ɔ̄rium eadē eſt di-
ſciplina. ſed illa allegatio nihil valet, quia hic non eſt eadem rō
ɔ̄riorum: tn̄ ipſe bene dicit in dicto, licet male in ratione. vera er
go ratio eſt, quia ex ea non oritur actio in factum, nec mādatur
executioni: ſed ſententia prima, vt no. j̄. de appellat. l. eos. in prin-
b cib. Innoce. *b* tamen dicit ſententiam latam ſuper proceſſibus
eſſe diffinitiuam, ut ipſe no. extra, de procura. c. auditis, ſed illud
eſt uerum, quando agitur principaliter ad cōfirmationem, vel
infirmationem proceſſus. ſecus ſi incidenter. Vel ſic ſumma, mi
nor indefenſus non patitur ſententiam, nec factum ſententię ę-
1 quipollens h.d. nec eſt alibi. † Nota hic *c* modum pronuncian-
c di ipſo facto, ſcilicet per cancellationem *d* actorum: vnde eo ip-
d ſo, quod iudex cancellat libellum, uidetur pronunciare ſup eo
non procedendum, niſi ſuppeleas, quod hæc lex debet intelligi,
quando iudex cancellauit verbo & facto, tamen litera non facit
mentionem de verbali cancellatione, nec etiam gl. verum tamē
de natura ſententiarum eſt, quod proferantur, vt j̄. titu. j. l. 1. & 2.
2 † in textu ibi notionem ſuam. opp. ille qui pronunciat appella-
tionem deſertam, pronunciat ſe vlterius iudicem non eſſe: er-
e go poteſt reuocare, *e* ut extra, de officio delega. c. ſignificantibus
ſed iſte pronunciat id, per quod iuriſdictio ad aliū iudicem re-
dit, ergo reuocare non poteſt. Sol. hoc in ordinario ſed decreta-
3 lis loquitur in delegato, quod eſt notatu dignum. † in gloſſ. 3.
4 ibi, confirmauit. † nota ſingulare uerbum, quod ſententia ap-
pellationis deſertę eſt ſententia confirmationis. Quæro, an prę-
ſumatur actor condemnatus cauſa cognita? Reſpondeo ſic: qa
ubi non requiritur magna cauſæ cognitio, ibi præſumitur ꝓ de-
creto, ut no. in l. actor, rem ratam hab. idem eſt, quandocunque
f decretum *f* interponitur in forma ſolenni, vt j̄. de fide inſtrum.
5 & iu. haſtæ fiſc. l. 1. lib. 10. † Quęro, nunquid acta *g* ſic cancella
g ta probabunt, ſicut prius? Reſpondeo ſic, quia cancellatio nō te-
nuit, vt hic. unde nota, ꝙ cancellationes inualidę, factę per magi
ſtratus, vel Tabelliones, non derogant ſcripturę. Tene menti.
6 † Extra quæro, *h* vtrum actus inualidus debeat cancellari. Rn̄-
h deo ꝙ ſic, ut no. ff. de act. emp. l. ex emp. §. is qui uinum. & uide
7 extra, de teſti. in c. cām, per Ber. † Not. ꝙ minor indefenſus non
patitur ſententiam confirmationis ſententię ɔ̄ ſe latę. & idem di
cit gl. in eccleſia viduata paſtore, vel rectore, quod tene menti.
8 In gl. penul. ibi, quod ipſo. † Nota, cancellationem actorum vim
ſententiæ habere, quod eſt notatu dignum, & nō reperitur alibi.
hoc tamen intelligo verum, quando iudex expreſſit cauſam can
cellationis, vel quando ita ſe habet conſuetudo, alias ſecus. vide
l. acta, & l. actorum, ff. de re iudi.

ADDITIONES.

a P.D. Præiudicij. Quando autem interlocutoria magni dicatur præiudicij, vide per eundem in l. fi. de ſen. ex breuic. reci. & Alex. in l. ſi opus, in addi. de noui ope. nun. & per Iac. Butrig. ante eos, in l. 1. eo. titu. de ſenten. ex breuic. reci. Et ad quæſtionē Bal. vide per Ang. hic.
b Innocentius. Vide Ang. in l. quod iuſſit, ff. de re iudic. & no. Bar. in l. ſtatutis, inf. ti. 1. & Moder. in rubrica, & in l. 1. ff. de re iud.
c A.B. Nota hic. No. textum, quem alibi non habes, ꝙ curatori eſt adiungendus coadiutor, & de hoc habes gl. l. decreto, ff. de adm. tutor. §. fin. & ita dicit Inno. in c. grandi. de ſup. negl. præla. in 6. de prælato ſuſpecto in adminiſtratione vide tex. l. ſi tutor, ff. de ſuſp. tut. ꝙ tutori ſuſpecto adiungitur alius, quem tex. alleg. pro ſing. Bald. ſup. de arb. tut. l. 1.
d Cancellationem. Si iudex cancellat libellum, an videatur ſuper eo pronunciare. vide inf. in fi. & limita hanc legem ſecundum Bal. in lege. noſtram, ſup. de teſt. nō procedere, ſi iudex inconſulte cancellauit.
e Reuocare. Vide Bal. in l. ſi vt proponis, la 1. ver. modo quæro, ſup. eod. & ibi in ver. 2. opp. & ibi per Doc. & vr̄ ꝙ non poſſit reuocare, aliam vero interlocutoriā bene poteſt reuocare, & annullare delegatus, vt no. Bal. in d. l. ſi vt proponis. in gl. fi. & ad Bal. hic, vide eundem in l. pe. ſup. de pact. & quæ dixi poſt Bar. & Imo. in l. qđ iuſſit, ff. de re iud. & Bar. in l. poſt ſnīam. inf. de ſent. & interloc. om. iudi. & Pau. de Caſt. in d. l. quod iuſſit, qui tranſit cum Bal. hic.
f Decretum. vide Bar. in l. fi ſup. de præd. mino.
g Nunquid acta. Vide in l. acta, in fi. princ. ff. de re iud. Bal. in l. ſcriniarios, ſup. de teſta. mil. & in l. ſi vnus, ſup. de teſta.
h Extra quæro. Ad hoc vide no. in l. ſi finita, §. eleganter, ff. de dam. infec. & in l. diſſolutę, ſup. de cond. ex lege. & iſta gl. etiam ad hoc alleg. per Bar. in l. hi qui ad ciuilia. inf. de ap. & in l. 2. in 1. q. ſup. de reſcin. vend.

L E X   VII.

1 *Contumax verus, quis dicatur.*
2 *Contumax nemo efficitur dicendo, nolo,*
3 *Nolo & volo verba, ſi coram vicinis proferuntur, quis non dicitur contumax.*
4 *Contumax, an & quando auditur appellans.*
5 *Sententia pro contumace abſente lata, valet.*
6 *Accuſatore abſente & non citato, ex probationibus in cauſa capituli reus condemnari poteſt.*
7 *Citatio non requiritur in his, quę præambula ſunt citationis.*
8 *Citationes quæ fiunt ad hoſpitia contra forenſes. an valeant.*

a **Ea, quę.** Vbi ceſſat *a* vera, & ficta contumacia, ibi con-
tra abſentem non poteſt ferri ſententia. hoc di-
cit. Nota, quod non lęditur ex temporis curſu, qui negligens
non

ADDITIO.

a A.B. vbi ceſſat. Hæc lex nō habet locum, vbi ex cauſa fideic. petitur libertas, quia poteſt interponi parte non citata, ita dicit gl. l. eum, §. placere, ver. vocari, ff. de fideic. lib. Item non habet locum in interlocutoria, licet ex hoc ſolo redarguatur iniqua, ita ſingulariter dicit Inn. in c. auditis, de procur, & c. cum inter vniuerſas. de elect. & non habet locum in ſententia de facto lata, quia facto tollitur, vt eſt glo. ſing. l. ſi minor, ff. de euic. Item in generali inquiſitione ad ſciendum quis ſit malefactor, non eſt neceſſaria citatio ſecundum Inno Item contra appellantem ab interlocutoria. c. 2. de dolo & contum. in 6. Item ſi dixiſſet ſe non venturum ad cauſam.

non fuit, in Auth. de appella. §. ſancimus, collat. 8. in text. & gloſ.
& vide de reſtitu. milit. l. ignorare. & facit ff. ſi cer. pet. l. quod te.
1 † modo quæro, quis ſit verus contumax. *a* glo. dicit. ꝙ ille qui
a dixit, nolo venire, vox eſt mentis euidentiſſimum argumentum
unde dolus animi probatur ex uerbo, vt not. ff. ex quibus cauſis
in poſſ. eat. l. fulcinius. §. ſed is, qui, in glo. non voluntas, per Dyn.
in c. pro poſſeſſore, de reg. iur. lib. 6. & l. apud Celſum, poſt princ.
de excep. doli. iſte aũt non eſt contumax, niſi in fine termini, vbi
id, quod verbo dixit, facto verificauit, & ſic eſt contumax re &
b verbo: nec enim oportet iterum eum citari, *b* ut no. in l. fi. ff. de ĩ
integ. reſt. debet ergo expectari in dilatione data, non in danda.
2 † Sed opponit. verbum. volo, eſt præſentis temporis, & certum
eſt ꝙ quis poteſt mutare voluntatem, vnde nõ ſeqtur, non uolo
4 ergo non volam. † item non ſequitur, nolo, ergo contumax ero,
vt ff. ad Tert. leg. filii mater, §. 1. Sed reſpondeo, verbum, nolo
c verificat *c* per verbũ, qđ ſubdit venire, ac ſi diceret, finaliter non
ueniam: in futurum. n. tẽdit omnino; vel de eo qui dixit, non cre
4 do venire. notatur in l. antepen. ff. ex quibus cauſis maior. † Sed
d quid *d* ſi iſta verba ſunt prolata coram vicinis? Reſpondeo ſm
Ioan. And. iſte non eſt verus contumax. Sed ↄ̃trium uidetur, cũ
apparet ſcire ſe eſſe citatum: ergo ſi ex induſtria non venit, eſt
verus contumax, ff. de euict. l. ſi rem q̃. §. j. item lex dicit, quod
omnia ſciens, & non cõparens, eſt uerus cõtumax. ff. de appell. l.
e ex conſenſu, §. 1. Sol. dicunt Doct. aut quis eſt inuentus *e* pſona
liter, & tunc eſt verus contumax aut non eſt perſonaliter inuen
tus, tunc eſt fictus, ideſt imaginarius & coniecturatus cõtumax,
mitius enim agitur cum eo, qui non eſt inuentus, q̃ cum eo qui
inuentus eſt, quia magis præſumitur contemnere. ſed ille, q non
eſt inuentus. minus p̄ſumitur contempſiſſe. vnde lex ſatis habet,
f quod talis patiatur diffinitiuam, tamen appellare poteſt. † Et dic
quod triplex eſt cõtumacia, ſcilicet maior; maxima, tacita & mi
nor, vt eſt iſta quando non eſt inuentus per nuncium, ſed poſtea
ſciuit. maior. qñ eſt inuentus, & per conſeqnens ſciuit: maxima
qñ eſt inuentus per nuncium, & dicit, nolo uenire, uel nunquam
veniam. primo caſu contumax auditur appellans ſm cõem opi-
nionem Doctorum, ſecundo caſu non auditur appellans, niſi
f veniat iudice ſedente pro tribunali. Tertio caſu *f* nullo modo au
ditur, vt ff. de in integ. reſt. l. diuus. ſed mirabile eſt, nã Doctores
allegant illam legem, ꝙ loquatur in appellatione: ſed illa lex đt
totum contrarium, ꝙ non auditur appellans, niſi ope. reſtitutio-
nis in integ. Sol. eo ipſo ꝙ ſtatim compares, lex ipſo iure reſtituit
decem dies ad appellandum, vt j. de appel. auth. hodie, per Butr.
canonizata eſt hæc opinio. quod comparens iudice ſedente pro
tribunali poſſit appellare, niſi expreſſe dixerit, nolo uenire: & ita
glo. tenet ubicunque, & generalis conſuetudo approbat. Bar. ve
ro, ff. de appell. l. ex conſenſu, §. eum qui dixit, ꝙ omnis qui ſciuit
congruo tp̄e ſe citatum, & non comparet, non poteſt appellare,
& ſic ſolis ignorantibus ſe citatos. vel iuſta cauſa impeditis, com
petit beneficium appellandi; vnde ſecundũ eum, non eſt differẽ-
tia in hoc, an ut inuentus, vel non: ſed an hoc ſciuerit, & potuerit
cõparere commode, vel ignorauerit. vnde ſm eum, ſi qs fuerit
citatus ad domum cõgruo tp̄e, & facili ad comparendum, ꝙ tñ
debet aduerſarius probare, ꝙ eum ſcientia apprehenderit: & ſi
non comparet, non appellat. & ſic non opportet ꝙ toto tempo-
re dilationis pręfixo ſciat, ſed ſufficit ꝙ ſciat etiam momento, ſi
tunc cõparere potuit habiliter. Bu. autem dicit hic, ꝙ omnis cita
tus ad domũ, eſt ficte cõtumax: quod verum credo inſpecto ini-
tio citationis, quo eſt ignorãs, niſi probaretur ꝙ latitabat. Dicas
quod duo sũt, qui videntur idem: & ſunt diuerſa, ſ. actus, & cita-
tio. Actus autẽ citandi eſt duplex, ſ. vocatiuus, qñ nuncius voce
tãtũ citat; alius intimatus, vt quando defert citationem in ſcri-
ptis, & eam pręſentat, iſti ambo actus ſunt momẽtanei, & actu
tranſeuntes, ſed ipſa citatio facta eſt actu permanens. Dic ergo,
ꝙ actus citandi apprehendit citatum, vel latitat. ita quod non
poſſit apprehendi, & hoc conſtat: & tunc citatus non obediens
eſt uerus cõtumax, qa ipſi citatori tanq̃ publico officiali ineſt q̃
dam authoritas, pp q̃ augetur contumacia. Si aũt iſte actus nõ ap
prehendit eum, ſed citatio deuenit aliter in eius notitiam, iſte nõ
eſt uerus contumax, quia licet ſciat ſe citatũ, ex poſt facto, tamẽ
g neſcit *g* per nuncium ad hoc deputatum, niſi forte ſit citatus p
edictum publice propoſitum, quia notorium, & quia actus illius
edicti uidentur omnes ciues perſonaliter apprehendere, arg. ex
tra, de poſtul. prælat. cap. 1. & ideo iſte ſciens non audiretur apel-
lans, præſertim ſi velit appellare non pro proprio, ſed pro publi-
co intereſſe, ut extra qui matrimo. accuſ. poſſ. c. cum in tua. idẽ
dicas, ꝙ parcitur venienti iudice ſedente pro tribunali. & in ca-
ſu, ubi ceſſat ratio l. diuus. quia illa le. diuus. ponit vnam rationẽ
tamen non excludit alias rationes, & inter cæteras rationes, qua
re audiatur appellans, hęc eſt vera, quia quæ incontinenti fiunt,
uidentur ineſſe. & quia non eſt ęquum, quod quis propter mo-
mentum temporis perdat ius ſuum irremediabiliter, ut no. in l.
1. §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Quæro, nunquid quæ-
libet occaſio excuſet a contumacia? Reſpondeo non. quia cer-
tę ſunt cauſæ, quę excuſant de iure, ut l. 2. ff. de in ius voc. & in l.
vir bonus, iudic. ſolui. friuolæ autem excuſationes non excuſant
tamen non ſunt friuolæ illæ, quę metum inducunt, vel quę ca-
dunt in hominem leuem, licet non conſtantem, vt l. ex conſen-
ſu, per gl. & Bar. & gl. dicit ibi, ꝙ obliuio excuſat. Bar. & melius,
niſi ſit obliuio cauſata ex infirmitate memoriæ; de qua conſtet,
vel ex lõginquitate, & temporis curſu, & ita dẽt intelligi quod
6 no. in l. fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. † Quæro, nunquid *h* va
h leat ſententia lata pro abſente non contumace? glo. dicit quod
ſic ſ. de iud. l. properandum, §. ſin autem reus. Contrarium no.
hic, & in l. furioſi, de reg. iur. Solutio, ſi nullo modo eſt citatus,
non valet, nec pro, nec contra. Sed ſi eſt citatus ex vnica citatio-
ne, põt eam ratificare, & iõ põt pro abſente ferri ſnĩa; quia quod
fauore abſentium introductum eſt, non debet retorqueri in eo
rum læſionem, & non poteſt ferri ſnĩa niſi pręſens petat. impu-
tet ergo ſibi pręſens, qui petit pronunciari, argu. ſupra de rebus
7 credit. l. generaliter, in princ. † Quęro, nunquid in cauſa capitali
accuſatore abſente, & non citato, poſſit reus condemnari ex p-
bationibus, vel ex confeſſione? Reſponde, quod ſic, quia permiſ
ſum eſt iudici ſupplere fauore publicę ſecuritatis. tex. eſt ſingula
ris inf. de adulter. l. quamuis indubitati. & facit l. 2. j. de abolitio.
8 † Vltimo nota, ꝙ quędam ſunt, in quibus non requiritur cita-
tio, vt in his, quæ pręambula ſunt citationi, ſicut eſt in petitione
i venię *i* ętatis. Item quando petitur bonorum poſſeſſio, vt not. ff.
de bon. poſſeſ. l. 3. §. ſi cauſa cognita. Item in dandis Apoſtolis,
vt j. de appella. l. eos. §. Apoſtolos. Item quando Pretor aperit
edictum ſuum omnibus tam citatis, quam non citatis, vt ff. de
K bon. autho. iudi. poſſiden. l. cum vnus. Extra quęro, an citatus *K*
a iure non comparens: ſit verus contumax, nam in hoc non po-
teſt allegari ignorantia, not. gl. ſingularis in c. 1. de dolo & con-
l tum. *l* in Clem. Item no. in hac materia, quod quidam eſt con-
tumax exiſtenter & apparenter, & iſte eſt ille contumax, qui nõ
appellat. Quidam exiſtenter, ſed non apparẽter, vt quia non fuit
inuentus; & iſta eſt contumacia velata, & tacita, quę non impe-
dit remedium appellandi, vt expreſſe determinat hic Butrig. &
communiter omnes & ratio cõſiſtit in illa regula iuris, ꝙ expreſ
ſa nocent, non expreſſa non nocent. dic vt ſ. dixi, ad excuſandũ
contumaciam pręſumptiones ſufficiunt, vt ff. de re milit. l. non
omnes, §. a Barbaris, & l. j. §. ſi ad diem. ubi dr̃, quod ſi aliquis
vult ſe excuſare, debet ei dari terminus ad defenſionem facien-
dam. & eſt tex. valde nota. ſi tamen conſtaret, quod etiam impe
dimento ceſſante nolebant comparere, tunc impedimentum ei
nõ prodeſt, vt ff. ex quib. cau. maio. l. is, qui Reipublicę. vbi dicit
lex, quod cauſę abſentię & fruſtratorię audiendę non ſunt, ff. de
neg. geſt. l. liberto, §. fi. Et nota. ꝙ ſi quis fuit meticuloſus, quia
timuit comparere propter aliquam paruam tempeſtatem ma-
ris, tamen a vera contumacia excuſatur, & a mulcta inducenda
vt no. in l. j. in fi. ff. ſi quis ius dicen. non ob temp. Quid de eo, qui
m propter febrem *m* receſſit? Reſpondeo, vt l. quęſitum ff. de re
iudi. Idem ſi propter ſuperfluum pondus, arg. ſ. de teſt. l. cum an
tiquitas quę omnia arbitrio iudicis committuntur; ſicut & illa,
ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. Nam quę in facti veritate con
ſiſtunt, arbitrium iudicis deſiderant, vt l. mora, ff. de vſur. Quę-
ro, quę dicatur domus habitationis; Reſpondeo domus man-
9 ſionis, non domus peregrinationis. † Et hoc no. contra citatio-
n nes, quę fiunt pro maleficijs contra forenſes *n* ad hoſpitia, quę
non valent de iure, vt ff. de aleat. l. 1. §. ad domum. ff. de iniur. l.
lex Cornelia, §. domum, ff. de his, qui deiecerunt, vel effud. l. 1. §.
habitare, ſecundum Vbert. de Cremona.

ADDITIONES.

a Verus contumax. Vide Bal. in l. tres, inf. eo. & in l. ex conſenſu, §. fi. ff. de appellat.

b Citari. Idem, ſi ſemel citatus fuit vltra mare. no. Bal. in l. 2. in fi. ſup. eo. & in l. deberi, ſup. de fideicom. lib.

c Nolo. Vide quod no. gl. 2. in l. ſtipulationum aliæ, §. ſtipulatio, ff. de verb. obli.

d Sed quid. Vide Bal. in l. conſentaneum, ver. quæro, vtrum in hac, inf. eo.

e Aut quis eſt inuentus, An contumax audiatur appellans, dic ꝙ ſi contumax verus vigore ſtatuti eſt vlterius citandus, vel vigore leg. vel ſi poteſt moram purgare, vel ſi expectatur de benignitate, intra illud tempus poteſt appellare, ſecundũ Bal. in l. 2. ff. ſi pend. app. mors interue.

f Tertio caſu. Vide Ang. & Im. plene in l. ex conſenſu, §. fin. ff. de ap. & Bal. in auth. hodie inf. de app. item limitatur, niſi comparuerit, & licentiatus receſſerit, ſecundum Bal. in l. 5. inf. quo. app. non rec.

g Tamen neſcit. Ita etiam tenet Cyn. Guil. de Cug. & Ray. in l. properandum, §. ſin autem reus, ſup. de iud. ſed Inn. contra in l. ex conſenſu, §. fi. ff. de appel.

h Nunquid Vide ſup. ea. l. in princ.

i Petitione veniæ. Vide Bal. in l. ſed ſi hac, §. prætor, ff. de in ius voc. & in l. eos, §. Apoſtolos, inf. de appel.

K An citatus. Vide Ang. & Imo. in l. ex conſenſu, §. fi. ff. de appel. cum concor. & Bal. in l. properandum, §. ſin autem reus, ſup. de iud.

l P.D. Contumacia. Et ibidem vide per Card. Et de eo, qui non appellat, per Alex. in l. fi. de reſtit. in integ. & per Spec. in §. 1. verſ. ſiue contumax, de his apparenter, & non exiſtenter, aut contra, vide per Bar. in l. fi.

m P.D. Febrem. in hoc, quando diſcedens a iudicio ſine iudicis licentia contumax dicatur. vide Fel. in c. 1. de iudi. ver. vtrum recedens. Et adde ꝙ nõ tantum non cõtumax dr̃, qui fuit infirmus, ſed ẽt qui ob aliquorum de ſuis domeſticis infirmitatem fuit impeditus per Ale. & alios in l. 2. §. ſi quis iudicio, ff. ſi quis cautio.

n Contra forenſes. Vide Bar. in l. 1. §. 1. ff. de lib. ang. & Bal. & Bar. in §. habitare, hic, alleg. & Bar. in l. 4. §. prætor. verſ. quid ſi non habet, ff. de dam. infec.

LEX V.

1 *In citatorio debet apponi tempus.*
2 *Citatio ad domum contra abſentem, qualiter fieri debeat.*
3 *Peremptorie, ad verbium, debet apponi ſi vnum edictū pro tribus ponat.*
4 *Citatio an continere debeat aliquem actum.*
5 *Contumax dicitur qui in contumacia perſeuerat.*
6 *Præiudicium magnum non conſiſtit in exhibendo.*
7 *Contumaciæ ſucceſſor in proceſſum prædeceſſoris ſuccedit.*
8 *Reus propter nimiam contumaciam perſonaliter capi poteſt.*
9 *Reus propter contumaciam perdit dominium.*
10 *Sententia diffinitiua pro ius habente ferri debet.*
11 *Iudex a citatione reali, an incipere poſſit.*
12 *Citatio quot dies habeat.*
13 *Dilatio in reo abſente, an per ius authenticorum ſit augmentata.*
14 *Contumacia ad hoc, quod quis dicatur verus contumax, non requiritur ꝙ ſit expreſſa.*
15 *Delegatus an poſt litem conteſt. perſonaliter citare poſſit.*
16 *Verbum incumbit, quomodo intelligatur.*
17 *Poſſeſſionem quæ ex contumacia aufertur, quando quis recuperare poſſit.*
18 *Terminus ad excipiendum datus, intelligatur peremptorius.*
19 *Citationes ſolennes, ante litem conteſtatam locum habent.*
20 *Appellari poteſt a miſſiones, quæ veram & perpetuā poſſeſſionē trāsfert.*
21 *Contradictio, non eſt modus transferendæ poſſeſſionis.*
22 *Contumax propter contumaciam, perdit beneficium.*
23 *Contumax in reali conſtitutus poſt litem cōteſtatā perdit alterū de tribus.*
24 *Citatio quatuor continere debet.*
25 *Captura perſonæ citationem præcedere non debet.*
26 *Iudex nuncium dare non poteſt, ſi ex pacto licitum eſt capere debitorem.*
26 *Conſentaneum quare dicatur.*
28 *Poſſeſſionis translatio an fieri poſſit.*
29 *Poſſeſſio in perſonali an transferri poſſit.*
30 *Miſſiones ex inſtrumentis confeſſionatis poſſeſſionem veram transferunt.*
31 *Poſſesſio in reali, an transferri posſit.*
32 *Poſſesſio realis & perſonalis, qualiter differunt.*
33 *Decretum nudum ſuper nuda poſſesſione interponi poteſt.*
34 *Miſſio in poſſesſionem in ciuili poſſesſione abſentis fieri poteſt.*
35 *Rei vendicatio contra ciuiliter posſidentem fieri poteſt.*
36 *Præſens non eſt citandus.*
37 *Iudex niſi nuncius referat, ſententiam ferre non poteſt.*
38 *Citatio qualiter probari poteſt mortuo viatore prius, quam referat.*
39 *Muliter luxurioſe viuens an perſonaliter capi posſit. & nu. 40.*
41 *Libellus dirigendus eſt contra poſſeſſorem.*
42 *Actor qui plene probauit miſſionem factam in reali, an diffinitiuam impetrare posſit.*
43 *Miſſio prima, an dicatur executio.*

Conſentaneum, Reus poſt litem conteſtatā ſe abſentās, citatus trib. edictis, vel
vno pro omnib. peremptorie, in contumacia perſeuerans, pati-
tur vel ad iudicium deductionē, vel poſſeſſionis petitę trāſlatio
nem: vel ſi plene conſtat de cā, diffinitiuam cōdemnationem, ꝙ
duæ ſunt lecturæ: vna ꝙ loquatur in reali, alia ꝙ in perſonali, pri
ma vera. Item ſunt duæ aliæ lecturę. vna, ꝙ loquatur poſt litem
conteſtatam; alia, ꝙ ante. prima vera. Diuiditur in duas partes.
Prima ponit modum conſtituendi reum in contumacia. Secun
da ponit remedia contra ipſum cōtumacem ſecunda ibi, a quo.
Caius Seius agebat ꝯ Titium rei vendi, ad fundum: lite cōteſta
ta, iurato de calumnia, Titius abſentauit ſe. Quærit qualiter ſit
procedendum ꝯ Titium? Rñdetur ꝙ conſentaneum iuri ē, ꝙ aſ
ſignetur dicto Titio tpa ad præſentiam ſui faciendā, videlicet ꝑ
trinas literas, vel vnum peremptorium pro tribus. & ſi in contu
macia perſeuerat. Iudex debet audire allegationes præſentis, &
idem facit ſucceſſor, iudice mutato, & ſic in ſucceſſorē cōtinua-
tur proceſſus. Sed inſtat quærens, ecce ꝙ iſte reus citatus non ꝯ
paret, ad quę remedia perueniet ur? Reſpondeo, ꝙ cogetur com
parere perſonaliter eum capiendo, vel cogetur dimittere poſſeſ
ſionem rei petitæ, vel factis probationib. contra eum feret diffi-
1 nitiua, prout iuris rō poſtulauerit. h. d. † Nota primo, *a* quod in ci
a tatorio debet apponi tempus ibi, temporibus. Item mandatū, &
forma mandari. ibi, ad præſentiam. Item locus, vt ſup. eod. l. ſi, vt
proponis, la ſecunda. Item hoc debet fieri ad petitionem acto-
b ris, *b* alias citatio non arctat, vt ff. de iudic. l. ad peremptorium. &
2 ȷ͂. de bo. autho. iud. poſſ. l. fin. in princ. in verbo, poſtulauit. † Se-
c cundo nota, quod modus *c* citandi abſentem ad domum, eſt ꝑ
literas. vox enim nuncij ſine literis euaneſcit cito: & nō eſt bene
tua citatio, ſecundum Hoſt. & iſtæ literæ debent mitti addo-
mum citati, arg. ff. de exerc. l. ſi pupillus. §. proſcribere. pōt etiam
citari per edicta, quia ſchedula affigitur in albo Prætoris, vel in
foribus palatij. Communitatis illius terrę, vel ſi eſt iudex eccleſia
ſticus, in foribus eccleſię catedralis, vt in ca. cauſam, de elec. in
Clem. nam telis citatio inducit quoddam notorium, & ideo lex
reputat eam ſolemnem: hoc enim eſt, quod dicitur ꝓ roſtris in
3 l. 2. ff. de orig. iuris. † Tertio nota, quod quando apponitur v-
num edictum pro tribus, debet apponi aduerbium, perēptorie,
aliter enim hæc ſummaria citatio non habet vim peremptorij,
d vt hic innuit. ſed Bar. in l. ſi finita, §. Iulianus, *d* de dam. infect. vī
dicere, ꝙ ſit idem, ſi ſit dictum, vna pro omnibus quod ꝑempto
riæ, vt hic. nam verbum, pro omnibus, eſt uerbū iudicis: ſed ver-
bum, peremptorie, eſt verbum legis, quantū eſt in tex. iſto, ſecus
ſi dicatur una pro tribus. Tu dic, ꝙ idem eſt dicere, vna pro trib.
ꝙ peremptorie. ȷ͂. eo. l. tres denunciationes, & l. cōtumacia, ff. de
4 re iud. † Quarto nota, ꝙ tenet iſta citatio, *e* venias ad pręſentiam
e noſtram, Sed nunquid *f* eſt neceſſe, ꝙ exprimatur ad quem actū?
f Videtur, ꝙ non, vt hic: nā ſatis eſt citatio ad cām, licet non ad cer-
tum articulum, vt ſentit Inno. extra, de offic. delega. c. conſuluit
Vel dic, ꝙ aut citatio ſe refert ad cām, puta ad rñdendum poſi-
tioni productæ: vel ſe refert ad acta, vt hic erat, quia erat lis cōte
ſtata, & tunc citatio valet. ſecus ſi in nube citat aliquis, & non ap
paret ad qd, nec quare ſeu ob quā cām: quia non valet pręceptū
ſine cā, & maxime peremptoriū, cum ſit indiſcretū, vt no. Cy. in
l. quoties. ſ͂. de fideicom. quidā tñ dicunt, ꝙ ordinarius ſemꝑ pſu
mitur citare ex cā, & iō eſt cōparendum, vt no. in l. ex quacunq;
ſi quis in ius vocatus non ierit. & ſic pſumatur pro citatione or-
dinarij, ut l. fi. ſ͂. de annali excep. & hęc verior, dummodo ſit cita
5 tus ad petitionem actoris. † Quinto nota, quod ille dr̄ cōtumax,
qui in contumacia perſeuerat. vñ cōtumacia pōt deſcribi, quod
eſt nō obedientis pertinacia. Et argue, ꝙ ſufficit ꝯparere ī vltimo
g termino: *g* & ſimiliter qui in ultimo non comparet, pro contu-
mace habetur, vt no. Ia. de Are. ff. de noui oper. nun. l. prætor, §. ſi
aliqñ, quod intellige, niſi prius ꝯparuerit aduerſari preſente: nā
tunc conſumpta eſſet dilatio, vt ff. de app. l. ex conſenſu, §. eum
qui. in verbo, rumpere. Sexto no. ꝙ reo conſtituto in cōtuma-
cia, debent audiri allegationes pſentis: ergo ad miſſionem in ve-
rā poſſeſſionē non eſt procedendū, ſi nihil eſt probatū. nō. n. ſuf-
ficit ſola contumacia nullis factis probationibus, vt poſſeſſio reo
auferatur: nec puto ꝙ ſufficiat iuramētum actoris ꝑ l. theſaurus,
6 ff. ad exhibē. nā† in exhibendo nō ꝯſiſtit pīudiciū, ſed in poſſeſſio
ne ꝑdenda cōſiſtit pīudiciū ēt magnū, vt Inſti. de interdictis, §.
cōmodū. ꝙ verum eſt, ēt in incorporalib. vt ff. de ope. no. nun. l.
ſi prius. Septimo nota, ꝙ ſucceſſor contumacis ſuccedit in pro-
7 ceſſum pdeceſſoris ſic. ff. de iudic. leg. mortuo. † Modo quęrunt
h Doct. pone *h* ꝙ ordinarius decurſo peremptorio delegat cām,
vtrum delegatus denuo teneat̄ citare? Dic ꝙ non, niſi ſemel, ita
intelligatur qđ notat Inn in c. dudum, el primo, extra, de elect. in
glo. pen. & Archid. v. q. 4. c. ſi ægrotus. & 84. quæſt. 3. c. de illicita.
8 † Octauo nota. *i* quod propter nimiam contumaciam poteſt
i reus perſonaliter capi, & ad iudicem duci. & hoc caſu etiam in
K ciuilibus *K* cauſis fit remiſſio pſonalis ad locum iudicij inchoa-
ti, textus eſt ſingularis hic, qui non eſt alibi. Scias tñ, ꝙ nuncius
nō pōt perſonaliter capere ſine ſpeciali mandato, de quo cōſtet
ꝑ publicam, vel authenticā ſcripturā. ut ȷ͂. de exhibē. reis. l. nemi
9 nem. † Nono no. ꝙ reus ꝑꝑ contumaciam perdit poſſeſſionem
ſed non dominium: nam dñium nō perditur ex interlocutoria,
ſed bene perderetur ex diffinitiua, ut ff. de ſtatulib. l. ſtatuliberi a
cæteris. §. fi. Sed quid ſi nullam poſſeſſionem habet vt depoſita
l rius; Reſpondeo, non poteſt *l* perdere ꝙ habet, res tamen ſeque-
m ſtrabitur *m* ꝑꝑ contumaciam eius, argumen. ff. de pollicit. l. e de
pollicita-

ADDITIONES.

a No. primo. Vide inf. & Bal. & Ang. in l. vt perfectius ſup. de annali except.
b Actoris. Vide Bal. in l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de dam. inf.
c Modus. Vide Bal. & Ang. in l. 2. ſup. de anna. excep. Anto. & Butrig. & Imol. in cap. cum dilecti. per illum tex. extra, de dolo & contuma. & Bart. in l. quoties, in fi. de digni. lib. 12.
d § Iulianus. Sed certe Bar. ibi, in fi. 2. q. dicit, ꝙ hæc citatio habet vim peremptorij, & probatur in l. nonnunquam. ff. de iudic.
e Citatio. Vide Bar. in extrauag. ad repri. ſuper tit. ſuper dicto crimine.
f Sed nunquid. Vide Bal. in l. quoties, hic alleg. Bar. in l. filiusfamilias, §. diui. in fi. de leg. 1. & quod ibi dixi. & not. Bart. in l. fi. ſup. de aunal. excep. & in l. aut qui aliter & ibi poſt eum clarius dixi, ff. quod vi aut clam. & Bal. in l. 2. inf. de exhib. reis & in auth. offeratur, verſ. ſed iuxta hoc quæro, nunquid. de lit. cont. Rom. in l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de dam. infec.
g Vltimo termino. Vide late Bar. in l. qui ante calendas, ff. de verb. oblig.
h Pone. Vide in l. & poſt edictum, §. fi. ff. de iudic.
i A. B. Octauo no. Nota quod propter nimiam contumaciam poteſt reus perſonaliter capi, & ſic eſt locus remiſſioni. & eſt not. limitatio ad §. contrahentes, vide aliam per gl. ſing. l. fi. ſi quis in ius voc. non ierit. aliam in §. ſi vero etiam quidam iurent. in Auth. de exhi. reis. quæ eſt ſing. ſecundum Ang. in præalleg. l. 1. vide eundem in l. hæres abſens, ff. de iudic.
K Ciuilibus. No. ſingularem limitationem ad l. hæres abſens, cum ibi no. ff. de iud. & ibi ſequitur Rom. in l. ſi vero. §. de viro, in 47. fallen. ff. ſolut. matr. ſed ipſe tenet contra, in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non. ierit.
l A. B. Reſpondeo non poteſt. Quomodo autem fiet miſſio in negatoria, quia pronunciauit iudex reum contumacem cauere de non moleſtando actorem ædificare volentem, priuſquam doceat ſibi ſeruitutem competere, vt l. ſi priuſquam, de oper. nou. nun. & eadem forma ſeruatur, cum agitur interdicto vti poſſidetis. ſup quo gl. ſingularis ibi dubitauit, & hæc omnia ſunt de mente Inn. in c. 1. de eo, qui mit. in poſſ. Et attende, quia antequam iudex transferat poſſeſſionem, & dicere, volo primo reum mulctare, vel excommunicare, vel volo te mittere in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, & ſi non ſufficiat conſtituam poſſeſſorem, vt ſingulariter tenet Innoc. in præalleg. c. limitando iſtam l. quod no.
m Sequeſtrabitur. Vide c. olim, de reſcri. & c. ex literis, & ibi no. ext. de dol. & cont.

pollicitationib.ff.de dolo.l.ſi oleum.& ff.de condi.& demon.le.
Titio vſusfru.ff.vſusfru.quemad.caue.l.4.§.deſinere. & hoc, ſi
non nominet dñm ĩ iudicio: ſi aũt nominat, proceditur ſm for-
mam, l.2.ſ.vbi in rem act. Dicit Inn. ꝙ iudex afferre præiudiciũ
nõ intendit poſſeſſori nõ citato, vt extra, vt lit. non conteſt. c. qm̃
10 frequenter.† Vltimo no. diffinitiuam ſñiam debere ferri ꝓ ius
a habente, quiſquis ſit ille actor, vel reus: ſed interlocutoria *a* con
cernens cõtumaciam debet ferri præciſe ꝯ contumacem ĩ eius
pęnam: vnde non tam attendunt litis merita, q̃ ꝯtumacię deme
rita. Sed quęro, an in libello rei vendicationis ſufficiat narrati-
ue dicere, dico rem ad me pertinere iure dñii, vel quaſi, licet in ꝯ
cluſione nõ repetant iſta uerba peto me declarari dominũ, vel
quaſi. Reſpondeo, ſufficit, quia ex narratis infertur, dum tamen
aliqua verba ſimilia ponant. tex. eſt notabilis in cap. abbate ſane.
de re iud. lib. 6. in prin. & ibi no. & hoc facit ꝯ proteruos aduoca
11 tos, qui aucupantur literas.† item quęro ad declarationem *b* li-
b teræ, vtrum iudex *c* a citatione reali poſſit incipere? & vr̃ ꝙ non:
c quia iſta litera dat formam perueniendi ad capturã perſonę, quę
eſt maior q̃ captura rei. & hoc placet Iac. But. niſi reus ſit ſuſpe-
d ctus de fuga, *d* vt no. Dyn. ĩ. de appe. l. eos. §. pen. non enim debet
citari verbo, ne ad fugam inſtruatur, ſm Butrig. hoc verum in ci
e uilibus, ſed in criminalibus *e* põt incipi a captura, ut in c. ſi cleri-
12 cos. de ſent. excom. lib. 6.† Quæro, quot dies habeat citatio? Re-
ſpon. quælibet citatio rei hẽt decem dies. dicit Inn. ꝙ induciæ ci-
tatoriæ, ideſt exceptatoriæ abſentis ſine cauſæ cognitione, ſcili-
f cet magna, poſſunt augeri, *f* & minuti, ut ipſe notat extra, de dila.
c. præterea. ad quod facit c. dilectus, de proc. ſm Io. An. ſed Ac-
cur. aliud dicit ĩ. eo. auth. qui ſemel. ſuper verbo, 30. dierum. nã
quando numerus dierum eſt ſtatutus pro forma, non poteſt au
13 geri, nec minui: ſed cõſuetudo ſeruat dictum Inno.† Quęro, an
g hodie *g* per ius auth. ſit augmentata dilatio decem dierũ in reo
abſente? Teneas ꝙ non, quia legum correctio eſt euitãda, ſecus
in actore, licet Io. dicat idem in vtroq;, motus ex eo, quia æqua-
litas eſt ſeruanda in iudiciis, vt l. ſ. de fruc. & lit. expen. & l. peten-
dæ, de temp. in integ. reſti. peten. Sed, illud eſt verum ꝑterquam ĩ
14 dilationibus taxatis.† Quæro, vtrum in hac lege requiratur ex-
preſſa contumacia. Reſpondeo non, imo ſufficit tacita. qa litera
tribus denunciationibus eſt contenta: nec exigitur, ꝙ reus ſit ꝑ-
ſonaliter inuentus, vel ꝙ dixerit, nolo venire. Et dicit gloſ. mul-
h tum notabilis, ꝙ nullus eſt expreſſus *h* ꝯtumax, niſi ille qui dicit
nolo venire. q̃ gl. not. Io. And. dicit. ꝙ nullus eſt expreſſus contu
max, niſi ille qui dicit nuncio, nolo venire: ſecus ſi coram vici-
nis, vt no. Io. And. in c. venerabilibus, §. ſecus. de ſenten. excom.
lib. 6. Sed male dicit, ſm Bar. Tu dic, ꝙ ſi iſta verba dicit nuncio
vr̃ renunciare dilationi pendenti, ſecus ſi coram vicis, argum, ſ.
15 de pac. leg. poſtquam liti.† Quęro, nunquid delegatus poſt litem
cõteſtatam poſſit citari perſonaliter? Reſpondeo non, ſm gl. qa
talis captura reputatur eſſe maior, q̃ miſſio in poſſeſſionem, etiã
veram, vel ſaltem eſt pars arg. huius literæ. & quia capere perſo
nam, eſt quodammodo in carcerem ducere, quod non omnib.
eſt permiſſum, ſed tantum maioribus magiſtratibus, ut l. 2. de o-
rig. iuris. & not. per Docto. l. imperium, ff. de iuriſdict. omn. iud.
16 † Quæro, qũo intelligatur uerbum incumbit? Reſpondet gloſſ.
corpore, uel animo. nam incumbere dr̃ qualitercunq. quis poſſi
deat. vt hic l. 9. ĩ. de condu. & procu. præ. fiſc. domus Augu. li. 11.
Modo venio ad gl. magnã, & hic uides qũo cotumacia cõmiſſa
in reali iudicio reo aufert poſſeſſio perpetuo, donec eam recupe
rat agendo & probando de dñio. nã excipere de dñio non poteſt
17 ſed agere, qđ eſt not.† modo quæro, qñ hoc ſit verum. Reſpon.
breuiter, poſt litem ꝯteſt. ut hic, uel quaſi. conteſt. ut l. 2. ſ. ubi in
rem act. Sed lite non ꝯteſt. vel quaſi, fit miſſio ſimplex, & com-
mutabilis, q̃ trãſit in perpetuã poſſeſſionẽ demum poſt annum,
reo ꝯtumaciã non purgante interim, l. ſi quis emptionis, in fi. de
pſcri. 30. ann. & extra, ut lite nõ cõteſta. c. qm̃ frequenter, in fine
18 † Extra quæro, vtrum terminus *i* datus ad excipiendum, intel-
i ligatur peremptorius. Reſpondeo ꝙ ſic, vt not. in ca. 1. de except.
19 in gl. quæ incipit, tenet hoſti. quam tene menti.† Quęro, an iſtæ
K citationes *k* tam ſolennes habeãt locũ ante litem conteſt. Reſp.
ſic, ſm gl. Iac. But. dicit ꝯrium, qa non agitur de pleno ꝑiudicio,
vñ ꝯſuetudo approbat, ꝙ non requirat peremptoriũ. ſed ipſe di-
cit, quantum ad poſſeſſionẽ transferendam ꝯ caſum l. pſenti, §.
ſic ubi. ſ. de his, qui ad eccl. ꝯfu. & iõ gl. dicit verum. dictum Bu.
l poſſet habere locum in primo decreto *l* ſimpl̃r reali, & non ubi
poſſeſſio perditur. de hoc notat accurſius ff. de dam. inf. l. ſi fini-
20 ta, §. Iulianus.† Quæro, nunquid *m* a tali miſſione, quæ trãsfert
m ueram & perpetuam poſſeſſionem poſſit appellari: & vr̃ ꝙ non,
quia in poſſeſſorio non appellatur. dicit tñ Guil. de Cu. ꝙ etiã ĩ
poſſeſſorio apellatur, ſi rõ appellandi ſit in promptu, ut ipſe no-
tat, ff. de mino. leg. ſi ex cã, §. nunc uidendum. qđ eſt not. modo
q̃ro, quid ſi reus non habet rei uendicationẽ, ſed publicianam,
utrum poterit recuperare poſſeſſionẽ ex ui publiciana. Reſpon
21 deo ꝙ ſic, ut Inſti. de acti. §. aliæ.† Quæro, nũquid ad impedien-
n dum miſſionẽ admittatur *n* eius ꝯdictor, qui probat ſua intereſ-
ſe. Reſpondeo, ꝯdictio non eſt modus transferendæ poſſeſſio-
nis, nec impediendę miſſionis reo poſſidente Operatur ergo nõ
ꝙ iudex debeat reuocare decretum, ſed debeat pronunciare ꝯ-
dictione liqdata, ꝑ hoc nullũ ꝑiudiciũ fieri ꝯdictori, qđ eſt no. di
gnũ, §. ſi ſuꝑ, in l. a diuo, ff. de re iudi. Quæro, nunquid iſta lex ha-
beat locum, ſi agatur ꝑſonali ad certam ſpeciẽ? Reſp. ꝙ ſic quo
ad primum remedium capiẽdi perſonam, ſed non quo, ad ſm, ſ.
translationis veræ poſſeſſionis, nec quo ad vltimum, ſcilicet
22 dñij declarationis. & dic vt ĩ. dicã.† Quęro, an ille q dẽt capi, poſ
ſit mittere procuratorem? & vr̃ ꝙ hoc bñficium ꝑdat ꝑꝑ ꝯtu-
maciam: nam & alias denegatur iuriſdictio, vt ff. ex quib. cau.
mai. l. ſed & ſi per ꝑtorem, §. ſed & ſi dum decreto. Puto, ꝙ ſi iu-
o dex *o* vult eum mulctare, vel quia melius ſcit veritatẽ, ꝙ non poſ
ſit procuratorẽ conſtituere inuito aduerſario: ſed ſi nõ intereſt
aduerſarij, poſſet, arg. l. ex quacunq; in fi. ff. ſi quis in ius vocatus
23 non ierit.† Et no. ꝙ Iac. But. ſatis exquiſite & ordinate legens
hanc l. ſummat eam ſic, Conſtitutus contumax ẽt reus in reali
poſt litem cõteſt. patitur alterum de tribus: aut realem ductionẽ
ad iudicium, vel poſſeſſionis traslationem, vel diffinitiuæ ſenten
tiæ prolationem. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponit,
ꝙ eſt officium iudicis, vt reus conſtituatur in contumacia, vſq;
ibi, A quo. & ibi ponitur aliud, quod eſt officium iudicis reo cõ
ſtituto in ꝯtumacia vſque ad finem. & bene dicit de officio iudi
cis, quia excepto libello, quicquid fit in iudicio, iudicis officium
requirit, ſ. mercenarium. ideo enim in iudicijs perſonalibus offi
cium iudicis requiritur, vt ff. de offi. iud. l. 1. quia poſt litem con
teſtatam fortius eſt in his, quæ debent in condemnationem ve-
nire, vt ſ. de iud. l. 1. & ff. de ędi. edic. l. ędiles, §. item ſciendum.
p Vnum ſcias, ꝙ delegatus *p* ante litem ꝯteſtatam non poteſt ab-
ſoluere ab obſeruatione iudicij, ſed ordinarius ſic, vt ſ. de ꝓcur. l.
24 ſi reus paratus, quæ lex non eſt alibi.† Deinde ad euidentiam prę
mitto, ꝙ quatuor ponit hęc lex circa citationem. Primo tempus
citationis, ſ. decem dierum. ibi temporibus. Secundo citationũ
numerum. ibi, trinis. Tertio citationis ſpeciem, quia citatur
per edictum in albo propoſitum. Quarto citationis formam,
quia debet dicere nuncius, ꝙ talis compareat coram iudice die
tali ad cauſam audiendam, non autem oportet in citatorio con-
q tineri, *q* quæ ſit iudicis intentio, niſi in generali hoc modo, alias
eius abſentia non obſtante procederetur in cauſa. tu dic, ꝙ nec
hoc eſt neceſſe dicere, quia tacite intelligitur, niſi iudex velit ex
cauſa comminari, vt no. in l. ſi apparitor, ĩ. de cohorta. lib. 11. No
ta de tribus remedijs. Item nota prædicta quatuor remedia, ꝙ
iſta ſunt remedia quo ad intereſſe actionis, ſed quo ad intereſſe
Reipublicæ, remedium eſt per modum mulctæ, vt l. mulctarũ,
C. de modo mulct. Item punitur ꝯtumax ꝑ edictum ꝑtoris, l. j. §.
fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Item per denegationẽ iuriſdi
ctionis, vt l. ſed & per ꝑtorẽ, §. ſed & ſi dum decreto, ff. ex quibus
cau. maio. vnde non ſolũ ꝯtumax repellitur a limine, illius iudi-
cij, in quo eſt contumax: ſed a limine alterius iudicij, in quo nõ
eſt contumax. Quod intelligo inter eaſdem perſonas, ſi hoc præ
25 tor decernit: quod eſt notatu dignum.† Quæro vna cum Butr.
r nunqd poſſit incipi a captura *r* perſonæ? Reſpondeo non, *ſ* quia
ſ nec a captura rei petitæ, quæ minor: nam ſi prohibetur minus,
ergo

ADDITIONES.

a Sed interlocutoria In contrarium facit quod not. Bal. in l. 1. ſup. quib. non ob lon. temp. præſcri. ſed ibi loquitur, quando nullo modo eſt citatus, hic ſecus. ideo nihil poteſt agi in odium contumacis.
b A.B. Quæro ad declarationem, An iudex poterit incipere a citatione reali. Bar. no hic dicit, ꝙ ex vrbanitate, iudex non tenetur, ſed ſi vult poteſt a captura incipere.
c Vtrum iudex vide Bal. inf. & Bar. hic, & quod poſt eum dixi.
d De fuga Vide notab. per Bar. in l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in frau. cre. & quæ ibi dixi, & Bar. inf.
e In criminalib. Vide Bar. in l. ſacrilegij, §. Labeo, ff. ad leg. iu. repe. & in l. ſi quis curialis, ſup. de Epiſ. & cler. & Bal. in l. 2. de his, qui latrones occult.
f Poſſunt augeri. Vide Bal. & Ang. in l. vt perfectius, ſup. de ann. excep. & gl. in auth. qui ſemel. inf. eo. & ibi Bar. & Bal. in l. ad peremptorium, ff. de iud. & Spec. in ti. de dilationib. §. ſi. verſi. vltimo not.
g An hodie. Vide gl. in auth. qui ſemel inf. eo. in verſi. triginta, & Bal. ibi.
h Expreſſus. Quis ſit verus contumax, vide Bal. in l. ea, quæ. ſup. eo.
i Vtrum terminus. uide Ang. in l. ſi. ff. de feri.
K Citationes. uide gl. & ibi Bal. in l. & poſt edictum, in prin. ff. de iudi.
l Decreto. primum decretum non requirit peremptorium. uide Bar. hic, & vbiq; & Bal. latius in auth. ei qui, inf. de bo. autho. iud. poſſ.
m Quæro, nunquid. uide no. per Bal. in l. a. ff. de app. reci.
n Admittatur. uide Bal. in l. 2. ff. ſi ex nox. cauſa agatur.
o A.B. puto quod ſi iudex. et ibi eſt gl. ſi. ſecundum Ang. in l. per interuallum, ff. de iud.
p Delegatus. Et eſt ratio ſecundum gl. in l. ſi reus, hic alleg. quia ante non eſt dominus litis. uide Bal. in l. inuicem, ſup. de compen. ſed Bart. in d. l. ſi reus, tenet contra.
q Contineri. uide ſup. ea. l. in l. 1. col.
r A captura. dixi ſup. ea. l. in ver. in criminalib.
ſ Reſpondeo, non no. quod non eſt incipiendum a captura, niſi timeatur de fuga. uide Ang. in l. 2. ſol. mat. & l. nemo carcerem, inf. de exac. tri. & leg. ſi debitori, ff. de iud. Bal. i leg. apertiſſimi, ſup. de iud. Bar. in l. ait prætor, §. ſi debitori q̃ in frau. cre. Bal. in præalle. l. ſi debitori. Ang. in l. arbitro, q. ſat. cog. Bal. limitauit non habere locum in debito paruo, in auth. ſed iam neceſſe, ſup. de don. ante nup. Qũo probetur ſuſpicio. uide in præalle. l. 2. ſol. ma. Ang. & Bald. in le. ſi ꝓcurator, ſup. manda. & in iſtis locis Bal. contradicit Ang. in leg. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. 10.
Bal ad poſter. uo. Cod.

ergo & maius.vñ antequã reus capiatur,debet moneri.Fallit, ſi
a probabiliter timeret de eius fuga: *a* nam ſi hoc eſt veriſimile,po
teſt capi,alia citatione non p̃miſſa,vt l.ait p̃tor,§.ſi debitorem,ff.
de his, quæ in frau.cred.But.tñ dicit,ꝙ debitum debet eſſe liqui
b dum, *b* & talis ſuſpicio probatur per indicia,*c* & argum.vt l.non
c omnis.§.a Barbaris,ff.de re mi.& ſuper iſta ſuſpicione *d* poterũt
d recipi teſtes eo non citato,& hoc eſt ſpecialiſſimum,ne fuga in-
26 ſtruatur.† Sed quid *e* ſi ex pacto eſt licitum capere debitorem
e nunquid Iudex poterit dare nuncium,ẽt ſi non ſit ſuſpectus? Re
ſpondeo,ꝙ non põt fieri per pactũ,põt meri p̱ iudicem in execu
f tione pacti gloſſ. eſt ſingularis *f* Inſt.de libert.§. ſerui.† Deinde
27 But.recitat apparatum hoc mõ:quia primo quærit, quare dica-
tur conſentaneum,dic vt in gl.Secundo quærit, q̃ ſint iſta tẽpo-
ra,dic vt in gloſſ. Tertio quærit,an ante litem conteſtatam fiant
hoc modo citationes? Dic vt s̃.dixi.Quarto quærit,an tp̃s decem
dierum ſi correctum? dic vt ſup.dixi. Demum But.procedit op-
ponendo,& opponit primo, ꝙ citatio per edictum non permit-
tatur:dic vt in gloſſ.Secundo opponitur,quod non æquiparatur
citatio primi iudicis,& ſucceſſoris, vt l.edictum. dic vt in gloſſ.
Tertio opponitur.ꝙ citatio re non ſit p̃miſſa , vt l.plerique.Sol.
28 vt in gl.† Quarto opponit, quod non fiat tranſlatio poſſeſſionis
vt l.3.§.genera , C.de acq.poſſeſſ. Solutio.ibi in perſonali.hic in
reali.ſed quid in hypothecaria? Dic vt ibi not.Conſidera , ꝙ hy-
pothecaria de ſe qñq.habet aliquid perſonalitatis,vt qñ intenta
tur ↄ̃ debitorem,vt no.ff.de pactis l.ſi tibi, §.de pig.l.niſi debitor
contra perſonalem præſcripſiſſet : quia tunc redigitur ad inſtar
meræ realis,ut no. in l.vſucapio.j̃.de pign.Cum aũt proponitur
ↄ̃ extraneum poſſeſſorem, eſt mere in rem , vt ff.de pig.l.ſi fun-
dus.§.in vendicatione. & nudam poſſeſſionem auocat , vt ff.de
euict.l.ſi cum venditor.in princ. tamen ↄ̃ quemcunque agatur,
g ſapit in hoc *g* ius perſonalis actionis , vt non tollat ius offerendi
etiam lapſu anno vt l. Paulus, §.qui pignoris. quibus modis pi-
gnus,vel hypot.ſol.& vt tertio poſſeſſori ſoluenti debitum cedã
tur actiones,vt ff.qui pot. in pig.hab.l.mulier.nimirum , quia in
locum creditoris ſoluendo ei ſuccedit, quaſi emptor nominis,
hoc eſt in hypothecaria p̱p̱ naturam ſuam originalem, quæ eſt
vt tollatur ſoluto debito;& eo non ſoluto,non tollatur,vt ff.ad
Trebel.l.debitor.& ff.de excep.rei iud.l.ex ſextãte,§.Latinus, di
co ergo,ꝙ offerens, qñcũque poteſt implorare officium iudicis
vt ſibi cedatur perſonalis actio, ff. de leg.1.l.ſi res obligata.ff.de
neg.geſt.l.ſi fideiuſſor. non tñ puto,ꝙ beneficium l.1.s̃.etiam ob
29 chirographa.in pecuniam poſſit cedi , arg.dictæ legis . † Quin-
to opponitur,quod etiam in perſonali transfertur poſſeſſio , qa
transfertur cuſtodia rei, & ille qui perdit cuſtodiam rei perdit
poſſeſſionem,vt l.ſi rem mobilem,ff.de acq.poſſ. Sol.fateor ĩ re
mobili, vnde pignus prætorium in re mobili transfert verã poſ-
ſeſſionem,ſecus ĩ immobili,vt ff.vti poſſi.l.duo,§.creditores. &
l.cum legati,quibus ex cauſis in poſ.eat.hæc diſtinctio nõ placet
Non obſtat l. ſi rem mobilẽ, quia ibi nouus & plenus poſſeſſor
non repræſentabat priorem:hic ſic,ut l.cum notiſſimi,in prin.s̃.
de p̃ſcrip.triginta ann.Conſidera, miſſus ex primo decreto non
acquirit verã poſſeſſionẽ in perſonali,quia primũ decretum nõ
dat titulum,& quia vera poſſeſſio correſpondet dominio. dixit
Bar. ꝙ iſtud eſt verũ,niſi fiat miſſio ex re iudicata.vt ipſe notat ĩ
30 §.j.l.a diuo Pio.de re iudicat.† Et ſm̃ hoc not.quod miſſiones *h*
h ex inſtrumentis confeſſionatis transferunt veram poſſeſſionẽ
non ſolum apparentem,de qua loquitur ff.de ſol.l.Titia.ſed etiã
exiſtentem & ſubſtantialem: vnde ſi inquietetur,habet interdi-
ctum,vti poſſidetis:& ſi expellatur,habet interdictum,vnde vi di
ctum Bar. eſt nouum dictum,& forte nõ verum, niſi fiat miſſio
i ex vltima voluntate: vbi eſt ſpãle, *i* quia ſpecialiter eſt prouiſum
per conſtitutiones, vt l. poſtquam , §.Imperator.vt legat nomi.
cauea. Si enim eſſet verum dictum Bart.per primum decretum
executiuum interrumperetur vſucapio debitoris, cum apud eũ
nulla remaneret ſubſtantia poſſeſſionis.eſt & ali⁹ caſus,vbi miſ
ſus in perſonali efficitur verus poſſeſſor, ſ.quando iudex hoc de
K cernit K ex maxima contumacia rei, vt l.Fulcinius.§.fi.ff.ex qb.
cau.in poſſeſ.eat.Idem forte ſi ſtatutum, vel conſuetudo diſpo-
nit,ꝙ miſſus ex primo decreto lucretur fructus: nam ad hoc p̱-
uenitur per veram poſſeſſionem,non ſine,vt no.in l.3.§.ex ↄ̃rio,
ff.de acq. poſſ.quædam tamen gl.dicit,ꝙ ſm̃ conſuetudines ter
rarum,miſſi lucrantur fructus, ſcilicet iuxta ſortis quantitatem
qua ſi loco intereſſe,vt in Auth.de exhiben.reis,§.igitur in glo.
l quod leges. Sed illi gloſſæ *l* non eſt ſtandum, niſi conſuetudo
m probaretur,*m* quia facti eſt. † Sexto oppo. *n* & vr̃, ꝙ in reali non
31 transferatur poſſeſſio,l.ſi quis emptionis,§.fi.de præſcr.30.ann.
n Sol.dic,ꝙ interdum poſſeſſio transfertur,& non recuperatur li-
te conteſt.vt hic:vel quaſi cont.vt l.2.s̃. vbi in rem actio.id ẽ qñ
ad hunc effectum habetur pro conteſtata.interdum trãsfertur,
ſed poteſt recuperari intra annum,vt quando miſſio eſt facta li
te non conteſtata,nec quaſi:& ita loquitur contrariũ, & hoc in
reali.interdum nullo modo transfertur,ut in perſonali ſup.dixi.
32 † Sed quæ eſt ratio differentiæ, *o* inter realem , & perſona-
o lem? Reſpond.quia in perſonali conſtituitur pignus prætorium
quod ſatis eſt actori; ſecus in reali, quia in re propria non cadit
pignus,& ideo lex cõcedit veram poſſeſſionem.Item quia rea-
33 les actiones afficiunt rem , perſonales nequaquam.† Sed qd *p*
p ſi Titius promiſit mihi tradere nudam poſſeſſionem fundi quẽ
poſſidet,& ego ex contumacia mittor in poſſeſſionem, nunqd
acquiro mihi veram & debitam poſſeſſionem? Reſpon.ꝙ non,
ſed requiritur ſm̃ decretũ,per qđ adiudicabitur mihi nuda vera
poſſeſſio mihi debita.nec eſt incõueniens, ꝙ ſuper nuda poſſeſ-
ſione interponatur ſm̃ decretum,nam hoc ↄtingit , vt ff. de no.
ope.nunc.l.ſi prius.Facit quod no.Inn.in c.dilecto,de ver. ſign.
34 † Septimo opponitur, qa abſens nõ dr̃ incumbere poſſeſſioni.
Solue,vt in glo.ex iſta ſolutione no.fieri miſſionem in ciuili poſ
35 ſeſſione abſentis,& ẽt naturali,quæ vacat per abſentiam.† Item
q nota,*q* rei vendicationem ẽt ↄ̃ ciuiliter tm̃ poſſidentem propo-
ni,& propter coherentiam ciuilis & naturalis poſſeſſionis euin-
citur vtraque,ſi naturalis eſt vacans , ſecus ſi tertius naturaliter
tantum poſſideret, vt ff.de vſufruc.l.cuiuſcunque §.ſi fundus,&
qa ciuilis poſſeſſio apud dñm potior eſt naturali. Sed ſi quis ha-
r bet facultatem rei reſtituendæ,*r* non tñ poſſidet vllo modo,nun
quid teneatur rei vendicatione? Dic vt ff.de uſuca.l.ſerui nomi
ſ ne.Ex prædictis *ſ* collectiue habes quid iuris in iſta materia.† In
36 prima gl.ibi,merita.hæc eſt principalis intentio citantis, ſed ſe-
cunda intentio eſt ↄ̃ contumacem procedere , & eum punire.
Ioan.And.dicit, ꝙ finis citationis eſt comparitio , & ideo præ-
ſens non eſt citandus,vt not.in c.fi.de elect.lib.6.in Nouel.& ſta
tim ꝙ citatus comparet,citatio eſt conſumpta,& poteſt fieri ci-
tatio ſub conditione intrinſeca;vt compareas, ſi tua credideris
intereſſe,vt no.in l.ea quidem,ſi mancip. ita fuer.alien. tũc finis
citationis eſt excluſio citati non comparentis,nõ miſſio in poſ-
ſeſſionem,ſi non velit,vt ff.de arb.l.non ex omnibus,quia nõ eſt
præciſe citatus,ſed eſt ei data quædam optio. & ſi non optat, eſt
37 negligens,non contumax.† In glo.ibi , commonefacto. *t* id eſt
t ambaſiata.niſi nuncius referat,Iudex non põt ferre ſententiam,
de condi.& demon.l.multum intereſt.per Bar.in iſta autem re
latione non requiritur præſentia partis , vel citatio alicuius , de
38 dote præle.l.Theopõpus ſm̃ Bart. † Quid ſi nuncius, *u* qui cita-
u uit,eſt mortuus anteq̃ referat? Dico ꝙ citatio poterit probari p̱
teſtes,& p̱ inſtr̃a,quę recipiet Iudex ẽt ex officio antequam fe-
x rat ſñiam.Quęro de iſta ambaſiata,*x* qũo faciet eam nũcius; Re
ſpon.ꝙ ibit ad domum citandi,& interrogabit,utrum citandus
ſit ibi,

ADDITIONES.

a Fuga.Dixi poſt Bar.in l.is,a quo,ff.vt in poſſeſſio.leg.& Bal.in d. §. ſi debitorem hic alleg.& quod dicit Bar.hic recipi teſtes,eo debitore non citato.uide Bald. in l. creditor,ff.ſi cer.pet.
b Liquidum.Vide per Ang.in l.ſi ab arbitro,§.fi.ff.qui ſatiſd.cog.
c Indicia.Vide Bal.in rub.quæ in fraud.cred.
d A.B.Et ſuper iſta ſuſpicione.Tene menti,quod recipiuntur teſtes reo non citato,ſi timeatur de fuga adde ſi eſt in loco longinquo.uide tex.& ibi Bart.inf.de naufr.l. 2.alias in rub.lib.11.
e Sed quid.Vide no.per Ang.& Imo.in l.ſi ſic,in prin.de lega. 1. & quod dixi poſt Bar.in l.Titio centum,§.fi.& ibi no.ff.de condi.& demon.
Celſ.adde omnino,quod no.in apo.ad Lanf.de oria.in c.quoniam cõtra falſam,§. recuſationes.nu.9.in apo.magna,in ver.quia for nſis.extra,de proba.
f Gl.eſt ſin.Scilicet in ver.tranſitum præſidis.quam etiam alleg.Bal.in c.1.§. ſi quis vero de pace iur.fir.& Iac.in l.j.ff.de iuriſ.om.iu.& Bal.in l.2.ſup.de iu.emph.
g In hoc.Vide Bal.in auth.ei,qui.inf.de bo.autho.iud.poſſi.
h miſſiones.Vide Bal.in l.etiam.in prin.inf.de exec.rei iud.
i Speciale.ita etiam dicit Cy.in l.cum proponas.15.q.1.de bo.autho.iu.poſſ.
K Decernit.uide latius Bal.in auth.ei,q. inf.de bo.autho.iud.poſſ.& eſt gl. ſin.& ibi Bal.& Doc.in l.4.§.duas,in fi.ff.de dam.infe.& Bal.in l.ſi finita,§.Iul. illo titu.
l A.B.Sed illi gl.pro illa gl.uide Bal.in l.ſi finita,§.Iulianus,ff.de dam.inf.Bald.in le. 2.ff.ſi ex noxali cauſa agatur.
m Probaretur.Conſuetudo igitur probanda eſt,vt no.Bar.in l.ſi finita,§.Iulianus,ff. de dam.inf.
n Sexto opponi.an miſſus in reali ex ſecundo decreto poſſideat,vide Bar.in l.3.§.fin. ff.de acq.poſ.
o Sed quæ eſt ratio differentiæ.Non placet per no. p̱ Bar.in l.ſi finita,§.Iulian. ff.de de dam.infec.quia iſto caſu etiam in reali conſiſtit pignus.l.ex ſextante,§.latinus ff de excep.rei iudi.ſed vide rationem per Spec.in tit.de primo decreto §. iam de effectu.verſi.ſed quæ eſt ratio.uide Doc.in cap.quoniam frequenter,§.in aliis.extra,vt lite non conte.
p Sed quid.Facit quod notat Bal.in auth.ei,qui.inf.de bo.auth.iud.poſſ.in uer.quę ro,qualiter fit miſſio in rei uendic.
q Item nota.Vide in l.pompo.§.ſi is,qui precario,ff.de acqui.poſſ.
r Reſtituendæ.Vide per Bar.in l.officium,ff.de re iud.
ſ A.B.ex prædictis.No.quod finis citationis eſt comparitio,ideo qñ eſt præſens,nõ requiritur citatio.uide Bal.in l.1.ff.de ius vocan.vbi allegauit de hoc , & ibi Bart. Do.Ant.in c.1.de iudic.allegauit pro mirabili verba gl.uide Bal.in l.cum quidam de lega.2.ubi alleg.alias duas gl.
t And.Barb.in gl.ibi,commonefacto no.quod niſi nuncius referat ſe citaſſe,quod iudex nõ poteſt ferre ſententiam.Bar.in l.multum,ff.de condi.& demon.& l.ſi finita,§.Iulianus,ff.de dam.inf.& l.ſi conſtat,ff.ex quib.cau. in poſ.ea.& l.quæſitum, ff.de re iu.uide Bal.aliter dicentem,C.de ſer.fugi.l.1.
u Quid ſi nuncius.uide Ang.in auth.vt nul.iud.& §.hoc vero iubemus.
x Ambaſiata.Bal.aliter loquitur in l.4.§.prætor,ff.de dam.inf ſed intellige gl. hic p̱ Bal.alleg.quando citandus alias fuerat in iudicio.prout loquitur ille tex.& ſic cõcordat cum uer.hic Bar.& idem quod Bal.hic dicit Ang.in l.ſi vacantia,per illam gl.inf.de bo.vacan.lib.10.& ſequitur Ro.in d.§.prætor.

ſit ibi,ut ſic poſſet eum inuenire: & ſi dicatur ꝙ nõ, dimittat ibi
literas.vnde nõ eſt neceſſe,ꝙ perquirat eum per totam ciuitatẽ,
ſed ſatis eſt ꝙ ad domum.glo.eſt ſingularis in auth.de exhiben.
reis.§.ſi uero ẽt quidam,in gl.ſed qualiter. in gl. perſeuerauerit.
no.perſeuerantiam nocere.oppo.ꝙ non dicatur perſeuerantia,
quia plures contumaciæ ſunt de procu.c.ex inſinuatione.Solu.
per ſe ſunt plures, ſed habito reſpectu ad vnum finem. i. ad per-
39 emptorium,vna eſt contumacia finalis,& peremptoria. † in gl.
a ad cogendum.*a* ibi, matreſami. i. honeſta muliere ſecus † ergo
40 in meretrice,*b* vel luxurioſe viuente,quæ poteſt perſonaliter ca
b pi,arg.in auth.de reſtit.& ea quæ parit,§.fi. in glo. animo.ibi,per
41 familiam.ſed † an præſumatur de familia?dic ꝙ ſic,ſi domeſtica
ſit,l.cum ſcimus,ꝟ.de agri.& cenſi.Sed an libellus ſit dirigendus
contra familiam? Reſpondeo ꝙ non,ſed ꝯ poſſeſſorem,vt ſentit
iſta glo.vnde non oportet in libello concludi ꝯ familiam, vt hic.
In glo.fin ibi,ſummatim quod etiam lite conteſtata exigo: alias
non puto,quia reus perderet poſſeſſionem,arg.in Auth. de exhi
42 ben.reis,§.ſi uero.† Sed nunquid facta miſſione in reali in ve-
ram poſſeſſionem,poterit actor, qui plene probauit impetrare
diffinitiuam?non vr̄,quia reus non eſt a modo reus,vt dicit lite-
ra.Sol.ſicut reus reſtituendo poſſeſſionem ante ſnīam non pati-
tur cõdemnatoriam,ita nec hic.Ego puto poſſe ferri ſnīam quo
ad declarationem extenuati dominii,vt ff.de iudi.l.de qua re. Ex
43 tra quæro,† vtrum prima miſſio dicatur executio. pone enim,
dicit ſtatutũ,qđ poſt 10.annos non poſſit peti debitũ, niſi prius
petitum fuerit debitum,& executione facta.modo fuit petitum
debitum,& in contumacia rei fuit facta miſſio in rem ex primo
decreto,deinde proceſſus fuit ſic dimiſſus,& euanuit inſtãtia tẽ-
poris lapſu:petitur denuo poſt decem annos,obiicitur p̃ſcriptio
queritur quid iuris?Bar.dicit,ꝙ aut illa miſſio fuit facta in præpa
ratoriis iudiciorum,& non dr̄ executio aut fuit facta ex ſnīa, vel
ex inſtrumento confeſſionario,quod ſm ſtatuta illius loci habet
vim ſnīæ,meretur executionem,& dr̄ executio,licet non ſit vẽ
tum ad executionem debiti.ita no.ipſe in l. is qui,ff.ex quib. cau.
maio.nec enim poteſt aliter.intelligi ſtatutum: qa ſi eſſet facta
executio plene quæ liberaret debitorem,fruſtra tractaremus de
præſcriptione.dicit lex,ꝙ non dr̄ ſatisfactum, licet ad ſnīam ſit
ventum,ut l.nepoti.ff.de fun.inſtr.& non puto ꝙ primum decre
c tum *c* pereat lapſu triennii,quia non habet inſtantiam triennalẽ
nam l.properandum,ꝟ.de iud.dicit duo,ſcilicet ꝙ lis ſit conteſta
ta,& quod ſit ſententiatum.

ADDITIONES.

a And.Barb.In gl.ad cogendum.No.ꝙ mulier luxurioſe viuens poteſt cap.perſona-
liter,& carcerari,quod eſt no.limita niſi eſſet maritata,vt ſingulariter no.Io.And.
in tit.de iniu.& damno dato.

b Meretrice.iſtud limita per illud,quod dicit Io.And.in addi.Spec.in ru.de iniu.vbi
uult,quod hoc non habeat locum in meretrice coniugata,per l.ſi vxor, §.1. ff.de
adult.& hoc ſequitur Lud.Rom.in l.ſi vero,§.de viro,in 2.fallen.in prin. ff.ſolut.
matr.Item fallit ſecundo in alio caſu,de quo per Bar. in auth.matri, & auiæ.ſup.
quando mul.tu.officio fun.poſſ. & vide plures remiſſiones, & in l.1.inf.qui bon.
ced.poſſ.vbi dixi poſt Bal.quando mulier poſſit capi, etiam pro debito.vide Bal.
in l.etiam,inf.de exec.rei iud.
Cel.Adde quod poſui in apoſt.ad Gui.de Cug.in l.raptores,nu.1.in ver.in mulie-
re vilis ordinis.ſup.de Epiſc.& cler.omnino Do. meum Iaſ. May.in l.ad perſonas
egregias,ff.de iureiur.

c Primum decretum.vide Bar.& quod ibi dixi in l.ſi finita,§.Iulianus,ff.de dam.in
fec.& vult hic Bal.quod executio non habeat inſtantiam & vide not. per Bar.in
l.litibus,inf.de agr.& cenſi.lib.11.& ibi dixi.

AVTHENTICA.

1 *Iuriſdictio delegata,quando dicitur naſci.*
3 *Actor inuitus in actione perſiſtere cogitur.*
4 *Actori dilatio quæ danda eſt.*
6 *Infamis perſonaliter comparere cogitur.*
7 *Iudex de homicidio inquirens interr gationem teſti facere non debet.*
8 *Notorium actu permanens & actu tranſiens,quid ſit.*
9 *Notorium probare ſufficit licet non probetur rem ſic eſſe.*
10 *Notorium ſententia populi dicitur & nu.2.& 5.*
11 *Bannum præconis per totam ciuitatem miſſum,omnes ligat.*
12 *Diffinitiua lite non conteſtata ferri non poteſt.*
13 *Negatiua actore abſente per reum liquidari non poteſt.*
14 *Litis conteſtatio quare actore abſente non requiritur.*
15 *Litis conteſtatio non requiritur in officio iudicis.*
16 *Libellus quando iudici offertur,reus dicitur eſſe conuentus.*
18 *Volens purgare contumaciam,expenſas offerre debet.*
20 *Citatio generalis,ad ſingulos actus ſufficit.*
21 *Citatio poſtquam ad notitiam peruenit,non nocet,licet poſtea abradatur*
22 *Correctum in uno correlatiuorum,in alio corrigitur.*
25 *Probatio ante litem conteſtatam fieri non debet.*
26 *Sententia interlocutoria non infamat.*
27 *Actore non probante reus abſoluitur.*
28 *Menſis ſimpliciter prolatus,intelligitur de triginta diebus.*
29 *Inſtantia incipit a die citationis in cauſis,in quibus lis non conteſtatur.*

Qui ſemel. Dictum erat in l.Codicis de ꝯtumacia rei,
iſta aũt aut.tractar de ꝯtumacia actoris, &
loquitur tam poſt litem conteſtatam, quam ante. & h. d. Acto
ſed vſumfructum.Vel dic,dicit ipſe, ꝙ hoc pendet ex conuẽtio-
ne,vel inueſtitura, nam ſi quis eſſet inueſtitus ad habendum iu-
re proprio,haberet dominium directum, licet teneretur ad ſer-
uitium. Si vero ad habẽdum vtile dominium,hr̄et vtile dn̄ium:
vero ſimpliciter,neutrum haberet,ſed haberet vſumfructum,i.
fruitionem quandam vtilem,& plenam; non ꝙ ab eo exigatur
vſufructuaria cautio,nec ꝙ perdat per capitis diminutionẽ.Sed
de hoc plenius notaui,& tene menti.& adde quod no.Inn.extra
de religio.domib.ca.conſtitutus.& de reſtitu.ſpol. c. cum olim.
d Pone,*d* ago contra te actione ex empto,& probo,ꝙ tu mihi fun
dum vendidiſti,& pretium ſolui: tamen nō probo, ꝙ ante litem
conteſtatam,vel tempore litis conteſtatæ,vel tempore iur̄i calũ
niæ,tu vendideris,quæritur vtrum tu debeas ꝯdemnari? Dicũt
Io.Monach.& Ioan.And.ꝙ non,q̄a probatio ſine tempore, non
includit tempus quod probandum erat. Sed q̄d ſi probo vẽditio
nem factam ante lit.conteſt.Item probo pretij ſol'onem ſine tẽ-
pore? Reſpondeo vincam:quia ſolutio ſuperueniens ad implen-
dũ ꝯ̄ctum veterem pōt fieri quandocunque pendẽte iudicio, vt
14 d.l.ſi rem,§.fi.ff.de pig.act.† Pone feci ibi articulum, ꝙ mutua-
ui tibi decem,iudex monuit te ꝙ reſpondeas,tu noluiſti reſpon-
dere,q̄ritur vtrum tu habearis pro confeſſo? Reſpondeo nō, q̄a
iſte articulus ſine tp̄e eſt impertinens,eo ꝙ probatus nō releuat.
& nota bene ad defendendum multos contumaces. Et prędicta
vera ſunt,quando tempus eſt de concomitantijs. Sed quãdo eſt
de eſſentijs ipſius obligationis,& tũc multo magis probari opor
tet,vt ff.de neg.geſt.l.eum actũ.& l.antiq natura,§. Scęuola: Idẽ
ſi ſit de pręferentijs unius obl'onis ad alteram, uel unius reſcri-
pti ad alterum reſcriptum,ut in c.duobus,de reſcrip.lib.6. Et fa-
ciamus vnam cõcluſionem bipartitam, quod iudex, qui debet
cuncta rimari,debet libellum prius contemplari,non ſemel, ſed
ſæpius:

ADDITIONES.

a Fauore eccleſiæ.Quæ opi.Inn.eſt in c. Abbate ſane,de re iud.in 6.ſuper vlt.gl.& vi
de per Bar.in l.& an eadem,§.actiones,§.de exc.rei iud.

b An titulus.vide Bar.in l.ſiue autem,§.ſi duobus,ff.de Publiciana.cum ſi.

c Feudatarius.Quod habeat vſumfructum,& ſic vtile dominium, uidetur tex. in c.
Obertus,ad fi.qui.mo.feu.ami.& eſt tex.in c.1.de re alie.fac.& in c.1.in gl. ma.de
cap.corra.& Bal.in præludijs feudorum.& in l.1 inf. de confeſ. & quod ibi dixi.

d Pone.vide Bar.in l.& an eadem,§.actiones,ff.de exceptio.rei iud.& Bal.ſup.ead.l.

ſæpius.& propterea in ſententia deſcribit eius ſubſtantiam,vt ſ.
de ſent.ex breui reci.l.fi.Secundo debet conſiderare acta, & pro
bata actoris,vt concludat ſi vult ferre ſententiam condemnato-
riam,alioquin abſolutoria ſequitur:quod tene menti.

L E X V.

1 *Procuratores diuerſos ſinguli conuenti dare poſſunt.*
2 *Vnus pro alio vigore ſententiæ non tenetur.*
3 *Sententia abſolutoria in officijs pro vno lata,an alius abſoluatur.*

1 QUOTIES Summata eſt cum lege ꝓcedenti. Et no.hic,ꝙ
ſinguli conuenti pñt dare ſingulos,& diuerſos
procuratores: tñ litis conteſtatio fit cū omnib. plures aūt hære-
des vnius,neceſſe hñt dare vnū procuratorē,q̃a loco vnius ſunt
vt ff.iud.ſol.l.iam tñ,§.pe.Et eſt arg.ꝙ plurib.hrdib. vnius vaſalli,
ſufficiat conſentire per vnum eorum vice oīum, vel per eorum
2 ſubſtitutum,q̃a ſeruitium non pōt diuidi. † No. in hac lege vnū
pro alio non teneri:& hoc eſt verū vigore ſnīæ,q̃ iuris ptāte diui
dit in partes.Sed nunq̃d teneaт a principio? Dic ut ff.de neg.geſt.
l.cum alicui,& l.ex facto. Eſt verum, ꝙ illa l.ex facto, loquiт qñ
vnus erat principalis officialis:alius ſubalternus,i.ſub eius ptāte.
3 & dic,vt ibi.Modo ego q̃ro,q̃d in ſnīa abſolutoria,vtrum videaт
q̃libet abſolutus ꝓ parte,& ſic poſſit poſtea ꝯueniri pro alia par-
te? Rñ.non inſolidum,q̃a non ens non poteſt in partes diſtribui,
& iō copula non pōt diuidere.Item q̃a fauorabilior ſit interpre-
tatio ad liberandum,q̃ ad obligandum. Item q̃a in condemna-
a toria quaſi ꝯhitur, *a* & ille quaſi ꝯctus diuidiт:ſed in abſolutoria
nequaquā quaſi ꝯhitur,& iō non diuiditur. Quæro,quid in offi-
b cijs? *b* Pone,duo ſunt procuratores inſolidum:ambo ſunt litem
cōteſtati ſimpľr,nunq̃d procuratio ſciſſa eſt in partes? & vr̄ quod
ſic.Nam in litis conteſtatione quaſi ꝯhitur. ꝯrium eſt verum, ne
recedatur a forma mandati:quod tene menti.

ADDITIONES.

a Quaſi contrahitur.vide Bal.in l.eos,§.ne temere,in fi.inf.de app.
b Quid in officijs.Contrarium videtur uelle Bal.in l.1.inf.de conf.

Quibus res iudicata non nocet. *Rubrica.*

Forma aliam rubricellam,quib.res teſtificata non nocet,ff.de
infam.l.Lucius,& inf.de accu.l.fi.extra,de conf.cum ſi. Bal.

L E X P R I M A.

1 *Sententia contra coniunctam perſonam lata,ei non præiudicat,niſi manda-
tum habeat.*
2 *Perſona coniuncta,non eſt procurator;niſi habeat mandatum.*
3 *Perſonæ coniunctæ,vel affini ſine mandato ſolui non poteſt.*
4 *Soluens Abbati,quod debetur monacho,non liberatur.*

1 SI NEQUE. † Sententia lata ꝯ coniunctam perſonam,
non præiudicat coniunctæ perſonę,niſi ha
a beat mandatum,vel ratificetur.h.d.Sed quid *a* ſi egi ꝓprio
nomine,nunq̃d pōt ratificari? & vr̄ ꝙ nō,vt l.ſi ſeruus, ff.de pre-
car.quia id negotium,quod eſt noſtrum noīe,dēt eſſe geſtū no-
ſtro nomine,vel contemplatione noſtra,vt l.j.§.quoties, ff.de vi,
& vi arma.Contrarium vr̄. Nam dicit lex, ꝙ filius petit bonorū
poſſeſſionē ꝓprio noīe,& tñ pr̄ ipſam ratificat,vt ſup.qui admit.
ad bo.poſſ.l.j. Sol.dic, ꝙ non valet ratificatio. Non ob.lex ꝯria,
q̃a multum refert,vtrum ratificatio ſpectet ad aliquē noīe prin-
cipali,an acceſſorio noīe. Primo caſu ſumus in rľa.d.l. ſi ſeruus.
Secundo caſu procedit ratificatio,q̃a non dat actui eſſe principa
le,ſed addit quandam efficaciam,vt ff.de pig.l.ſi fundus, §.j. & l.
2 ſi pr̄,§.vlt.ff.de manumiſ.vind.quæ verba bene conſidera.† Vlti
b mo collige, *b* ꝙ coniuncta perſona non eſt procurator, niſi ha-
beat mandatum, quia non vult lex eum facere procuratorem,
quoniam procurator a ſolo domino conſtituitur, vt ff.iud. ſol.l.
c 3.§.ſed & ſi forte ex liberis.Credo tamen,ꝙ ſi lex,vel ſtatutum *c*
mandaret ꝙ eſſet procurator,vel curans,vel procurans, non cu
ro de nomine:ſed dico quod agere poteſt, eo ꝙ habet mandatū
3 a lege.† Quæro,vtrum coniunctæ perſonæ,vel affini, poſſit ſolui
ſine mandato? Rñdeo,ſoluens non liberatur,j.de ſol.l.cum ma
ritum,ff.eo.tit.l.qui hominem,§.gener,& l.filiæ.& l. vero procu
ratori,& ibi no.& ſ.de pact.l.filius.Nō obſt.j.ſi per uim,uel alio
modo,l.j.quia ibi ipſi erant ſpoliati. Quæro,quid de procurato-
d re *d* ad exigendum,nunq̃d poſſit ei ſponte ſolui? Quidam dicūt,
ꝙ non per l.ſed ſi tantum,ff.de pac. Alij dicunt ꝙ ſic, ff.ſol.matr.
l.non ſolum,pro hoc in gl.q̃ dicit,ꝙ exigi dr̄ a nolentib. & inui-
tis,vt l.j.in fin.de Carb.edic.& hæc uera.ff.de ſolu.l. ſi quis ſeruū.
4 † Quæro,quid ſi ſoluatur *e* Abbati id, quod debetur monacho,
e an ſoluens liberetur? Quidam dicunt quod non,per l.Stichum,
§.vſusfructus,ff.de ſolu.& ff.de cond.& demon.l. qui hæredi, in
prin.ar.ff.de manumiſſ.teſt.l.Lucius.Tu dic, ꝙ aut eſt quęſitum
ius monaſterio,& liberatur,ut l.1.ſ.de bo.mater.Aut non eſt q̃ſi
tum,ut quia per modum implendæ cōditionis,& tunc ſecus, vt
in contrarijs,quod tene menti.

ADDITIONES.

a Sed quid. Vide Bal.in l.2.in 19.opp.ſup.qui admit.
b A.B.Vltimo collige.No.quod coniuncta perſona non eſt procurator,niſi hēat ſpe-
cialem mandatum,niſi lex,vel ſtatutum hoc diſponeret,quod eſt no. Et an coniū
cta perſona poterit implorare reſcriptum pro alia in cauſa beneficiali,uide glo. in
c.nonnulli,ad fi.& c.ad aures, de reſcr. & ibi ſunt duæ glo. quæ non ſunt alibi ad
hoc in iure,ſecundum Moder.ibi,& an poterit petere in integr.reſtitu. uide quod
ſingulariter no.in l.patri pro filio, ff.de minor. & ibi per Bar. & an coniuncta per-
ſona poſſit petere abſolutionē pro coniuncta perſona,cogita, quia pendet de facto.
c Quod ſi lex.vel ſtatutum. Vide Bar.in l.3.hic alleg.
d Quid de procuratore.Vide per Bar.in l.non ſolum,hic alleg.
e Quid ſi ſoluatur.Vide Bar.in l.quod ſi ſeruus,ff.depo.

L E X II.

1 *Excipere de iure tertij,quis non poteſt,& quare.*
2 *Sententia contra hæredem lata,legatarijs an pręiudicet.*
3 *Vocans filium naturalem legitimum,videtur legitimare.*
4 *Sententia quando facit ius quo ad omnes,quot requirantur.*
5 *Sententia,quæ infamiam irrogat,dicitur quædam lepra.*
6 *Sententia ſicut prodeſt,& nocet,an ita noceat litis renunciatio.*
7 *Sententia ad hoc quod ius faciat,neceſſe eſt quod actor ſit præſens tempore
ſententiæ abſolutoriæ.*
8 *Sententia ſuper ſubſtantia delicti lata,an ualeat non facta mentione,de qua
litate intentata.*
9 *Factum vnius in publicis criminibus,nocet alteri.*
10 *Res inter alios male acta,alijs malefactoribus non patrocinatur.*

RES INTER ALIOS. Sententia ſuper iure tertij lata non
patrocinaт, neque nocet alteri.h.d.
1 † Ex iſta lege poteſt fundari ratio, quare quis non pōt excipere
de iure tertij,quia de eo non poteſt pronunciari cum effectu: &
quia nemo poteſt excipere de iure tertij, niſi poſſit eo inuito il-
lud ius proponere.ſiue ſit ius,quod ponat rem in eſſe, ſiue quod
priuet,ut l.2,ff.ſi ager vectig.uel emphyteu. pet. & ff.famil.erciſ.
l.his conſequenter,in prin.& hoc eſt,quod dr̄ de ſuo iure, nō de
alieno quemquam experiri oportet. Experiri enim quis dr̄ non
ſolum agendo,ſed etiam excipiendo,vt ff.ſi vſusfruc.petat.l. vti
frui,§.vtrum,niſi eſſet tale ius tertij,quod ipſo iure officeret agē
ti,& inuito eo,qui habet ius,vt plene no.in l.debiti,§.fi.ff. de con
di.indeb.& uide quod ſolenniter ibi not.Opp. Nam qñ actus ge-
ritur ad incommodum pręſentis, ꝯdicere debet.alias ſibi pręiu-
dicat,licet non ad hoc ſit ibi præſens,ſed fortuito,vt ff.de re iudi.
l.ſæpe.So.ibi ideo,quia erat nominatus in iudicio,vel patiebatur
de iure ſuo diſcuti per eum, cuius factum ſuum propriū reputa
batur:alias ſecus,ut hic, & ff. de rei uend.l.officium. Or modo
2 lex iſta longam materiam habet.† Nota regulam, *a* ꝯ quam op-
a ponitur de l.Papinianus,§.fi.ff.de inoffic. teſtam. vbi ſententia ꝯ
hæredem lata legatarijs pręiudicat.Sol.ibi ſpeciale,& eſt rō,quia
perſona defuncti damnatur,ut l.Titia,eod.tit.immo eſt ratio,q̃a
ſicut legata non debentur hæreditate non adita,ita nec hr̄ditate
per ſententiam reſciſſa,ut l.3.& 4.ff.de condic.inde.Quid ſi pro-
nunciatur teſtamentum nullum? Dic, vt not.in l.1.de exceptio.
rei iu.Quid ſi pronunciatur falſum? Dic ut l.2.ſup. de fide inſtru
b ment.Quid ſi pronunciatur *b* hæres indignus? Dic, ꝙ legatarijs
non pręiudicat,ut no.in l.noſtram,ſ.de teſtamen.& l.ex facto, §.
c fi.ff.de uul.ſubſt.Quid ſi ex forma ſtatuti caſſatur inſtitutio *c* hæ-
redis,quia non inſinuata? Reſpon.non puto has extraordinarias
cauſas legatarijs obeſſe,ar.ſ.de fideicommiſ.l.eam quam, & ma
xime ſi ſit fideicommiſſum vniuerſale. Nā q̃ nō pōt capere ꝑ ſe
capit,vt reſtituat,ut ff.ad Tre.l.cogi.§.q̃ ſolidū,q̃d eſt no.Op. de
l.ſępe,ff.de re.iu.Sol.ibi ſpāle in quatuor caſib. ibi poſitis, ſed ad
uerte, quia ibi non p̄iudicat ſnīa ſine quadam tacita patientia, q̃
præſumitur ex eo,ꝙ ſciuit,& ꝓhibere potuit,& nō ꝓhibuit. Ter
tio opp.de l.ſi ſuperatus,ff. de pig. Sol. ibi loquitur in ſucceſſore,
q̃ reputaт eadē perſona,& ſic non eſt omnino alius caſus. Quar-
to opp.ff.de iureiur.l.eum qui,§.in popularibus. Sol.ibi totus po
pulus eſt ſicut una perſona repræſentata per vnum de populo a-
gentem nomine populi.Et ideo omnib.obſtat,niſi ſit colluſum,
vt ff.de precar.l.3. Quinto oppo.de l.is,cui.§. ijſdem, ff.de accu-
ſat.So.ibi fiſcus eſt in cauſa quocunq; accuſante. & ideo nō prę
iudicatur alij,ſed eidem,ideſt fiſco. Sexto opponitur de l.denun
ciaſſe,§.quæritur.verſic.ſi abſolutus,ff.de adult.Solut.ibi ſpecia-
le fauore matrimonij.Septimo opponitur de l. loci corpus, §. ſi
fundus,ff.ſi ſeruit. uendic.Solutio ibi ſpeciale,quando plures ad
ius indiuiduum admittuntur.Præterea ibi ſententia prædio daт
quaſi ipſum prædium agat,& illud eſt vnum,& idem,vt de neg.
geſt.l. qui aliena,§.fina. Octauo oppo.de l.poſthumus.§. ſi quis
ex his,ff.de inofficio.teſt.Solu.vide Inno.in ca. in noſtra, de pro-
curat.& in ca. ſuper his. extra, de accuſat. ibi eſt ſpeciale in ſen-
tentia

ADDITIONES.

a Non regulam.Vide Bal.inf.ea.l.uer.Item quod dixi.
b A.B.Quid ſi pronunciatur.No.ſi hæres non fecit inſinuari teſtamentum, non no-
cet legatariis,nec fideicommiſſario.uide Bald. in l.1. ſupra de his,quæ pę.no.& l.
teſtamento,C.de teſtamen.& uide Ang.& Ioan.de Imo.ff.ad Trebel.l.facta, §. ſi
paterfam.teſtamento,de hær.inſt.ubi contumacia unius non nocet tertio,& uide
quod no.in l.ſancimus,inf. de pœn.
c Caſſatur inſtitutio.Vide Bar.in l.pe.ff.ad Treb.Sal.in auth.caſſa,in 9.q.ſup. de ſa-
croſ.eccl.Lud.Rom.in l.is poteſt,ff.de acq.hære.

tentia reſciſſoria,quæ via p̄parat alijs, remouendo obiectionem
teſtī,ſicut ſi non poſſem ire p̄ viam pp ſepem, & alius aufert ſe-
pem:ille.n.non dat mihi pedes ad ambulãdum, ſed remouet ſpi
3 nas,q̃ mihi obſtabant. † Nono opp. *a* quia ſi quis filium natura-
a lem legitimum vocat,nocet alijs ſucceſſorib. inteſtati, dũmodo
inſtr̃m interueniat publicum, vel manus propria ſubſcriptione
trium teſtium roborata,vel apud acta,vt C.de nat.libe. aut.ſi qs
liberos.Sol.ibi ſpãle:& eſt rõ, quia ibi teſtator poterat illos veniẽ
tes ab inteſtato excludere.diligenter tñ ꝯſidera: quia illa authen
tica loquitur de filio naturali nato de libera muliere, quæ ipſi pa
tri vxor eſſe poterat. Nã verbũ,poterat, habet quatuor ſignifica-
ta.ſ.de iure.Item ſ̃m bonos mores,vt ff.de ver. ſig.l. nepos Pro-
culo.ſecus ergo ſi eſſet turpis perſona,quæ matrimoniũ decolo-
rat,vt ff.de ꝯtab.l.non tñ,§.ſi emancipatus. Item ſ̃m naturã. vñ
ſecus ſi illa mulier mortua,eſſet.Itẽ de facto. vñ ſecus ſi illa mu-
lier eſſet *longe abſens*,arg.s̃.de inſt.& ſubſt.l.ſi pater. vel ignora-
tur,an ſit mortua, *vel* viua,argum.ff.de cap. & poſtli. reuer.l.nec
nos,ad quæ oĩa accedat.ff.de manumiſ.vindi.l.ſi rogatus, §.mr̃i-
monij.& ita eleganter Bar.cõſuluit. Vltimo opp.in gl.de l.ſi duo
patroni.in prin.ff.de iureiu. ſed ibi loquit̃ quantum ad præſum-
ptionem ſumptam ex eo,quod ipſe idem dixerat in alio iudicio.
Extra gl.opp.de l.ingenuum,ff.de ſta.hom. Sol.ibi ſpãle in cã ſta-
4 tus.† Quæro ſ̃m But.qñ ſnĩa *b* facit ius quo ad omnes, quot re-
b quirantur? Reſp.quatuor debent concurrere. Primum in prin-
cipio cãæ,ſed ꝙ ibi ſit legitimus contradictor,vt l.cum nõ iuſto,
de collu.detegen. Scd̃m eſt neceſſarium in proceſſu.ſ.ꝙ ibi ſit le
gitimus,qui cãm defendat.& ſit p̄ſens:alias potius vr̃ ex ſua con
tumacia damnatus,q̃ quia malam cãm hr̃et:& iõ alijs non noce
ret,vt l.qui repudiantis,§.cum ꝯ,ff.de inoffi.teſt. Tertium eſt ne
ceſſarium in ſnĩa,vt declaratiue proferatur,vt d.l.ingenuũ.Quar
tum eſt neceſſarium poſt ſnĩam.ſ.vt nõ detegatur colluſio.But.
Quintum neceſſarium eſt,ꝙ talis ſit natura cãæ, ꝙ oĩb. præiudi-
cet.Item ſextum eſt neceſſarium,ꝙ cã ſit ordinaria,& agat̃ prin
cipaliter pp ſe:quæ enim incidenter deciduntur, ius non faciũt,
nec interlocutoriam, quę poſſunt contrario imperio reuocari,l.
5 ſi iudex,ff.de his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris.† Sed quæ *c* ſunt ſnĩæ
c illius naturę, quam dixi? Reſp.ſnĩa, quæ irrogat infamiam, quia
eſt quædam lepra,vt l.ex ea, de poſtul. Item ſnĩa deportationis;
quia eſt quędam mors,vt l.1.in fi.ff.de contratab. Snĩa excõica-
d tionis:quia priuat *d* conſortio,ſicut fętidum cadauer,vt no. Inſt.
de capi.diminut.§.minor. Snĩa exilij,ſiue banni publici, quia Re
ſpub.non diuidit ſe.vt ff.de capi.dim.l.omiſſione, §.qui deficiũt.
Sententia in actione populari;quia non põt ferri,niſi ſemel vt d.
§.in popularib. Snĩa lata ſuper colluſione,quia ſimiliter non põt
e ferri,niſi ſemel,ut l.3. ff. de p̄cu. Sentẽtia lata pro matrimonio *e*
inter virum,& vxorem,quia ibi ſunt principium,& finis,& tota
maſſa matrimonij in eis eſt,vt l.1.in fi.ff.de lib.agno. Sententia la
f ta *f* ſuper patria p̄tãte,vel ꝙ filius *g* ſit legitimus, quia eſt qõ ſta-
g tus & præiudicialis,vt Inſt.de act.§.prę̄iudicialis,& hoc qñ inter
patrem,& filium ſententia fertur,quorum principaliter,& dire-
cte intereſt.ſecus ſi inter compares ſententietur, & non cum ip-
ſo fonte generationis,ſ̃m Iac.de Rau.& Cyn.in l.ingenuũ, ff.de
ſtatu hom.quia inter alios,puta fratres,nulla p̄iudicialis actio cõ
petit. Item ſnĩa lata in centumuirali iudicio pp authoritatem Se
natus,vt ff.de ſtatu.libe.l.ſtatulibera cæteris, §.fina. Item ſnĩa la-
h ta ſuper iure eligendi *h* ꝯ electores electo patiente, quia cã cõis
eſt,arg.ff.de re iud.l.ſępe. ſ̃m Inn.in c.cauſis. de re iud. Item vbi-
cunque ſententia lata ꝯ unum mandatur executioni ꝯ alterum,
vt l.fi.§.fi.ſup.de vſuris rei iud.& adde quod not.Inno.in c. cãm,
extra,qui filij ſint leg.& de conceſ.p̄b.c.poſtulaſtis, & tene men
ti iſta. Tu ẽt enumera alios caſus,q̃ prędictos, videlicet quando
ſnĩa fertur ſuper ętate. Item vbicunque tractatur de conditione
perſonæ, ſnĩa afficiens perſonam facit ius inter oẽs, vt ſi q̃ratur
an ſit laicus,vel clericus iſtius originis an illius, vt j̃. de Decur.l.
quoties.lib.10. Sed quid,ſi pronuncietur *i* aliquem eſſe vaſallum
rõne feudi? Reſpon.iſta qõ non eſt proprie de ſtatu perſonæ, ſed
de qualitate patrimonij, quia iſte ſtatus põt a perſona remoue-
ri,& ſic non habet infallibilem cãm,nec de neceſſitate perpetuo
annexam;& idem puto de ſententia, non ſuper origine, ſed ſup
domicilio data. Si autem pronunciaretur aliquem eſſe aſcripti-
K tium,*K* vel cenſitum,quia proprie iſte eſt ſtatus perſonarum, &
immobilis,ut l.quemadmodum.j̃.de agric.& cenſi.li.11.putarẽ
ſnĩam ius facere,quo ad oẽs. Nam iſte ſtatus eſt differẽs ab alio
proprio ſtatu,& habet quandam propriam ſeruitutem, licet p-
prie non ſint ſeruitutes,ut no.Inſt.de iure perſonarum. in princ.
Et in iſta materia nota,ꝙ ubi ſnĩa non facit ius, nec probationes
l *l* ius faciunt,ut no.in l.res,ff.de crimine expilatę hæreditatis. Quę
6 ro,† nunquid ſicut ſnĩa prodeſt, & nocet, ita renunciatio litis?
Dic quod non,vt l.ſi te.ſu.de inge.manumiſ. quod eſt notandũ.
Item quod dixi de querela inofficioſi teſtamenti,tanquam accu
ſatio quædam damnans, quaſi memoriam defuncti, tanquã de
animi feritate fecit teſtm̃, ſicut beluæ, quæ deuorant filios pro-
prios,ipſum teſtamentum eneruat tam in capite,quam in mem
bris ſuis,id eſt legatis,fideicõmiſſis,& pupillari ſubſtitutione. Et
quod mirabile vr̃ in donatione cã mortis;vt l.j.§.j. ff.de lega p̄ſt.
ꝯtab. bonorum poſſeſſione petita, quod intelligi debet, qñ do-
nator impoſuit onus præſtandæ donationis, ſcriptis hæredibus:
m ſed ſi ſe obligauit, nõ eſt neceſſaria aditio *m* hæreditatis, nec re-
ſcinditur donatio præteritione ſui, vel emancipati: quia non eſt
facta ad teſtatum, uel inteſtatum, ſed per modum contractus
n vinculum in uita contrahentis, tamen iure moderno vtile *n* per
inutile non uitiatur vt in auth.ex cauſa,ſup. de lib.præ. uel exhę-
red. vnde prædicta non ruunt, ſed eorum petitio contra legiti-
mum hęredem transfertur naturali quadam conſideratione,
quia non debet eſſe melioris conditionis ille,quem teſtator non
dilexit,quam dilectus inſtitutus,vt ſup.de lib.præt.l. maximum
vitium circa medium. nec tamen querela ius facit, niſi prolata,
7 ut ſubtiliter no.ff.de tranſact.l.controuerſia,quod no.† Or mo-
do capio ſuperius dictum Iac. But.qui dicit,quod eſt neceſſe ad
o hoc ut ſententia faciat ius,quod actor ſit præſens *o* tempore ſen-
tentiæ abſolutorię. Modo ecce manifeſta iniquitas. Pone, accu-
ſaui aliquem de publico crimine, uidens autem quod nihil pro-
baui tempore ſententię abſolutorię, non valebam comparere,
ad hoc vt inimicus meus ab alio interim valeat accuſari. Reſp.
non eſt ita: quia de delicto eiuſdem hominis non debet ſæpius
quæri, lata abſolutoria: & quia in criminalibus actore abſente
iudex gerit eius perſonam,vt inf.de adul.l. quamuis indubitati.
p Præterea illud, *p* quod dicitur quod videtur ſententia lata ex cõ
q tumacia: eſt quędam prę̄ſumptio *q* iuris, quę fallit in duobus.
Primo,ſi probetur contrarium per inſpectionem actorum, vi-
delicet,quod ex uirtute actorũ,& ex pleniſſima probatione ſnĩa
lata ſit. Secundo,ꝙ abſens ſit ex iuſta, & probabili cã. Iſta eſt glo.
ordi.& no.in l.2.s̃.de contra.iud.tut. Item in popularib.actioni-
bus: quinimo ſi eſt ſimul condemnatus,& bannitus de eodem,
in eadem ciuitate,non põt vlterius accuſari: quia hoc conceſſo
poſſet ſequi ſnĩa abſolutoria,vt ff. de except.rei iud.l.duob.& ſic
reus euaderet pœnam, quod eſt abſurdum. quę ratio habet lo-
cum ẽt ſi in noua accuſatione adijciatur qualitas prętermiſſa in
prima ne per quandam cauillationem ad effectum liberationis
rei perueniatur, verius eſt.ꝙ l. duobus, loquitur in priuata cau-
ſa, non fiſcali, quia cum ſemel quęſitum eſt ius fiſco, non po-
teſt pacto priuatorum tolli. vt ff. de pact. lege ius publicum. &
r ideo Iudex, qui debet habere bonum publicum prę oculis, *r*
conſide-

ADDITIONES.

a And.Bar.Nono op.ſi quis uocat naturalem ſuum filium, vr̃ illum legitimare. uide Ang.in auth.qui.mo.na.effi.leg.in §.1.vbi no.loquitur.
Nono op. Vide Bal.in auth.ſi quis liberos,ſup.de natu.lib. & ibi ẽt Bar.& Bal.in l. Gallus,in fi.prin.ff.de lib.& poſth. Sed in materia quæro,quid ſi inter duos dominos eſt contentio de venditione caſtri,& fertur ſnĩa, an præiudicet pupillo caſtri. vide Bal.no.in l.2.ſu.de li.cau.& ibi ſubdit no.quod verbũ, quod quando in iudicio inchoato contra vnum citatur tertius pro ſuo intereſſe,cum illo tertio non requiritur noua productio libelli,quod tene menti.
b Quando ſnĩa. Vide gl.quæ numerat aliquos caſus,in c.cum inter vos,in gl.in uer. ad litigantes,ext.de re iu.& Bal.in l.ingenuum,ff.de ſtat.hom. Imo.in l.ſæpe,ff.de re iud.& in l.ſi perluſorio,§.fin.ff.de app.& cum Bal.tranſit hic Sal.& Abb. in ca. pen.de re iud.
c Sed quæ.No.caſus,in quibus res iudicata alijs nocet,per Bal.& Ang.in l.ingenuũ, ff.de ſtatu ho.& cum Bal.tranſit hic Sal.& Abb.in c.pe.de re iud.
d Priuat.Probatur in c.1.de treu.& pac.& 11.q.3.c.curæ.
e Pro matrimonio. Vide Ant.de But.in c.pen.extra,de re iud.& in ca.cauſam quæ.el 2.extra qui filij ſint legi.
f Sententia lata. Vide l.1.§.pe & ibi Ang.in fi.ff.de lib.exhib.
g Filius. Vide per Inno.in c.cauſam,el 2.qui fi.ſint leg.& ibi per Ant.de But. & in c. pe.ext.de re iud.cum ſeq.& placet opi.Bal.quam ſequitur Sal.hic,Abb.in d.ca.pe. & Bal.in l.ingenuum,ff.de ſtatu ho.
h Eligendi. Vide p̄ Bal.in l.ſi ſane,ſup.ad Vel.Ang.in l.ſæpe,hic alle. & ibi Imo.
i A.B.Sed quid ſi pronuncietur. No.quod ſi pronunciatur quem eſſe vaſallũ,non facit ius quo ad oẽs. Et ſi lata eſt ſnĩa contra clericum tanquam coniugatũ cũ Berta, & ſic eſt priuatus beneficio,an faciat ius quo ad Bertam,uide D. Io.qui no.loquit̃ in c.Io.de cler.coniug. Et an ſnĩa lata inter generum,& ſocerum noceat filiæ,& ſic probationes,uide D.P.de Anch.conſi.20.ubi tenet quod non.& uide Bal.in l.licet §.poſſumus,ff.naturæ caupo. ſtab. quod abſolutoria lata per delinquentem proſit ſyndico,& non poterit accuſari tanquam non denunciauerit, quia eſt eadem cauſa defenſionis. Item an abſolutoria pro Tabellione, proſit ei, qui dr̃ feciſſe falſum inſtrumentum,uide ibi Bal.& ibi no.gl.
K Aſcriptitium.Sequitur Abb.in c.pen.ext.de iud.
l Nec probationes. Facit quod no.Bar.in l.ſæpe,in fi.ff.de re iu.& Bal.in l. ſi quis ad ſe,in fi.ad legem Iul.de ui.
m Aditio. Vide Bar.in l.in mortis,ff.de do.cau.mor.
n Vtile. Vide Bar.in l.licet,ſup.de pac.
o Præſens, Vide Bar.in l.qui repudiantis,ſup.de inoffi.teſt.
p A.B.Præterea illud. No.licet ſnĩa lata ex contumacia non noceat tertio,ut no.in l. qui repudiantis,de inoffi.teſt.& l.præſes.inf.de pig.& ibi ad Bald. addidi: tamen fallit in duob.caſib.ut hic. Vide Bal.in c.1.ſi uaſal.ali.interp.fu.& c.ſicut,de re iud. Ang.in l.ſi ideo,ff.de euic.uide c.fi.de emp.& uen.uide ibi omnes,& quæ ibi dixi.
q Eſt quædã præſumptio. No.ad id,quod habetur in l.Papi.§.meminiſſe,ff.de inoffic.teſt.& uide Bal.in l.ingenuum,ff.de ſtatu homi.& idem tenet Abb.in ca. pen. extr.de re iud.
r P.D.Prę oculis. Et æquitatem ſ̃m Spe.in tit.de depo.§.7.uerſic.& no.ad quam obſeruãdum omnino affectib.carere debet,ut nec prece.nec pretio,amore, nec odio ab ea ne minimum quidem diſcedat,iuxta Cle.1.§.1.cum gl.ibid.et Car.de hær. unde Hoſt.in prooemio Summæ eleganter, et bene dicit,quod Iudices recti,legibuſq; pro ut debent,utentes, meliorem uitam agunt, quam fratres Prædicatores, atque alij religioſi,quod ſecutus eſt Alber.et recitat in l.1.ff.de iuſt.et iure.

conſiderabit an effectus verſus Rempublicã poſſit augeri,qđ eſt qñ punitus eſt de tãto,ſed nõ de toto:quia tunc audiet nouũ accuſatorẽ, & poſito q̃ non probaret, debet facere ſñiam abſolutoriã cũ hac ꝓteſtatione:videlicet nõ preiudicãdo ſñię iã latę.Si aũt ꝯdemnationem ſecundã viderit augendã, ꝯdemnabit nõ in toto,ſed ĩ reſiduo, vel in toto,adijciet hæc verba,computata,vel confuſa prima ꝯdemnatione in ſcdam,vt ff.de euic.l.cũ fundus vti optimus.& l.quia dr.Nam ſic eſt in actione,qđ met.cau. vbi duæ ſñiæ ferunt,vt ff.qđ met.cau.l. ſi cũ exceptione. §. in hac.in gl.1.Item facit, quia non eſt plene accuſatoris functus offõ, qđ
a verũ eſt,ſi ex certa ſciẽtia libellum ſuũ *a* qualificare omiſit, ſupprimendo qualitatẽ in fraudem fiſci, niſi forte qualitas eſſet difficilis probationis,arg.ff.ad Sylleia.l.neceſſarios,§.non alias,& §. fi.quia quædam tergiuerſatio fuit non opponere qualitatem, vt no.Bar.ff.de accuſ.l.Senatus cenſuit. Cautela ergo condemnati hæc eſt,q̃ ſtatim ſoluat condemnationem ; quia cũ qualitas per ſe nõ ſtet in rerum natura,origo petitionis inde naſci nõ pt. Nã deſtructo eſſe,deſtruunt accidentia.vt l.eos.s.de uſu,ff. de nox.l. in delictis, §. ſi detracta,ff.de uſur.l.2. facit ff.de except.rei iud.l. ſi in iudicio.licet Bar,teneat ꝯtrariũ,& male in d.l.Senatus. facit
8 qđ no.But.s.tit.j.l.j.† Sed poſſet incidere dubitari,vtrum valeat ſententia lata ſuper ſubſtantia delicti,non facta mẽtione de qualitate intentata?& de abſolutoria nõ eſt dubitandum , qa deſtructa ſubſtãtia,deſtruit qualitas.Sed de ꝯdẽnatoria pt dubitari, qa non eſt lata ſuper toto,ſed ſuper parte,& de alia parte non eſt facta mentio.Credo ualere,quia non eſt pars ſubſtantialis,ſed ſucceſſoria,& omiſſio acceſſorij non uitiat ſñiam,vt s.de fru. & lit.
9 expen.l.terminato,† Ex his apparet declarata illa particula gloſ. nr̃æ, q̃ dicit q̃ in publicis criminib. vnius factũ alteri preiudicat
b ideſt obſtat,& hæc utilia ſunt.Suppoſita opi.Bart. *b* moueo tale
c dubiũ. *c* Dicit ſtatutũ, q̃ de maleficio commiſſo, de quo nõ fuit cognitum intra duos menſes,non poſſit cognoſci. modo pone, q̃ fuit cognitũ intra duos mẽſes,& ꝓnũciatũ de ſimplici vulnere,nunqd ſit perpetuum ius accuſãdi de qualitate eidẽ accuſatori?& vr̃ q̃ ſic.qa cognitum eſt.itẽ nulla lex dicit, q̃ qualitas ſit maleficiũ.v.g.nox,qualitas loci,& ſimilia. Sol. dico q̃ cognoſci nõ põt,quia rõne qualitatis,aliud factum reputat. Aliud eſt.n.delinquere de die,& aliud delinquere de nocte.ut l.j.ff.de effrac. & expil.delinquens vero in tp̃e indifferenti,qđ vocatur inter diem & noctem,debet puniri tanq̃ de die deliquiſſet.& non de nocte,
d licet tunc proprie nõ ſit dies,nec nox, *d* ut legit in l.2. ff. de furib. balnea.Ex hoc ſequitur,q̃ ſi vnus teſtis diceret, q̃ fuit de nocte, & alius q̃ fuit intra diem , & noctem, teſtes ipſi non probarent, quia eſſet ſingularis.Tenẽ mẽti.Quæro,fuit de homicidio accuſatus Titius,& decapitatus taiẽ repertũ fuit q̃ non fuit ipſe, ſed Sempronius,vtrum Sempronius debeat decapitari: Reſp.ſic,qa non fuit ſolutum id,quod debet.Item per regulam legis nr̃e, & legis ſequentis,& eſt formaliter caſus ff.de interrog. actio.l. qui
10 ſeruum.& ſic† res inter alios male acta, malefactorib. aliis non debet patrocinari,& hoc videmus in maleficijs:quæ habent neceſſaria extrema,vt in adulterijs,ut ff.de adul.l.denunciaſſe.§.q̃ritur.& vide quod no.Cyn.inf.qui accu.non poſ.l.1. & quod plene no.in l.Luc.ff.de infam.vbi vide.

ADDITIONES.

a Phil.Dec.Suũ.Aduerte tamen,quod de delicto ſimpliciter propoſito libellus criminalis qualificatus præſumitur iuxta probationes,quæ inde ſequuntur,vt ſi proponatur ſimplex pulſatio,aut percuſſio:deinde autem probetur percuſſio, & ſanguinis effuſio,ſententia ferri debebit ſuper percuſſione cum ſanguinis effuſione,quaſi ab initio propoſitus ſit ita libellus,iuxta not.eleganter per Cy.in l.2.C.de prob. & per hunc in l.& ſi ſeuerior,C.de infam.quanquam idem Bald.contra tenet in l. quid ergo, §.pœna grauior,ff.eo.ti.de infamib.proinde tu ibi illum uideto, quoniã in hoc ſibi eſt contrarius.
b Bar.Scilicet in l.Senatus,ff.de acc.de quo ſup.
c And.Barb.Moueo tale dubium.Si cauetur,quod de maleficio , de quo non fuit cognitum intra duos menſes,non põt cognoſci,ſi fuerit cognitum de ſimplici uulnere.An poterit accuſari de qualitate,uide quod no.per Bar.in l.denunciaſſe,§.quod tamen,de adul.& quod no.Bal.in l.2.& ibi addidi,ſup.de prob.
d Non ſit dies nec nox.Adde hoc uide quod no.Bar.in l.aut facta,§.tẽpus,ff.de pœ

LEX III.

1 *Caſus,in quo ſñia inter alios lata, habet effectum confiſcandorum bonorũ.*
2 *Intrinſeca quædam ſunt, quæ procedunt ex illatione, quædam neceſſaria.*

Iuris. In accuſatione criminali ſñia cum vno lata,alij nõ præiudicat.h.d.Op.nonne in cã publici criminis præiudicatur alij per vnum?Reſp.vt in glo. poteſt ẽt intelligi cauſis criminalib.priuatis , quia nec in eis ſñia lata cum vno præiudicat alijs
1 ſm Iac.But.† Sed ꝯ hoc opp.*a* nam lege cauetur,q̃ ſi teſtator a fa
a milia fuit occiſus,& quidam tertius accuſauit occiſores, heres, aut neglexerit: occiſorib.cõdemnatis hæredes in ꝯfiſcatione hæreditatis condemnati videntur, & ſic ſentẽtia inter alios lata hẽt effectum confiſcandorum bonorum: cã tñ confiſcationis ꝯ hæredes extraneos põt intra quinquennium exequi, ſi eſſet de numero eorum,qui occidendo tenerent lege Pompeia de parricidijs.intra 20.ann.durat effectus confiſcandorum bonorum, qa ſeuerius agitur cum heredib. ſanguinis , quam cum alijs in iſta negligentia puniendis. iſte eſt caſus illius not. l. in cognitione.

ff.ad Silleia.Sol.aut hæc lex diſponit de pœna, & de modo procedendi ad ipſam,& tunc ſatis eſt ſeruare ordinem legis , vt ibi, & ſup.vbi cãæ fiſcales.l.1.ſup.de aduo.diuer.iud.l.1.Aut lex diſponit de pœna,& non de ordine, & tũc loquitur lex noſtra. Ordo, aũt in lege ꝯria incipit ab accuſando, & faciendo cõdemnari occiſores,& poſt hoc bona ſine alia ſñia cõfiſcantur,& iſta eſt opinio gl.& Dy.Sed Iac.But.dicit,& bene,q̃ hoc eſt verum,niſi hæres ſcriptus fuit citatus.Sed ſi eo ignorante fuit proceſſum,ſentẽtia condemnationis homicidarum non eſt exequenda in confiſcatione hæreditatis,Sed Iac.de Aret.dicit, q̃ imo oportet nouã ſñiam ferri ſuper confiſcatione. Et idem Cy.tenendo opinionẽ
2 Dyn.cum limitatione Iac.But.† Potes dicere, q̃ quædam ſunt, quæ procedunt intrinſece ex illatione, quædam neceſſaria, vt ſi teſtator fuit interfectus, q̃ per ſñiam ꝯdemnatoriam probat hęres indignus.ergo fiſcus tanq̃ vr̃is heres,põt agere petitione hæreditatis : & non eſt opus alia ſñia confiſcationis, quia fiſcus eſt vr̃is heres directo,non per reſtõnem bonorum, vt ff.ad Syllan.l. Caius.ſup.de his,qui.vt indig.l.1.Quedã vero ſunt, quæ ueniunt ab extrinſeco,verbi gratia,q̃ Petrus ſit culpabilis,non eſt extrinſecum,nec ſubordinatum,q̃ Martinus ſit culpabilis:& iõ ſñia lata ꝯ unum.non facit iuſ ꝯ alterum.hac ratione dico, q̃ per ſentẽ
b tiam lata contra eum non fit præiudicium mandatori: *b* immo oportet,q̃ in accuſatione ꝯ mandatorem inſtituta,de nouo probetur maleficium principale,vt ff.de iuriſd.om.iudic.l.ſi quis id, quod.§.ſi.eſſe enim mandatorem non eſt quid intrinſecum ipſi maleficio principali,& ideo condemnatio vnius in alterius con
c demnatione nihil refert,ut ff.de adul.l.nihil intereſt, §. fi. *c*

ADDITIONES.

a And.Bar.Oppo.condemnatis occiſoribus,videntur hæredes condemnati in confiſcatione bonorum,vide Bal.in l.minorib.ſup.de his,qui,ut indig.
b Mandatori.vide,quod no.Bar.in l.1.ſup.de præuar. quid autem in ſententia abſolutoria,vide Bar.in l.adul.§.ſi eod.ff.de adul. & vide quod no. Bar. & ibi dixi poſt eum,in l.ſi is,qui rem.la 2.l.ſi tu Titium ff.de fur.
c l.nihil intereſt,§.f.l.indecendo,vt per Bal.in l.non ideo. inf.de accu.

LEX IV.

1 *Sententia non extenditur de ſimilibus ad ſimilia.*
2 *Vſucapio traditione ſecuta,an ex titulo acquiratur non domino.*
3 *Titulus & poſſeſſio etiã vera,per inſtrumentum tempore inueſtituræ confectum probatur.*

Nec in ſimili. Sententia lata cum vno, nõ præiudicat alteri,nec eidem ĩ ſimili negotio: & ſic non eſt exemplis, vel ſimilitudinibus iudicandum,ſed legi
1 bus.hoc dicit ſecundum Iac.But.† Not.quod ſñia non extendit de ſimilibus ad ſimilia.Oppo. q̃ factum vnius præiudicat alteri. Nam ſi pater & Princeps legitimant ſpurium,legitimis præiudicant,vt no.in Auth.quib.mod.na.effic.ſui.§.fin. colla. 7. & dicit
a Cyn. in l.nam ita diuus, ff.de adop.q̃ non requiritur citatio *a* agnatorum:& eſt ratio, quia ius conſentiendi,& contradicendi non eſt eis conceſſum,viuo patre, vt l.ſi de lib. agn. & ſi haberet quandam ſpem,non tamen probabilem,vt ff.de verbor.obl.l.inter ſtipulantem,§.ſacramen.quinimmo etiam habentes ſpem ꝓbabilem:non tamen proximam,ſed remotam , non ſunt citandi,vt ff.de ventre inſpi.l.1.§.denunciari.Sol. non dicit hic præiudicari,quia in poteſtate domini eſt dare legem de rebus ſuis , &
b in poteſtate Principis eſt concedere priuilegia nemine citato , *b* ſicut in qualibet lege ipſe ſolus concedere poteſt,vt ſupra de leg.
2 l.fina.† Secundo opp.nam ego video,q̃ ex titulo acquiſito a nõ domino,& traditione ſecuta, aperitur via vſucapiendi cõtra do-
3 minum, & ſic per factum alterius præiudicatur ei . Item † certũ eſt,quod per inſtrumentum probatur titu. & poſſeſſio etiam vera probatur per inſtrumentum confectum tempore inueſtituræ corporalis,ſecus ſi eſſet inueſtitura abuſiua, vt in c. 1. quid ſit inueſtitura.colla.10.Solu.lex noſtra loquitur in his,quę requirunt ſtrepitum iudicialem,vel ſaltem citationem:ſecus in his,quæ nõ requirunt ſtrepitum.iſta eſt gl.no.quam ſepius allegaui,ff.de bo. poſ.l.3.§.ſi cauſa cognita.

ADDITIONES.

a Citatio,An citatio agnatorum in legitimatione ſit neceſſaria, vide per Barto.in l. Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſth.
b Nemine citato. Vide pe B r.in l.2.inf.de temp.ap.quid in impetratione reſtitutionis uide gl.& Ant.de B t.in c.cum olim.ext.de iud.B r.in l.adoptio, ff.de adop.

Comminationes,epiſtolas,programmata,ſubſcriptiones,autoritatem rei iud.non habere.

1 *Sententia diffinitiua præcedente plena cauſæ cognitione ferri debet.*
2 *Comminatio qualiter cognoſcatur.*
3 *Comminatio non dicitur clauſula,inquantum de iure poterimus procedere, quæ in citatoria apponitur.*
4 *Præceptum,quod faciunt Iudices per epiſtolam, adijcientes clauſulam, ſi ſenſeris, an ſit comminatio.*

1 ¶† Præmitte legem vltimam, quę dicit, q̃ ſñia diffinitiua debet ferri pcedente plena cãæ cognitione,& magno conflictu,& non paucis verbis.& iõ epiſtola,programa, & ſimilia, non habẽt vim rei iud.h.d.totus ti.Iac.But.dicas q̃ futura nõ cadũt cauſę cognitio-

gnitionem ſed ſunt incerta: & iō ſuper eis interlocutio fundari
non pōt: potius autem dr̄ comminatio, qn̄ habet tractum ad fu-
turum, quia tractus futuri tp̄is ad Iudicem nō ſpectat: nam quē
admodum agēs debet edere cām ſuæ intētionis, ita iudex debet
edere cām ſuæ interlocutionis. Sed Iudex nō poteſt edere cau-
ſam de futuris, quia nondum ſunt. Nam cauſa proprie, in præte
ritum confert, vt ff. de cōd. & dem. l. nominatim. Sed ꝯ hoc opp.
Nam lege cauetur, quod comminationes fieri pn̄t, ergo dēnt ali
quid operari, vt ff. de iud. l. ad perēptoriū. & alibi dr̄, ꝙ commina
tio a vim peremptorij hēt, vt no. j. de cohor. l. ſi apparitor, lib. 11.
Sol. aut comminatio fit in executione citationis, & valet rōne ꝯ
tumaciæ: aut in alia interlocutoria, & non valet. Scd̄o ꝯtra hoc
opp. nā iſtæ comminationes plerunque fiūt de mandato legis, er
go debent aliquid operari; nec eſt nouum, ꝙ decretum poſſit in
terponi ſub condōne legali, & iuridica, vt ff. de tut. l. muto §. ſub
conditione, ff. de fideic. l. 3. §. adijci, & comminatiue, ff. de admi.
tut. qui repertorium, §. ſi deponi, & §. idem ſolent, & ff. vbi pup.
edu. deb. l. ius alimentorum, §. 1. & ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie.
iu. l. 2. §. dn̄orum. Sol. qn̄q; comminatio fit ad malitiam conuin-
cēdā; qn̄q; ad culpam aggrauādam, qn̄q; ad ſn̄iam fundādā. pri-
mis duob. caſib. valet, vt in legib. ꝯrijs: ſed in tertio non valet, vt
hic. Extra tn̄ no. ꝙ iſtæ comminationes incutiunt terrorem, & ſi
b fiunt a Iudice ſæuiente pōt appellari, *b* vt j. de appel. l. ſi quis pro
uocatione. & no. Inn. de app. c. cū ceſſante. ideo ſi quis timet, ne
c ꝯius ad tormenta *c* ponatur, appellet: & tūc confeſſio ſecuta, erit
ipſo iure nulla, vt l. 1. ff. nil no. ap. interp. nec eſt opus in hoc arti-
2 culo, ꝙ ſuperior iubeat, quia eſt periculum in mora. † Mō ego q̄
ro, qūo cognoſcā, an ſit cōminatio necne? Rn̄. hoc modo. Nam
ſi Iudex ita dicit, niſi ſic feceris, tm̄ ſolues: iſta eſt comminatio. &
ſi dicit, mandamus vt ſic facias, alioquin tm̄ ſoluas: ſi vtrunque
ſpectet ad officium iudicantis, iſta non eſt comminatio, ſed de-
d cretū Iudicis. Et iō ſi Ep̄s *d* cōfitenti debitū, mandat, ꝙ ſoluat in-
tra 10. dies, alioquin ſe excōicatum eſſe noſcat; hocq; facit de re
ſcripti recitatione, erit excommunicatus ſi in termino non ſol-
3 uat, vt extra. de app. c. p̄terea reqſiſti. † Quæro nunquid *e* iſta clau
e ſula, q̄ apponitur in citatoria, alioquin q̄tum de iure poterimus
procedemus, ſit comminatio? Rn̄. nō gl. in l. 1. huius tit. dicit vnū
mirabile verbum, quo poſſit inferri, ꝙ in ſummarijs iudicijs ta-
lis clauſula haberet vim peremptorię citationis: quia verbū, po-
terimus ſignificat poſſe vn̄cunq; ēt per arbitrium, qđ in ſumma
4 rijs in procedendo Iudices habent a lege. † Quid de eo, *f* quod
f quotidie fit: qa iudices faciunt p̄ceptum per epiſtolā, & adijciunt
clauſulā conſuetā, videlicet, & ſi ſenſeris te grauatū, cōpareas co
ram nobis recepturus iuſtitiæ complementū, nunquid illud p̄ce
ptū ſic iuſtificatū ſit cōminatio? Breuiter dic, ꝙ aut eſt inualidū,
g & reſoluitur in comminationem: *g* aut eſt validum, tunc refert
aut citatus comparet, & reſoluitur in ſimplicem citationē, quia
alternatiuū; & altera pars vera eſt, quia cōparuit, vt no. Inn. ext.
de cohab. cler. & muli. c. tua nos, & Io. And. in c. ibi p̄ced. ſup gl.
ad intelligentiā. circa fi. gl. & no. Ia. But. de tranſlatione aut nō
comparuit, & ſtat præceptum firmum; nec Iudici pōt aliquid ī-
putari, qa fuit præceptum iuſtificatum, vt no. ſu. ſi man. ita fuer.
alle. l. ea quidem. & ff. de ope. nou. nunc. l. de pupillo, §. meminiſ-
ſe. Modo quæro, dicit ſtatutum, ꝙ iudex viſo publico inſt̄o No
tarij, qui ſit ciuis illius ciuitatis, dēt facere pręceptum debitori,
ne recedat de palatio quin ſoluat; mō cum debitor ſit abſens, iu-
dex facit hmōi præceptum per literas, ꝙ veniat ad palatium, non
diſceſſurus quin ſoluat, niſi iuſtam defenſionē oſtendat. Quærit
vtrū valeat iſtud præceptum? & vr̄ ꝙ ſic, vt dicto §. meminiſſe. In
ꝯriū vr̄, qa citatio non p̄ceſſit; dicendum eſt ꝙ valeat, quia ſic iu-
ſtificatum reſoluitur in citationem eo comparente, alioquin fir-
mum maneat, ita ꝙ poterit poſtea perſonaliter capi ſine alia cita
h tione. Quæro vna cum Iac. Butr. Iudex *h* poſuit quem in banno
i centum librarum propter contumaciam, vtrum iſtud bannū *i*
poſſit exigi ab eo? & rn̄de, quod in eum debet ferri condemna-
toria, alioquin iudex poterit exigere plus, vel minus. Et dicit ꝙ
bannum eſt quędam comminatio pręparatoria pęnę, & non eſt
ipſa pęna finalis, ſm̄ Iac. But. Quæro etiam vna cum Butr. Iudex
mandauit alicui, quod compareat intra tręs dies; & iſte erat ac-
cuſatus de maleficio, ex quo debebat ei amputari pes per formā
ſtatutorum, & dicit iudex ſub pęna pedis; & an iſtud bannum va
leat in executione iſtius pęnæ? & dicit ꝙ non. Et ſi tu dicas, qua-
re quotidie fit? Rn̄d. qa habemus ſtatutum dicens, ꝙ ſi poſt talē
admonitionem patiatur ſe deſcribi in libro bānitorum, & ſi po-
K ſtea capiatur pes ei amputetur, ſm̄ Iac. But. No. ergo, ꝙ *K* hmōi
l ſtatuta *l* valent, ꝙ propter contumaciam poſſit quis condēnari
ad pęnam corporalem, & pōt fieri executio eo ipſo, ꝙ eſt deſcri
ptus in libro bannitorum. Sed iure cōi pp contumaciam pœna
corporalis inferri non poteſt, vt l. diuus, ff. de cuſt. reo.

ADDITIONES.

a Comminatio. Vide Bar. in l. ſi finita, §. Iul. ff. de dam. infe. et Bal. inf. in uerſ. quęro, nunquid iſta clauſula.
b Appellari. Varie loquuntur gl. et Do. in c. cum ceſſante, hic alleg.
c Ad tormenta. Vide Bal. in l. ſi quis, hic alleg. in l. cum ſententiæ, inf. quo appel. non reci.
d Si. Epiſcopus. Idem dicit Sal. in l. 2. inf. eo. & vide Imo. in l. filiusf. §. diui de leg.
e Nunquid. Vide ſup. facit, quod no. Barto. in l. ſi finita, §. Iul. ff. de dam. infec. Et dicit Bal. in l. fi. huius uer. ꝙ in cauſis ſummarijs, & de plano noſcendis, non requiritur peremptorium, in alijs ſic, ut no. Bal. in auth. ei qui, inf. de bo. auth. iud. poſ. nam id primum deciditur ſummariè, l. 2. ſup. ubi in rem act. Tamen requiritur peremptorium, l. ſi finita, §. Iul. prælleg. & ita per hoc reperio Rom. reprobantem ibi, & vide Spec. in tit. de ſum. cogn. §. poſtremo, verſ. hoc quoque, & no. quia dicit Bal. in l. 2. ſup. qui admitti, ꝙ ſi iudex comminaretur, uel pronunciaretur, te non audiendū poſt terminum, ꝙ non valet, & ꝙ quandoque iudex cum cauſæ cognitione fulminat, comminatio nunquam tranſit in rem iud. per l. interlocutio. & l. ſeq. inf. eo. And. Barb. Nunquid No. quod in ſummarijs comminatio dum clauſula habet vim peremptorij. Vide Bal. in l. ſi finita, §. Iul. ff. de damn. infec. vide quæ dixi in c. cauſam, quæ, de reſcr. & ibi gl. & Doc. & gl. in c. ex parte, de verb. ſigni. & Bal. in l. 1. ff. de iure deliber.
f Quid de eo. Vide Bal. in l. 1. inf. eo. ubi idem fin. dicit.
g Comminationem. Et ſic ſentit, quod nullum habet effectum, ſicut nec comminatio appoſita, uel ſententia interlocutoria, ut dicebat Bal. in hac rub. in prin. in verſ. ſed contra, facit l. 1. & quaſi per totum, inf. eo.
h Iudex. Vide Bald. in auth. bona damnatorum, inf. de bon. proſcrip.
i Bannum. Vide Bal. in l. fi. ſup. ſi a non compe. iudi.
K A. B. No. ergo. No. ꝙ valet ſtatutum, quod propter contumaciam imponatur pęna corporalis uide Bal. in l. 1. ſup. de hære.
l Statuta. Vide Bal. in l. nę diu. inf. de pęn. dixi latius poſt Bart. in l. 2. inf. quo appell. non recip.

LEX PRIMA.

1 *Verba comminatoria obligationem non inducunt.*
2 *Verba enunciatiua prolata principaliter propter ſe, obligationem inducūt.*
3 *Iudicum comminationes non valent, niſi Iudicis contemptum reſpiciant.*
4 *Reſeruatio, & excōicatio rebellium, expirat ſi interim officium finitur.*

1 NEc vim, † Verba comminatoria obligationem
non inducunt. h. d. Et rō eſt triplex, pri-
ma, quia verba ſunt enunciatiua: ſecunda, quia de futu
ro: tertia quia in diſcreta. i. ſine cauſa. cātum. n. non poteſt ſuam
cām pręcedere: & ſic ſn̄ia, q̄ eſt quoddam cātum, non pōt pręce-
dere ſuam cām. Eſt & quarta rō, quia cum euentus cāæ ſit in po
teſtate rei, non fingitur retro, & ſic nō pōt informare ſn̄iam, nec
ēt ſibi cohęrere. Eſt & quinta rō, quia tractus futuri tp̄is non ſpe
ctat ad iudicem, ut l. j. §. j. ff. de vſur. niſi veniant conſecutiue ex
ſolo tp̄is tractu, & non per nouum factum, vt in vſurarum ſtipu
latione, & annua obligatione, vt l. 1. ſup. de fideic. vel niſi futura
ſit quædam perſeuerantia debitæ executionis, vt ff. de arbi. l. inter
Caſtellianum, & ff. ſi ſeru. ven. l. harum, & l. egi. vel niſi futurum
pertineat ad ordinem iudicij, ut ſtipulatio de iudicio ſiſti: vel ad
eius effectum, vel effectū iudicij, vt ſtipulatio iud. ſol. certe iſtę ex
ceptiones vltimæ dn̄t, ꝙ tractus futuri tp̄is non in ſn̄ia, ſed in ſti-
pulatione conſiſtit, vt ff. de iud. l. non quemadmodū, videbat. n.
in lege nr̄a, ꝙ ſicut ſtipulatio reſpicit futurum tractum, ut ff. de
euic. l. ſi ita quis, & ff. de verb. obl. l. 5. §. ſatis. accep. no. de pac. l. ta-
le pactum, in prin. & Inſt. de lite. obli. in princ. ita authoritas iudi-
cis, quæ non eſt minor q̄ authoritas ꝯctus. Item alia rōne videbā
2 tur talia verba enunciatiua diſponere, † quia ſunt prolata princi
paliter pp ſe, arg. ff. de don. l. ex hac ſcriptura. Sed dic, ꝙ illa regu-
la non hēt locum in ſn̄ijs, ut dixi ſ. de ſent. l. cum iudex, & quia
iudex non pōt inuenire nouas obligationes a lege non inductas.
3 Iō † cōminationes *a* iudicum rł̄r non ualent, niſi reſpiciant con
a tēptum iudicis ut dicat, ſi falſum rn̄deas, decem pręſtabit, ut no.
Io. de Are. in l. ius alimentorū, §. 1. ff. ubi pup. educ. deb. & niſi v-
bi permiſſum eſt iudici terrere litigantē ad commodum fiſci, ut
b ff. de manumiſ. l. ſi qs dicat. Quęro utrum pręceptum *b* factum
deſoluendo certa die intelligat unum, uel plura? & vr̄ ꝙ duo, ut
l. Celſus, ff. de arb. & in l. ult. de cond. inſt. Sol. duo pręcepta facit
ſenſus diuerſus, & rō diuerſitatis. Item ſi unus diſponit, alter diē
apponit, alias una obligatio in diem non eſt niſi vna. Item dici-
c mus, *c* ꝙ in dubio iudex habet iuriſdōnem ut l. ſi quis ex aliena,
ff. de iud. hoc uerum in iuriſdōne contentioſa, ſecus in uolunta-
ria. vn̄ dicit glo. ꝙ dubitans de ꝯpetentia iudicis, coram quo fuit
emancipatus, dubius eſt de ſtatu ſuo, ut ff. de teſta. mil. ex milita-
4 ri. † Quæro, poſito quod ualeat ꝯminatio iudicis cōpetentis, uel
alia eius de futuro pendens diſpoſitio, utrum ſi interim expiret,
iuriſdō euaneſcat? Gl. dicit ꝙ reſeruatio expirat, & excōicatio re
belliū, ſi interim offm̄ finit̄, ff. de teſt. mil. l. ſi certarū, §. fi. qa māda
tum ex offō pendens, finitur, ſi re integra mandans morit̄, ut ibi
no. p Acc. ſecus in diffinitiua ſn̄ia, qa illa non p̄t reuocari, qđ no.

ADDITIONES.

a Ideo comminationes. Vide no. per Bar. in l. 2. in fin. princip. ſi quis ius di. non ob. & quod ibi dixi, & Bal. in l. pe. inf. eo.
b Vtrum pręceptum. Vide Bal. ſup. in rub.
c A. B. Item dicimus. No. quod iudex in dubio habet iuriſdictionem, uide Bal. in l. licet, ſupra de pact.

LEX II.

1 *Sentētia exceptionem peremptoriam pertinens, an ſit diffinitiua.*
Bald. ad poſter. lib. Cod.

a **Rei iudicatæ.** Per epiſtolam *a* non poteſt ferri ſnīa, ēt in fauorem Reip.h.d. Eſt autē epi-
ſtola ſcriptura loquens, tamen non ſufficit. Idem, ſi quis ferret
ſnīam in ſono buccinę, uel pſalterij, quamquam ille ſonus qñq;
1 intelligatur, quemadmodum viua vox. † Quæro, nunquid *b* ſnīa
b perimens exceptionem peremptoriam ſit diffinitiua? Reſp. non,
c ut no.in c.fi. extra de app. in clem. nec econtra, quia non parit *c*
actionem in facto, quia hoc dat cognoſcere diffinitiuam ab in-
terlocutoria. ut eleganter, no.in l.j.ff.de arbit. Adde ꝙ in clauſula
ſilentium imponens, inducit ciuiliter non petere, ut l.ſi quis miſ-
ſio.in fi.ne uis fiat ei quod no.

ADDITIONES.

a And.Barb. Per epiſtolam, No.quod per epiſtolam non poteſt ferri ſententia, & ſic ſingulariter limitatur l.non figura, ff.de act.& obl.quod no.Bal.in authen.habita, ſup.ne fil.pro patre, & quod ibi notaui, & no.in c.conſtitutionem, de ſenten. excom.lib.6.
b Nunquid. Vide Bal.in l.ſi ſtatutis, ſup.de ſent.ex breui.rec.& per Imo.in l. 1. ff. de re iud.& ibi dixi.
c Non parit. Vide per Bal.in contrarium, in l.3.§.idem ſcribit, ff.de pec.

LEX III.

1 *Sententia diffinitiua, ſiue in eadem charta, ſiue in alia ſubſcriptio ſit facta reuocari non poteſt.*
2 *Iudex in uerbis æquiuocis mentem ſuam interpretari poteſt.*
3 *Interpretationes extraneæ non ualent.*

1 **Ea, quę.** † Snīa diffinitiua ſubſcriptionibus Iudicum re-uocari non poteſt.h.d. Intellige, ſiue in eadē char
a ta, ſiue in alia ſit facta ſubſcriptio. Et eſt argum. *a* ꝙ licet Nota-
rius poſt completam ſcripturā, & publicatā, dicat caſſaui, qa per
errorē ſcripſi, ſiue iſta ſubſcriptio in eadē imbreuiatura, ſiue in
alia charta inueniatur, ꝙ vitiatur, & non uitiat. Non ob.l.j.ff.de
his, quæ in teſta.delen. quia ibi loquitur in teſtatore. qui pōt cor
rigere factum ſuum. Tabellio aūt, & teſtis non pōt ſibi ipſi dero
gare, ſed ſtandum eſt primo dicto, & primæ ſcripturæ, tanquam
matrici ſcripturæ, vt plene no.ꝑ Docto. in l.Imperator, ff.de ſta-
tu homin. Conſueuerunt tñ Notarij nō publicare regiſtrata, niſi
in fine quaterni, & tunc illud, qđ reperitur cancellatum, non in-
telligitur publicatum, nec ei credi dēt, ut ſup.de edic. diui Adr.l.
b edicto & s̄.de teſta.l. ſi unus. & adde qđ dixi in l. ambiguitatem,
2 ſup.de teſta. † Quærit gl.*c* an iudex *d* poſſit interpretari mentem
c ſuam in uerbis æquiuocis? & dicit ꝙ ſic; qđ eſt verum ſedēdo ꝓ
d tribunali, & partib. citatis, & eo in officio durante. hoc.n.debet
facere tanq̄ iudex, & cā cognita. Nam hoc eſt quoddam ſupple-
e re, vt no.in c.bonæ.extra.de poſt.præl.pone *e* ergo, ꝙ iudex pro-
nunciauit rem pertinere ad actorem. nunquid poterit interpre-
f tare *f* iure dñij, & ſic pro actore, vel iure poſſeſſionis, & ſic minus
ꝑiudicando reo? Rñd.non; quia ſi iudici detur iſta facultas, capta
toria erit. Item ſubſtantialia reſpicit. Nam iſta interpretatio eſſet
ſubuertere ius alterius, & ſubuertere non poteſt, ut in lege no-
ſtra. Item iudex non poteſt interpretari libellum. quia hoc eſſet
interpretari factum alienum, vt ff. de rei vend.l. Pompo. ſcribit,
ſi frumentum. Item mentem teſtium interpretari non poteſt, vt
extra, de prob.c. in præſentia. niſi propter atteſtationum confli-
ctum, reducendo eos ad concordiam, ut extr.de teſtib. cum tu fi
lij. Item non pōt interpretari verba præciſæ ſignificationis, vt ff.
de lega.3.l.ille, aut ille, §.cum in verbis. quid ſi dixi ita, condem-
no Titium, & Seium, & quemlibet eorum, nec adijcit, inſolidū.
vtrum poterit interpretari quod pro patre? & uidetur ꝙ nō, qa
intellectus, qui attribuitur dictioni, cuilibet eſt quid inſolidum.
vt no.ī l. ſi plurib. in prin.ff.de leg.2. Contrarium dico, quia iſte
non eſt modus ſignificandi neceſſarius, ſed præſumptiuus, id
eſt recipiens probationem in ꝯrium, vt no.in l.creditor, §.ſi inter
ff.mand.& ideo ſi naturæ negotij congruit interpretatio talis, ei
3 ſtatur. † Et ſcias, ꝙ *g* interpretationes extraneæ non ualent. Item
g hæ demum valent, quæ exponunt, & non perimunt hoc dictum
vel ſcriptum. ut extra, de accuſa.ca.cum dilecti.

ADDITIONES.

a Et eſt arg. Vide per Bal.in l.in fraudem, §.1.ff.de teſt.mili.
b Ambiguitatem. Melius in lege noſtra per ipſum, eo.tit.de teſt.
a Eſt arg. Vide Bal.in l.ex illo.inf.tit.1.& Ang.& Ro. & quæ ibi dixi,'in l. 1.§.quæſitum,ff.de app.& quod no.Bar.in l.1.ſup.eo.& in l.3.in fi.nil no.app,interp.& l.ad principem.& ibi per me,ff.de app.
b And.Barb.Eſt ratio.Vide pro hoc dicto tex.in c.licet,de offi.leg. & ibi dixi.
c An grauatus.Vide gl.& Bar.in l.1,in fi.ſup.eod.& latius in l. 1. §.quæſitum,& ibi Doct.ff.de appel.
d Secundum formam.Vide omnino in l.iubemus,& quæ ibi,glo. & Doct. inf.tit.1. vbi a relatione facta per Conſiliarios principis non appellatur,ſed a ſententia ſecundum relationem ſic.

De appellationibus,& conſultationibus. *Rub.*

1 *Appellatio dicitur remedium ordinarium.*
2 *Appellatio an pronunciatum reſcindat.*
3 *Appellatio non interponitur a tranſactione.*
4 *Statuto dicente,quod a ſententia arbitri appellari non poſſit, an exceptio doli poſſit opponi.*

1 † Appellatio *a* eſt remedium ordinarium,quo mediante ſubue-
a nitur oppreſſis iuſtitia, & iuriſdictione ſupioris iudicis, ad hoc inuocata,vt colligitur in leg.1.,in princip.ff.eod.Not.ergo ꝙ vbi
2 cunq.iuſtitia eſt oppreſſa,pōt appellari.† Quæro, nunqd *b* applō
b pronunciatum reſcindat; Reſpon.ſic,conſiderato ſtatu præſenti.nam ſtatim ſententia perdit uires,vt ff.ad Tur,l.1.in fi.Sed cōſiderato futuro euentu nequaq̄,cum ſnīa poſſit ꝯfirmari.Itē an appellatio poſſit deferri,& poteſt eſſe in pendenti, hoc eſt quod uocatur ſuſpendi,non in totum abrumpi?Rñd.ſic,vt ff.de pac.l.
c tale pactum,§.qui prouocauit Ex prædictis *c* apparet, ꝙ ille,qui appellat,eſt interim integri ſtatus,vt ff.de ifa.l.furti,§.1.Si autem non eſt appellatum:ſed pendet tempus appellandi,iſta eſt mera ſuſpenſio,i.interim quoddam ſilentium inducitur,ſnīa tamē eſt ſententia,vt d.§.1.& l.poſtquam,§.Imperator,ff.vt le.no.ca.& ī
3 l.chirograpis,§.1.ff.de ami.tut.† Quæro, nunquid a tranſactione appelletur?Rñ.non,vt no.ff.de tranſa.l.ſi a ſententia,§.ſi hīs.
d Sed nunquid de iure canonico *d* poteſt appellari a ſententia arbitramentali?Dic ꝙ non,quia arbitrator nō eſt iudex.ſed alio modo debet corrigi,& confirmari ad æquitatem & iuſtitiam, vt ff. pro ſoc.l.vnde ſi Neruæ.& facit quod no.Bar.extra,de elect.cap. cauſam,quę inter.Quæro,ſi appellatur de facto a ſententia arbitri,vtrum iudex ad quem poſſit eam ſentētialiter ꝯfirmare. Rñ.
4 ut no.Inn.in c.innotuit.extra de arb.† Quæro, ſi ſtatutum *e* di-
e cit,ꝙ non poſſit appellari a ſententia arbitri, vtrum poterit opponi exceptio doli;& vř ꝙ nō:quia tex.dicit,ꝙ excipere eſt quædam ſpecies appellandi,vt ff.de arb.l.non diſtinguemus,§.cum q dam.In ꝯrium vř,ꝙ iſtud ſtatutum cōtinet idem,quod ius cōe, vt s̄.de arb.l.1.Sol.aut ſtatutum dat laudo validitatem, & tūc excipi non poteſt,argum.gl.quæ eſt in l.in cauſæ,ff.de min.aut non dat validitatem:& tunc non eſt neceſſe appellari,nec etiam poſſet appellans proſequi per uiam appellationis, niſi partes pactū feciſſent ꝙ appellari poſſet;vt ff.de app.le. ex conſenſu.& ibi per
f Dy. Item quæro,nos dicimus ꝙ appellatio *f* geſtoris dēt ratificari intra decem dies.hoc verum,quando tāquam geſtor appellat.Sed quid ſi dubium eſt de mandato,& cauet de rato?Reſpō. quandoque ratificari poteſt;ſed caue tibi,quia non dēt ratificare dominus tanquam factum a geſtore, ſed, tanquam factum a procuratore vero,firmum mandatum habēte:alias cautio rati parum valeret in cauſa applōnis.ad hāc tñ cautionem admittit̄ coniuncta perſona,& quæ hět probabilem mādati præſumptionem:ſecus ſi eſſet præſumptio contra eam,argum.l.maritus, ff. de proc.& no.in l.actor,ff.rem rat.hab.vbi glo.not. plus dico, ꝙ in criminalibus non acquiritur ratificatio,ſi cauſa eſt capitalis, vt ff.de app.l.non tantum.

ADDITIONES.

a Appellatio.Quid ſit appellatio.Vide Bal.& Doct.in l.1.ff.eo.
b And.Bar.Quæro,nunquid.Hanc opi.tenet Ang.in §.qui prouocauit, hic all.& D. meus in l.1.alias in rub.de app.attribuit iſtam opin.Ang.ſed fuit Bal. hic.
c A.B.Ex prædictis.An appellatio tranſactione,& ſic ab actu extraiudiciali. Bald. tangit in l.is qui.inf.de app.cōtra Bar.in l.ſi.ff.de app.reci.allegauit tex.in l.a ſententia,§.ſi hæres,ff.de app.etiam tenet contra Bar. vide tex.in c.cum ſit Rom.de app. ibi,quoniam ſacri canones.ergo ſecus in legibus.Item ille §.ſi hæres, non probat. vide Raph.
d Canonico.Contrarium tenet Bar.in l.ſi.ff.de app.recip.
e And.Barb. Quæro ſi ſtatutum.Si ſtatutum dicit, quod non poſſit appellari a ſnīa arbitri,an poterit opponi doli exceptio,ſed an poſſit appellari,vide Bal. in l. ſi.ſu. ſi ex fal.inſtr.& in l.j.ff.de off. præfe.præto. in recollectis, & in l.ſi adiuſt. & iu.& in l.ſi.ſup.de edi.di. Adr.tol.& quæ remiſi ad Bar.ad l.fin.ſup.de ſen.& interplene remiſi ad ſi.inf.ti.1.ad Bal.
f Appellatio.Adde l.1.& ibi gl.& Doct.ff.de app.recip.

LEX PRIMA.

1 *Appellationi locus eſt propter præpoſterationem.*
2 *Appellatio ciuilis & criminalis cumulari poſſunt.*
3 *Agens ciuiliter,in criminali ſuperſedere debet.*
4 *Ordo alius eſt inter petitorium maius,& petitorium minus.*
5 *Interdictum vti poſſidetis,dicitur duplex.*
6 *Exceptio dominij agenti interdicto vnde vi,an obſtare poſſit.*

Prius

Prius Prius debet terminari q̃ō poſſeſſionis, q̃ crĩalis.h.d.
Vel ſic.Prius dẽt terminari præambulum,q̃ id, cuius
eſt præambulũ. Vel ſic,Sꝑ dẽt prius cognoſci de priori, q̃ poſte-
riori,intellige,ſiue ſit prius natura,ſiue legis diſpõne, Scias tamẽ
ꝙ quædam eſt poſſeſſio,quæ correſpondet petitorio,& iſta eſt in
electione agẽtis,vt l.fi.ſ̃.de codi.quędam eſt quę excludit onus
agendi,vt l.ordinarij,ſ̃.de rei vend. Caſus eſt. Tu me vi deiecisti
de poſſeſſione,intẽtaui interdictum vnde ui ꝯ te.iſto iudicio pẽ-
dente accuſaui te de eadem vi crĩalr̃,lege Iulia de vi publica, vel
priuata: modo iudex (quia forte, maleficium erat manifeſtum)
te criminalr̃ ꝯdemnauit ſuſpenſo poſſeſſorio,q̃ritur, vtrũ poſſis
appellare?& rñd.ꝙ ſic, qa iudex malo ordine proceſſit:nam pri
mo debuit expedire ciuilem prius intẽtatam, deinde criminalẽ.
h.d.No.ꝙ ſñia malo ordine lata, non põt iuſtificari per probõ-
a nes criminis.Secundo no. *a* ꝙ inordinate ſcm̃ tenet, ſed põt ap-
1 pellari.† *Tertio* no.ꝙ ꝑꝑ prępoſterationem locus eſt applõni; eſt
enim grauamen, vt ſ̃.de pet.hæred.l.liber necne.ff.de excuſ.tut.
l.diximus,ĩ.qui accu.nõ poſſ l.1.ad leg.Flau.de pla.l.præſes, ſ̃.de
b hęr.act.l.vt debitum.Et hoc verum,*b* q̃n ordo eſt datus a iure,ſe
cus ab homine:qa ipſo iure non tenet,quod inordinate factũ eſt
vt ext.de reſc.c.cum dilecta.de reſt.ſpol.c. Piſanis,& ff.de acqui.
hær.l.eum,qui duobus,§.filius.Oppo.ꝙ ipſo iure non teneat, vt
in l.prolatam,ſ̃.de ſen.Solut.ibi vna inſtantia, hic vero duæ. Vel
dic,vt ibi,illud ꝯſtat ꝙ præpoſteratio requirit duo extrema.Item
aliq̃n non vitiat:vt q̃n ſurgit eadem intentio.vt ff.de pec.leg. l.q̃-
2 dam,& ſ̃.de teſtam.l.ꝑpoſteri,& l.2.§.prius,ff.de vulga.ſub.† Ex-
tra oppo. ꝙ immo ciuilis, & criminalis poſſit cumulari, vt ff.de
fur.l.interdum,§.qui furem.Sol.ibi fuit proceſſus facti, nõ iuris,
vt ĩ.q̃n ciu.act.pręiu.cri.in ru.Sed econtra,hic opp.immo vr̃,ꝙ
iſta cumulatio poſſit fieri de iure: qa video, ꝙ ex eadem inſtãtia
qs criminalr̃ punitur,& ẽt ciuiliter cõdemnatur.Vnde fur.eadẽ
ſñia,qua condemnatur ad furcas,condemnatur ẽt ad reſtõnem
rerum ablatarum.Item ſi immineat alia condẽnatio, puta ictus
fuſtium.dicit tex.ꝙ fuſtigatur,non tñ prius dimittit,q̃ furtum re
ſtituat,vt in auth.vt Iud.ſine quo,ſuff.§. oportet, & in Authen.
vt lic.matr.& auię,§.illud quoq; collat.8.Rñd. quo ad primum
de eo,q condemnatur ad mortem,ꝙ illud eſt iõ,qa poſt mortẽ
non poſſet condemnari ad reſtõnem rerum ablatarũ.Et ex hoc
pono quandam nouam conclõnem,ꝙ ciuilis p̃t cumulari crĩa
li,vbicunq; imminet pęna mortis.vel dic, ꝙ in legib. ꝯrijs reſto.
fit officio iudicis,cum notorium ſit;& delictum non põt alr̃ pur
gari,niſi reſtõ fiat,vt ff.depo.l.bona fides.Vel dic,ꝙ in criminali-
bus extraordinarijs põt cumulari ciuilis,& criminalis,crimnia-
lis principalr̃,& ciuilis incidẽter,vt ff.ſi.reg.l.4.& ff.de cal.l. ſi ab
eo,ff.de var.& extraord.cog.leg.medicus.Item dic,ꝙ ſpãle eſt in
furto.Item in alijs criminibus,in q̃b.ſummarie proceditur: alias
obtinet rl̃a cumulationem impediens.Vel dic,ſi incipias a crĩali
põt cumulari *ciuilis*?ſecus ꝯ,quod nõ placet,vt no.in l.2.ff.de vi.
3 bo.rap.† Not.ergo ꝙ iſta prima lect.loquitur de ordine electio
nis;qa q primo ciuilr̃ agere eligit,dẽt interim ſupſedere in crĩali
Eſt alius ordo,ſ.inter poſſeſſorium,& petitorium,& eſt ordo ne
ceſſitatis,ſeu uitandę perplexitatis. Nam ſi volo agere contra
te *vti* poſſidetis,& rei vend.ad plenam poſſeſſ.hoc non poſſum,
qa eſſem mihi ꝯrius,vt plene no.ff.de acq.poſſ.l. clam poſſidere.
§.q ad nundinas,& iõ oportet,ꝙ primo proponam interdictum
vti poſſid.& ſi in eo.vicero,conſecutus ſum poſſeſſionis effectũ:
ſi aũt ſuccubuero,& aduerſario meo eſt decreta poſſeſſio. tunc
neceſſe eſt mihi,ſi uolo poſſeſſionem euincere, rem vendicare,
vt ſ̃.de rei vend.l.ordinarij.Item in incorporalib.ſi dico me eſſe
in poſſeſſione ingenuitatis,& tu dicis,ꝙ poſſides in me ius ſerui
tutis,ꝑꝑ ordinandas ꝓbõnes in cã ſtatus,vt ſciatur cui iudex dẽt
imponere onus ꝓbandi,prius de quaſi poſſeſſione decernẽdum
eſt,quod põt fieri ꝑ interlocutoriam iudicis ẽt ſine libello,ſecun
dum And.de Piſis,vt ff.de lib.cau.l.liberis,§.fi.Item,q̃n eſt q̃ō de
tenenda poſſeſſione,qs ſit in poſſeſſione actor,an reus, eſt in iu-
dicis arbitrio,& ꝑtãte,ſ.vt qui meliorem,& iuſtiorem , ſeu anti-
quiorem hẽat poſſeſſionem,ille hẽat commodum poſſeſſionis.
& vnus ſit reus,& alius ſit actor,vt in §.commodum.Inſt. de in-
terd.& ſi vterq.nudam poſſeſſionem ꝑ̃tendit,ibi de ordine peti-
toris,cognoſcere non poſſet,quod nõ ꝑ̃tendit,ſed dẽt ex officio
tueri potiorẽ in poſſeſsione.facit extra,de prob.c.in pñtia.ꝑ Inn.
4 † Eſt & alius ordo inter petitorium maius,& petitorium minus
v.g. petitio hereditatis eſt petitorium priuilegiatum , & maius:
actio fa.erc.eſt petitorium reſpũ agentis,qa dẽt ꝓbari de hr̃dita-
rio iure.modo dicit lex,ꝙ aut intentans iudicium fam.erc. poſſi
det:& tunc qa petitionem hr̃ditatis formalem non hẽt,p̃t incipe
re a diuiſorio.Si autem nõ poſſidet,dẽt incipere a petitorio ma
iori,vt l.j.ff.fam.erc.Item rei uend.eſt petitorium maius, & ple-
nius inquirẽdum,ſed actio cõi diui.eſt petitorium minus, ĩ quo
ſufficiunt ꝓbõnes præſumptiuę de proprietate pro indiuiſo.Mo
do dicit lex,ꝙ agere cõi diui.non poteſt,ſi nõ poſſidet, ff. de exc.
l.fundum,ne ꝑ minorem cãm ꝑ̃iudicetur maiori,vt ff.de iud.l.ꝑ
c minorem,ſi tñ non opponitur exceptio præpoſterationis *c* ante
lit.cont,poſtea opponi non põt,vt no.in l.pe.ſ̃.cõi diuid. & ff. de
euic.l.ſi mancipium,§.j. ex q̃b.legib.dico, ſi in lege nr̃a non fuiſ-
ſet exceptio oppoſita, cumulationem impediens , appellari non
poſſet,quia reus nihil iniuſte paſſus eſt, qd̃ eſt no.Sed ꝯ hoc opp.
immediate, nã aut exceptio ꝑpoſterationis fuit oppoſita,ſed re-
iecta fuit; Aut non.primo caſu debuit appellari ante lit.conte.qa
tunc fuit illatum grauamen, nec poſſet ꝑ applõnem reparari a
diffinitiua, cum hæc exceptio non concernat,nec contingat ſub
ſtantiam,vel qualitatẽ principalis negotii,ut ſ̃.de procur.l.ita de
mum.& in c.fin.de app.lib.6. Secundo caſu iõ non appellatur ,
ut ibi dixi,qa ꝓceſſus fuit factus rite,& recte,qd eſt ergo,ꝙ dicit ĩ
lege nr̃a,ꝙ appellatur poſt diffinitiuam?Rñd. conſidera;ꝙ q̃n eſt
ordo temere ueniendi ad li.cont.tunc dẽt appellari ante lit.cont.
Sed q̃n eſt ordo temeritatem concernens ueniendi ad diffiniti-
uam,tunc bñ p̃t ueniri ad diffinitiuam,ut hic,& ſ̃.q̃ ſen.ſine app.
reſcin.l.1.in fi.& ſi tu dicas,ꝙ non contingit negotium principa
le.Rñ.immo contingit,ut ff.de exc.l.fundum,& l.fundi,& ſic nõ
ob.tua oppoſitio,licet ſit ſubtilis,& pulchra.Pręmiſſa ergo lect.
q̃ cõiter tenetur,uenio ad alias lect.& accipio primã lecturam,
ſm̃ q̃ hoc intẽdit.Iudex dẽt primo inquirere de ſubã poſſeſſio-
nis,ſecũdo de crĩe turbationis,& ſi ordo ꝑuertitur,tunc appella
tur.Caſus,duo ſe poſſidere contendunt,& quilibet inſolidũ , nec
conſtabat qs poſſideret:primo dẽt de poſſeſſione ꝯſtare,quo li-
quidato,is dẽt ſuccumbere, q talem poſſeſſionem inq̃etauit;nec
ſufficit conſtare de inq̃etatione , qa ꝑſonalis inq̃etatio fieret non
poſſidenti,ſed dẽt conſtare de inq̃etatione reali , i.de ipſa poſſeſ-
ſione.in quo aũt conſiſtat ſubã poſſeſſionis,hr̃ ff.de acq.poſſ.l.3.
§.ex ꝯrio.Sed iſta prima lectu.non vr̃ procedere, qa ſil', & cõne-
xe in uti poſſidetis inq̃ritur de ſubã poſſeſſionis , & turbatione.
In iſtis eñ duob.coniunctim,tanq̃ in duabus radicibus,conſiſtit
ſubã huius interdicti, ergo & uentilatio.Vel dic plenius caſum.
Queſtio mouebatur iſta, agebam interdicto unde ui , dicens me
a te fuiſſe ſpoliatum tali die:tu uero dicebas intentionem meam
nequaquam procedere , eo ꝙ tunc tpis nõ poſſidebam fundum
ſed Titius.certe de poſſeſſione prius quæretur eo ꝙ ſolus ille ex
periri põt interdicto vnde ui:q cum poſſideret ui deiectus eſt, vt
le. 1.§.deiecit, ff.de ui,& ui arma. Idem ſi criminalr̃ accuſarem:
nam licet ſim dominus, ſi non ſum expulſus de poſſeſſione , qa
non poſſidebam,non poſſum agere vnde ui , nec accuſare de ui
expulſiua,licet uelim ꝓbare me dominum. & ſi iudex admittit
probõnem dñij,prius q̃ poſſeſſionis, poſſet appellari.h.d.facit ſ̃.
qui legi.perſo.l.momentaneæ. & ſ̃.de inter.l.in cer. Vel dic alr̃
ſub tali exemplo:Agebam ꝯ te interdicto,vti poſſi.& tu recon-
ueniebas me eodem interdicto,dum ego vellem probare de an-
teriori poſſeſſione , iudex non audiuit me , ſed qa tu probaſti de
turbatione,iudex condemnat me,poſſum appellare,qa tãquam.
antiquior poſſeſſor debeo audiri,& uincere,non ſuccũbere.hęc
lectura vera eſt in ſe & not. & probatur per tex.extra, de ꝓba.c.
licet cauſam . Nam poſterior poſſeſſio præſumitur clandeſtina,
q̃ in tali iudicio eſt paſſiua,non actiua,tamen qa tex. facit mẽtio
nem de crimine, hæc lectura vr̃ impertinens:niſi defendas eam
quia ille qui turbat,crimen incurrit,vt ff.de act.& obligat. l.ſer-
uus non in omnibus,& ff.de iniurijs,l.iniuriarum, §.fi. Vel ſi uis
aliter ſuſtinere , pone exemplum ſic: Ego antiquior poſſeſſor
agebam

ADDITIONES.

a A,B.Secundum not.An omiſſio ordinis vitiet proceſſum,vide gl.ſing.ſecundũ oẽs l.mancipium,ff.de euict.& uide Bald.& Io.de Imo.in l.ſi quęramus,ff.de teſta.& in c.exhibita,per Mod.de iud.vide Bald.in l.ſi duas, ff.de excuſ.tut.& ſcias , quod exceptio,quæ concernit inhabilitatem perſonę,debet prius opponi , vt ſentit Bar. in l.ſi quæramus,præall.& l.cum quærebatur,ff.iud.ſol.& l.liber,ſupra de pe.hęr. niſi eſſet exceptio dilatoria,vt eſt gloſſ.nota.l.propter litem , ſupra de exc.tut.ſe-cundum Bald.in præal.l.ſi quæramus,& Ang.ibi dicit,quod non,ſi eſt omiſſio or-dinis dati per formam mandati,vt cap.exhibita.de iud.Secundo, niſi propter ta-lem omiſſionem reciperentur teſtes li.non cont.vt eſt caſus in præal. c. exhibita. Tertio,niſi exceptio emergens eneruaret iuriſdictionum iudicis , vt dixit Inno. in capitu.prætere a,de dila.ideo ſuper illa eſſet principaliter pronunciandum . vi-de Io.Cal.de cau.poſſ.cap.cum dilectus,vbi ſing.limitauit iſtam l.vide , quæ dixi in d.c.exhibita,& c.cum dilectus,de ord.cog.alleg.cap.cum eccl.de cau.poſ. vide Bald.in 1.conſt.Cod.§.quibus,ad fin.adde quod pulchre dicit Bald.in l. perempto rias,ſup.de ſen.reſc.non poſ. & in l.1. C.de ſen.ex breui. reci.adde gloſſ.fin.in ca. olim,de cau.poſ.& prop.vbi partes poſſunt facere,vt præpoſteretur . vide Bartol. vbi loquitur ſin.l.prolatam,ſupra de ſen.not.in l.2.§.prius,ff.de vul.& pup.Bald. in l.ambiguitates,ſup.de teſt.Do.Fe.in c.cauſam,quæ de reſcr.Do. Abb. conſi.74. Do.Pet.in ca.1.de mut.pet.& uide gl.ſing.in c.3.de eo , qui mit.in poſſ.*ubi iudex* pronunciauit mittendum in poſſ. & condemnauit in expenſis , *ſi vult* recuperare poſſeſſorium,& ſic peruertit ordinem , quia inſimul facit illum actum , & tranſi-uit in rem iud.uide Bald.in rub.de eo,qui mit.in poſ.& Bartol.in l.2.ſu. cõi diui-vbi dicit,quod duo debent eſſe iudicia,vt ſ.unum poſt aliud *includatur*. & ibi eſt glo.ſecus ſi opponatur.vide gloſ.in c.2.de ord.cog.quando *index* pronunciauit in conuentione , & non in reconuentione.uide pro iſto text.*Doct*.in cap. cum dile-ctus.de.cau.poſ.& pondera c.qua fronte,de app.*vbi* peruertens ordinem punitur Dic,aut loquitur de ordine unius cauſæ ad ſe ipſam,ut dixit Barto.in l.prolatam. vel dic,ꝙ loquitur,quando per contemptum peruertit ordinem,quia tunc peruer titur,& ſic nõ valet iudiciũ,qd̃ eſt no.pro limitatione Bar.in d.l.prolatam.

b Et hoc verum. No.Can.in c.cum dilecta,& ibi Inn.ext.de reſc.& Imo.in c.ex rõ-ne.extra,eo.& Arch.2.q.1.in gl.ſumme.

c Exceptio præpoſterationis. Vide Cy.Bal.in l.exceptionem,ſup.de prob.

agebam interdicto,vti poſſidetis,ɔ̄ te nouum poſſeſſorem,tu no
uus poſſ.accuſabas me de vi turbatiua,iudex me non audit, ſed
cõdemnat me,ego appello,quia poſſeſſio me erat excluſiua cri-
minis,vt j.de plag.l.præſes,& pro hac lectura facit ſ.de dona.in-
ter vir.& vxo.l.ſi maritus, & eſt ſimile, ſi ego poſſideo hr̄ditatē
pro indiuiſo,& petam eam diuidi,ꝙ videns cohæres meus accu
ſat me ꝙ occidi teſtatorem,nam hęc accuſatio iudiciũ diuiſoriũ
non ſuſpendit,ut ff.fa.erciſ.l.hic ɔ̄ñr.§.1.licet finaliter talia bona
veniant confiſcanda,vt ex eis filijs delinquentis non dẽatur legi-
tima,ſicut nec de vſuris,vel male ablatis, quia potius ſunt æs a-
lienum,q̄ bona delinquentis,vt ff.de bo.dam.l.cum rõ,§.2.ff.de
iu.fiſ.l.Lucius. Vel pone aliud exemplum dũ ageremus inuicē
vti poſſ.tu expuliſti me,accuſo te criminałr,ſi ɔ̄demnaris crimi-
nałr,appelles,qa non poſſum aliter probare crīalem, niſi probē
me potiorē in poſſeſſione.Iſtam lect. ſentit gl. & eſt cautela Spe.
ꝙ potentior ſpoliet minus potentē, & niſi finito poſſeſſorio poſ
ſit crīaliter agi.puto tñ, ꝙ inquiri poſſit, quia rła,ꝙ ciuilis actio
præiudicet crīali,&c.non hẽt locum in inquiſitione, quia nullũ
præambulum iudicium pẽdet cum eo licet coram eo. Prętерea
cautela ipſa nihil valet, qa lite pendente nihil pt̄ innouari, & iõ
eiectus dẽt reponi in ſtatu primęuo, anteq̄ ꝓcedatur ad vlterio-
ra,ſed ſi expulſus procederet ad vlteriora, tunc dẽret expectare
finem litis,vt l.chirographis, §.1.ff.de admi.tut.In acquiſitione
nouæ poſſeſſionis vacantis licitum eſt ad acquirendam poſſeſ-
ſionem armata manu peruenire, ſed non eſt licitum vtroq; poſ
ſidente ſe ſolum in poſſeſſione facere potiorem,vt no.In.ext.de
prob.c.in pñtia.Põt.n.poni aliud exemplum:ſed pręmitto,ꝙ eſt
reperire poſſeſſorium maius,& poſſeſſorium minus. Poſſeſſo-
rium maius eſt omne,quod eſt priuilegiatum. Poſſeſſoriũ mi-
nus eſt illud,quod non eſt priuilegiarũ, & de hoc ponã duo exē
pla. Primũ eſt, Tu me vi repuliſti de poſſeſſione, q̄ tandem tibi
turbo: ago vnde vi,tu vero retinendæ,ſi iudex primo pronun-
ciat ſuper retinendę,põt appellari,qa interdictum vnde vi abſor
bet interdictum retinendę,ut l.j.in fi.ff.vti poſſid.Ecce aliud exē
plum:Tu & ego inuicem nos turbamus in poſſeſſione, ego pe-
to mihi confirmari poſs.ex edicto di.Adr.vt l.j.ſ.de Carb.edi.tu
intētas ſimplr̄ uti poſſidetis:mõ ſi iudex petitione mea neglecta
prouunciat ɔ̄ me,appellari põt. Mõ ego quęro,ſi oppoſita exce-
ptione prępoſterationis,ſeu ordinis iudex ꝓnunciat ɔ̄ exceptio-
nem,nunquid ſnĩa ſit ipſo iure nulla:Gl.tangit hic.Sed tu dicas,
ꝙ aut iudex pronunciat aſſumpta cã iuris,ut quia dicit exceptio
nem ineptam, & ipſo iure non valet ſnĩa: aut aſſumpta cã facti,
vt quia dicit exceptionem non veram,vel non aſſignat aliquam
a cãm in ſnĩa;tunc ſnĩa valet,*a* ſed põt appellari, quia non pronun
ciat ſuper ordine iuris,qui eſt ordo immutabilis,ſed ſuper facto,
quod eſt mutabile,quicquid gl.dixerit.In gl.pone caſum ibi,ve-
nerit poſſidentem.ſ.turbandum, ut no.ff.quod met.cau.l.extat.
& ibi dicit gl.ꝙ turbare non ſolum eſt quo ad poſſeſſionem, ſed
5 probationem reddere obſcuram.† In eadem gl.ibi,cum tracta-
retur,ſ.per duos libellos,vel per unum tñ,quia interdictum uti
poſſi.eſt interdictum duplex,ut l.3.ff.de interd. Ibi, unus alteri ĩ-
tulit uim.ſ.expulſiuam. Nam expulſus ab aduerſario lite pendē
te dẽt uincere in interdicto uti poſſidetis, ſi tpe expulſionis poſſi
debat,& iſte eſt intellectus huius gl. Vel dic aliter,ut ſ.dixi.In ea
dem gl.ibi, ſm Io. hic erat cumulata criminalis ciuili ab eadem
parte. Sed qñ vnus ageret ciuili,alter criminali,vr̄ quod crīalis
deberet præferri,ut l.j.ſ.de ord.iu.Vel dic,ꝙ cum interdicto vti
poſſi.vterq; intelligat agere,perinde eſt, ac ſi ſub eadem parte,ꝓ-
poneretur ciuilis,& non criminalis, ſ.poſt litem conte.in ciuili.
Sed ante ingreſſum iudicij ciuilis cã prefertur crīali,tanquã ma
ior,& obſtatiua,ut in l.ɔ̄ria.Ibi,ſi de vi. dic ut not.ff.de acq.poſſ.
l.naturaliter,§.nihil commune,& l.cum fundum, §.fin.ff.de ui,
& ui arma.Ibi,non ualet, quia contra ordinem ſubſtantialem,
ſed in lege noſtra eſt ordo accidentis. In eadem gloſ.ibi,quarti
ponunt, hæc falſa quia pronunciare ꝙ ſuper criminali ſit proce
dendum,eſt pronunciare rite,& recte,ut ff.de iud. l.qui prior ap
6 pellat. † Extra quæro, vtrum exceptio dominij *b* obſtat agenti
b interdicto unde ui? Communis opin. eſt ꝙ non,duab.rationib.
Prima,quia uiolentia elidit dominium opponentis. Scđa,quia
ſpoliatus debet ante omnia reſtitui,ut j.ad l.Iuliam, de vi.l.ſi qs
ad te fundum.Eſt & tertia ratio, quia ex dolo non dẽt conſequi
pręmium poſſidendi,ut ff.de fur.l.itaq; fullo.vnde ſi purgetur vi
tium,non debet audiri ſuper proprietate, ut ſupra.de ſeru.fug.l.
cum ſeruum.Sol.diſtingue,aut ꝗs petit,ratione iuris,aut rõne
facti.primo caſu,aut illud ius nullo mõ cadit in agentem, & re-
pellitur; ut ſi intruſus petit reſtitutionem beneficij, uel mona-
chus prætendit ſe ſpoliatum uxore,quod eſt impoſſibile, ut not.
Inno.de filijs presby.c.conſtitutus,aut illud ius eſt poſſibile fun
dari in agēte,& tunc debet ante omnia reſtitui, ut extra de elec.
c.querelam,& 2.q.1.c.in primis, & inf.de agr. & cēſi.l.ſi coloni,
lib.11.Secundo caſu,cum petitur reſtitutio facti,i.corporalis poſ-
c ſeſſionis:refert,aut uiolentia nõ elidit ius dominij, *c* puta violē-
tia prælati,quæ nõ nocet eccleſiæ,ut no.j.unde ui.l.ſi quis in tã-
tam, & tunc ſi quidem eccleſia habet promptam probõnē, ex-
ceptio obſtat:ſi non,tunc non & ad iſtum caſum adapto gl.quæ
eſt,ff.de iud.leg.ſi de vi. aut violentia elidit ius dominij,& tunc
non obſtat exceptio,vt c.redintegranda & in c.ſæpe,de reſti.ſpo.
& in l.ſi qs emptionis,§.ſed ſuper hoc,ſ.de p̄ſcr.30.ann.Quid er
go dices in filio ſpoliato ea poſſeſſ.q̄ continuatur in ipſum iure
ex patris ſucceſſione,vt no.ff.de lib.& poſth.l.in ſuis. Rñ.obſt.ſi-
bi exceptio, qa ipſe non vr̄ proprie ſpoliatus, ſed non adipiſci, vt
d j.vnde vi.l.fi.Nam non eſt verum, ꝙ exiſtentia *d* ſui hr̄dis tranſ-
ferat poſſeſſionem ipſo iure, niſi apprehendatur,vt ff. ſi qs teſta.
lib.eſſe iuſ.fue.l.j.§.Scęuola.& ff.de acq.poſ.l.cum hæredes,& ff.
ex quib.cau.ma.l.cum miles,in prin.Quidam tñ dicunt,ꝙ in ſuũ
hr̄dem,ſtatim quod aĩo ſe immiſcet, trãſit ciuilis poſſeſſio, quia
nullũ eſt mediũ inter mortē p̄ris, & poſſeſſionē filij, & ſm iſtud
filio competeret interdictum vnde vi.ſed prima opi. verior eſt.

ADDITIONES.

a P.D.Sententia valet. *Adde per eundem in addit ad Spec.* ꝙ *huiuſmodi præpoſterationis* exceptio oppoſita & reiecta *proceſſum* non reddit nullum,in cauſa tamē appel.denuò agitabitur,& hoc eſt,quod hic dicit poſſe appellari,aduerte tamen, quod huiuſmodi exceptio in appellationis cauſa non opponitur, iuxta doctr.Cy. & Bal.in l.per hanc,C.de temp.app. Et *rurſus* adde præpoſterationem eſſe ordinis abuſum, præmittendo id quod ſequi oportuit de iure, & de facto, & ſecundum eundem Bald.in l.præpoſteri.C.de teſtam.& *tamen exceptio* omiſſa proceſſum non vitiat,quoniam ea eſt dilatoria de quo per *Alex.*in conſ.13.3.parte.
b Exceptio dominij. Vide Bal.in l.naturaliter, §.nihil *commune, in* 3.combinatione,ff.de acq.poſſ.cum concor.
c Ius dominij. Iſtud elidere ius dominij non conſideratur in *materia iſta*,ex quo qs non priuatur ipſo iure dominio,l.ſi quis in tantum,cum gl.in *ver.amittat.infr.*vnde vi.not.Ant.de But.in c.2.ad fi.extra,de cauſa poſſ.ſcripſi poſt *Bar. in l.naturaliter*,§.nihil commune,de acq.poſſ.ff.
d Exiſtentia. Vide Ang.in l.in ſuis,ff.de lib.& poſth.

LEX II.

1 *Fictio,& veritas differunt,*
2 *Iudices dicuntur duo extremi in materia appellationum.*
3 *Appellatio nunquam videtur remota a* Principe,*niſi ſpecialiter ſit dictum.*
4 *Legatus de latere non poteſt apponere clauſulam,appellatione remota,niſi ſpecialiter ſit ei conceſſum.*
5 *Legatus de latere,etiam* ꝙ *in priuilegio habeat poteſtatem decidendi cauſam appellatione remota,tamen alij committere non poteſt.*
6 *Partes poſſunt conſentire,*ꝙ *cauſa committatur appellatione remota,quo caſu non poteſt appellari.*

NOUUM. A delegato principis appellatur, licet in cau-
ſa ſibi commiſſa authoritate Principis fungar̄.
h.d. Duas hẽt lect. & vtraq; vera.prima lect. loquitur in ſnĩa la-
ta ex delegatione,& hanc hic proſequar.Secunda lect.loqtur in
ſententia lata ex relatione,& hanc proſeqt Iac.But.Ego declara
ui,ſ.tit.l.j.fi.& iõ non repeto.& no.hic gl. de materia relationis.
1 † Item no.ꝙ aliud eſt fictio,aliud veritas.vt ff.de relig.l.oſſa. in fi.
a Item no.ꝙ licet cã fuerit commiſſa a Principe,*a* tamen poterit a
delegato,ſeu commiſſario hmõi apellari. Falit in duob. caſibus.
b primo,*b* ſi Princeps dedit certum,& determinatum mãdatum
quod commiſſarius ſeruabit ad vnguem,vt extra de app.cap.no
uit.Secundo fallit,qñ remedium appel.ſublatum fuit expreſſe ĩ
litera commiſſionis,vt ff.a quib.appel.non li.l.1.§.fi. Circa hunc
articulum de cła,appłone remota,ſic diſtingue.Aut in poſſeſſo-
rio,& non appellatur ēt vbi alias appellaretur in aliquo ſpãli ca-
ſu,ut aliquid operetur,qa ampliat nãm poſſeſſorii. & remouet
obſtaculum.ar.no.in l.j.§.item nunciatio,ff.de ope.noui nun. ꝑ
2 Iac.de Are.Aut in petitorio.Et tunc † cõſidera,ꝙ in mareria ap
pellationum duo ſunt iudices extrem.ſ.iudex a quo,& iudex ad
quem.Modo dico,ꝙ reſpũ iudicis a quo operatur, ꝙ non tene-
tur deferre appel.& innouata per iudicem a quo, nõ retractant
per effectum huius appel.quæ non cõcludit iudici a quo,ſed iu-
dici ad quem.ext.de app.c.paſtoralis.Concludit ēt litigatoribus:
& iõ per litigatores authoritate propria nihil poteſt innouari, ꝑ
illam reg.vt lite penden.Dixi ꝙ non concludit iudici. quod ve-
rum eſt,niſi ſciat,vel ſcire debeat appłonem iuſtam,quia cãæ ap
pellationis fundantur a legib.1.per articulos legum:ſi enim nõ
eſſet illa clauſula,teneret deferre appłoni dubiæ,ſed quo ad iu-
dicem,cum ſit ipſe Princeps,nihil operatur,qa Princeps nõ vult
facere aliquid iniuſtum,vt l.ex facto,ff.de vulg.ſubſti.Si tñ Prin
ceps committit cauſam iſtius appłonis ſimiliter iuſtitia exequē
da eſt,vt ff.de in integ.reſt.l.omnes.& j.eo.ti.le.eos,& j.de temp.
appel.l.per hanc. Aut loquimur in alijs.actib.perſonalibus,& idē
quod in realibus. Et vnum ſcias,quod clauſula appellatio.remo
ta,nihil operatur,ſi apponatur ab alio,quam a Principe, vel a p̄-
fecto prætorio,in cuius locum ſucceſſerunt Reges terræ, a qui-
bus apellare non licet.quod dic,vt dixi ſupra de ſent.& interlo.
c l.cum ſolitum.Sed pone,*c* quod Princeps delegauit vniuerſitatē
cauſarum

ADDITIONES.

a A Principe Vide in l.etiam,inf.eo.
b Primo. Vide in l.ab executore,inf.quo.app.non reci.
c And.B.Sed pone. Quando committitur cum omnimoda, & plena poteſtate.Vide Bald.in auth.ingreſſi,ſup.de ſacroſanct.eccleſ.Doct.in l. cum hæredes, ff.de acq. poſſ.

cauſarum Titio,adijciens hæc verba,cũ plena,& oĩmoda ptãte.
4 Item quid in legatis de latere? Rñ.appellari põt, † quia Princeps
nunquam vr̃ appellationem remouere, niſi noĩatim hoc dicat.
† †Sed nunquid Legatus de latere poteſt apponere hanc clauſulã?
Rñ.non,niſi ſit ſpãliter ei conceſſum,vt ff.de offic. Procon.l.nec
5 quicq̃,in fi.Sed † quid ſi in ſuo priuilegio dr̃,ꝙ poſſit ſnĩam dice
re appel.remota,an poterit alij cõmittere appel.remota? Rñ:nõ,
quia iſta cl'a cum ſit ſup.ius poſitiuum,ſemper reſpicit induſtriã
perſonalem,quaſi ius ſingulare,vt in effectu no.Ber.extra,de of-
6 fi.deleg.c.paſtoralis,§.præterea. Sed † quid ſi cã eſt commiſſa de
conſenſu partium? Reſp.aut ſine cl'a,appel.remota, & poteſt ap-
pellari, vt ff.de appel.l. ex conſenſu. aut partes conſenſerunt ap-
poni dictam clauſulam,& tunc non licet appellare,vt l.fi. §. fi.J.
de temp.app.& c.cauſam.extra.de re iud.

L E X III.

1 *Nouatio in reuocatione attentatorum,an fieri poſſit.*
2 *Appellatione pendente ſicut nihil eſt innouandũ , ita nec pendente querela.*
3 *Appellatione pendente attentata a parte, Iudicis officio reuocari debent.*
4 *Lis ſuper officio quo petitur attentata reuocari an conteſtari debeat.*
5 *Iudex ad quem an inhibere poſſit parti ne aliquid innouet.*
6 *Appellatio prima,vel ſecũda in appellationis geminatione , an inſpici dẽat.*
7 *Appellationis ius ſibi reſeruare,eſt cautela optima.*
8 *Deliberatio eſt triplex.*
9 *Iudex a quo appellanti præſigere terminum non poteſt ad appellationem proſequendam.*
10 *Bannitus appellans,interim offendi non poteſt.*

Appellatione. In præiudicium, vel derogationẽ ap
pellationis ĩterpoſitæ,vel interponẽ
dę,ẽt ſi ſit reiecta,nihil eſt innouandum.h.d. Et dic, ꝙ ordo in re
uocatione attentatorum talis eſt,quia primo conſtare debet dif-
finitũ,ſcđo appellatum,tertio attentatũ,vt no.Io. Mon. in c.non
1 ſolũ,de app.lib.6.†Opp.ꝙ imo fiat innouatio,J.de tempo. appel.
l.per hanc.& J.eod.l.antiquiorẽ.& ff.quod cum eo.l.j.§. Tit. So.
triplex eſt innouatio.ſ.legis,Iudicis, & partiũ. p legẽ bene fit no-
uatio intra tp̃s appellandi,quia dãnatus fit infamis,vt l.furti, §.j.
ff.de infa.Bar. Sed improprie loquitur. quia iſta infamia non eſt
aliud,q̃ ſnĩa infamãs,& inter ſnĩam,& infamiam nullum eſt me
dium,& iõ non eſt innouatio.Secunda eſt innouatio Iudicis,&
tunc aut loqueris de iudice a quo,& nihil poteſt innouare,ff. nil
no.appe.interpo.l. nam pendet appellatio ẽt antequam interpo-
natur.i.quo ad potentiam, ſed poſtea deducit ad actum appella.
ſecuta.pendet ergo prius in potentia,ſecundo pendet in actu: &
ſi ſæpius appellat, non ppea receditur ab appellatione prima, vt
plene no.in c.bonę.extra de app. in Nouella. Alia eſt innouatio,
q fit p Iudicẽ ad quẽ,& iſta eſt pmiſſa,dummodo duo ɔcurrãt.ſ.
qđ appellatio ſit interpoſita,& pendeat, quia iudex ad quem eã
admiſit, vel admittere debuit;vel Iudex a quo detulit,quia tunc
iudex ad quem tenet admittere.vt ff.de appe.rec.l.ſciendum, &
ff.de iniuſto teſta.l.ſi quis filio exheredato,§.hi. Scđo,ꝙ fiat ſm
naturam diſceptationis,vt d.l.per hanc.Tertia eſt innouatio par-
tium,& tunc refert,aut fit ab appellante,aut fit ab appellato. Pri
mo caſu,aut eſt appellationi contraria, & ſtatim non eſt renũcia
tum appellationi:aut non ɔ̃ria,& tunc debet reuocari vt l.chyro
graphis,§.1.ff.de adm.tut. Scđo caſu, aut iudicium pendens ſup
app.ſilentium imponit, & debet reuocari p viam attẽtati, vt ex-
tra,de elec.c.cum nobis olim.& no.Inn.extra,de ɔſt.c.cũ M.Fer
rari.& extra de exc.c.dilecti,ff.de ap.c.cũ ex ea.& in Aut. vt nul.
iud.§.illas.In hac aũt reuocatione attentatorum poſtquã eſt ap-
pellatum,quia fit offõ Iudicis mercenario, non requirit libellus
ſicut nec in acceſſorijs,vt ff.de interro.act.in rubr.adde qđ no.in
2 l.fi.§.ſi a non competen.Iud.† Quæro, nunqđ ſicut appellatione
a pendente *a* nil debet innouari,ita ſit,ſi non procedit via appella-
tionis,ſed ſimplicis querelæ? Sol.dic vt no. Io. Mon.in ca.ſi poſt-
b quam,*b* de elec.lib.6. Vlterius ſcias,ꝙ ſicut pendente appel.nihil
c eſt innouandum,ita pendente recuſatione *c* Iudicis,vt no.1.q.7.
c.patet.& per Hoſt.ext.de appel.cum ſpeciali.& facit ad l.noſtrã.
ext.de app.c.1.& ca. ſuper eo,el 1.& c.cũ teneamur.& ca.conſti-
3 tutus,& ca.bonæ.† Quæro, vtrum attentata app.pendente inno-
uata a parte reuocent de plano,& ſine libello ex ſolo iudicis offi
cio? Rñ.ſic,vt plene no.Io.Mon.in c.cupientes,in magna gl.ſua,
de elect.li.6.duo tamen probari debent,ſ.innouatio,& ꝙ lite pẽ-
dente,ſm eum,& qđ ibi declarat hęc lex,& eius materia.Itẽ ait,
ꝙ ſi appellatio dicat nulla,& hoc poſſit ſtatim probari,qđ nõ fit
reuocatio. Ibidem ait, ꝙ licet pronunciet ɔ̃ appellantẽ. tñ non
fit reuocatio reuocationis ipſo iure, quia debet puniri Tabellio
de attentatis. & quia iſta reuocatio fuit quædam interlocutoria,
quæ ſm eum tranſit in rem iudicatam.Ibidem ait, ꝙ tũc per Iu
dicem intelligat innouari,qñ innouat per Iudicem a quo, quia
translata erat ab eo iuriſdõ:& ideo non habet ptãtem attentãdi.
Ibidem ait,ꝙ ſi in libello eſt repetita reuocatio innouandorum,
cum innouatur,p̃t peti.reuocatio offõ iudicis mercenario:& li-
cet prima petitio ſit ordinaria,non tollit hanc extraordinariam,
quia venit ad coadiuuandum,ut no.in ſimili.ff.de rei vend.l.1.§.
d per hanc. Ibidem ait,ꝙ pendente lite ſuper ſponſalibus *d* ſponſa-
põt ɔ̃here matrimonium cum alio, ẽt ɔ̃ iudicis prohibitionem,
4 ſi aliud matrimonium non obſtat,quod tene menti. † Quæro,
e an ſuper officio, *e* quo petitur attentata reuocari, debeat lis con
teſtari? Reſp.non,quia petitur officio Iudicis mercenario,ut no.
ff.de interrog.act.ſuper rub.& no.in c.cum teneamur. extra,de
appel.in Nouel. Si tñ lis conteſtatur,debet expectari diffinitiua
ſuper iſto articulo, quinimo & ſuper libello appel. ſm Spec. qđ
Io.And.non placet,ut ipſe no.in c.nõ ſolũ,de app.li.6. in Nouel.
cuius dicti rõ efficax eſt, quia articulus innouationis examinat
ſeorſum a principali,& hoc verũ,niſi talis eſſet innouatio, quæ
de ſui natura non poſſit reſcindi, niſi per diffinitiuam forman-
dã ſuper applõne, & habes caſum expreſſum in l. chirographis,
5 §.1.de admin.tut.† Quæro,nunquid *f* Iudex ad quẽ poſſit inhibe
re parti,ne aliquid innouet? Rñd.ſic,ſi eſt pñs,vel contumax,qđ
eſt verum in app.ab ipſa diffinitiua, vbi Iudex tacite ẽt inhibere
vr̃,ſecus ſi ab interlocutoria,ut no. In c.non ſolũ, de app.lib.6. in
6 Noue. † Et quia ſuperius tetigi *g* de geminatione appe. reuoco
hic in dubium,vtrum inſpiciatur *h* prima appellatio, vel ſecũda.
Circa quem articulum ſic diſtingue, aut altera eſt interpoſita ri
te,altera non rite;& inſpicit rite interpoſita, quia illa ſnĩa reſcin
dit,& iuriſdõnem ad ſuperiorem deuoluit,ff.iud.ſol.l.pe. & arg.
ff.de leg.3.l.ſi iure,non.n.vr̃ geminatum,quod prius non erat ri
te factũ,vt in c.1.de ſacra.non iteran. Aut vtraq; appellatio erat
rite interpoſita,& tunc vr̃ ꝙ inſpiciat appel.prima,quod ſic pro
batur . Nam ex ſcđa non auget effectus,qđ ſic probo,duo ſunt
effectus immediatæ app.ſ.reſcindere,& deuoluere.Sed p applõ
nẽ prima ſnĩa eſt reſciſſa. Itẽ iuriſdõ eſt deuoluta,ergo qđ factũ
eſt,fieri non reſtat,vt in ſili no.gl.in l.iuriſgentiũ, §.pactus ne pe-
teret.in gl.magna,ff.de pac.ibi cũ dicit, quia primũ iam fecit qđ
a ſequenti fieri nõ põt.Porro nõ p̃t dici,ꝙ fiat nouatio, qa nunq̃
reperimus,ꝙ nouatio fiat niſi per ɔ̃ctũ ſtipulationis: vñ ſi qs aĩo
nouandi in iudicio pro alio compareret, nouatio non fieret ipſo
iure,niſi interueniret ſtipulatio iudicatum ſolui. Sic igit app.ſe-
cunda primam non nouat.Item appellatio ſecunda non euellit
de corpore primæ appellationis, ergo ſecunda appellatio nõ re-
funditur in primam, tunc arguo ſic , tp̃s appellandi hẽt ſe ad ap-
pellatio.futuram, ſicut potentia ad actum , ſed potentia redacta
ad actũ non eſt amplius potentia , ergo poſterior appellatio im-
poſſibilis eſt,& fruſtratoria. Pręterea appellatio prima conſum-
pſit pronunciationem,ergo qđ ſemel eſt conſumptũ, iterato cõ
ſumi non p̃t , qa nihil reſtat ɔſumendum , vt ff.de iniuſto teſta.l.
nã,& ſub ɔdõne,§.rumpendo,& hoc ſentit Iac.But.J.eo.l.litiga
toribus.Præterea decem dies dant ad deliberandũ,vt no.in Cle.
ſi applõne,in gl.magna.ſed qui appellauit iam deliberauit,l.quã-
diu.ff.de acq.hæred. Bar.in hoc articulo diſtinxit, aut applõ pri-
ma eſt interpoſita ſaluo iure appellandi,aut ſimplr̃. primo caſu,
aut prima app.fuit facta viua voce,& ſecunda in ſcriptis;& tunc
appe. ſecunda non eſt ſcđo loco appellare , ſed eſt non ſcriptam
redigere in ſcripturam; & iõ conſideratur tp̃s appe.primæ , non
quia prima, ſed quia vnica, ff.de hæred. inſt.l.aſſe toto, ſupra de
teſt.l.publicati.ff.de iudi.l.exigere dotem, & ſi apoſtoli eſſent pe-
titi prima vice,non eſſet neceſſe eos vlterius petere, & deberent
ibi apoſtoli eſſe reſponſales appellationi primæ,& non ſecundę.
Et ex hoc ſequitur,ꝙ ſecunda non dr̃ plenior quã prima,ſed di-
citur eius memoria, etiã ſi ſecunda continet cãs expreſſas in ea,
quas prima non continebat,quia hñr pro contentis in appellatio
ne a diffinitiua, vt ff. de app. l. Seio. vnde exprimere de nouo eſt
quædam declaratio, ſed non eſt effectiuum alicuius noui effe-
ctus,vt ff.de teſt.l.hæres palam, §.ſed ſi notam.Si autem vtraque
appe.eſt in ſcriptis interpoſita , tunc bene eſt verum , ꝙ appella
tio

A D D I T I O N E S.

a A.B.Appellatione pendente.Sicut appellatione pendente nil eſt innouandum,ita & pendente querela.tu vide gl.ſing.in l.1.ſup.de ſent.præfe præto.ſicut regulatur appellatio,ita & querela,ſeu declamatio.l.vnica. ff.nil nouari app. interpo. quod eſt verum,niſi innouaretur per tertium,vt eſt gl.ſing.ſecun.Bald.in l. creditor, ff. mand.ita retulit in l.qui a latronib.ff.de teſt. & l.ſi quis filio, § quid tamen, ff.de iniu.teſt.& ibi ponit limitationes notabiles , quas vide.& vide eundem in c. 1.§. ſancimus,quo tem.mil.in vſib.feud.vbi ponit duas.& vide eundem in l.iuriſiurã-di.ſup.de reb.cred.vbi ponit vnam.vide Ang.in l.furti,§.1.ff.de his,qui not. infa. vbi late ponit.vide Bar.in l.poſtquam,§.Imperator,ff.vt le.no. caue. & ibi eſt caſus ſing.quem omnino vide. & quid ſi app.eſt deſerta , an tunc innouata appell. pen.debeant caſſari.vide dom.de Rota in deciſ.nouis.in prima deciſ & Ang. in l. cum ſecundus,ff.de diſt.pign.& in l.tutor, ff. de vſur.vbi eleganter loquitur. vide quæ notaui ad do.Ant.in c.cum dilecti,de exce.

b C.ſi poſtquam.Ponit ibi Io.Mon.in verſ.celebrata,& vide quod no.Bal.in l.1.ſup. vt in poſſ.leg.

c Accuſatione.Vide Bal.in l.fi.ſup.tit.1.

d Super ſponſalib.Vide Ant.de But.in c.bonæ.extra,de app.

e Super officio. Vide Bar.in l.1.ff.nil no.app.inter.

f Nunquid.Vide Imo.in l.4.§.condemnatum,ff.de re iud.

g A.Bar.Superius tetigi.De geminatione appellationum , vide Bal. qui tenet contra Bar.in c.1.§.ſancimus,quo tempore mil.in vſi.feu. & vide not. in l.cum procurator,ff.de ope.no.nunc.

h Vtrum inſpiciatur.Vide late per me in l.1.§.libelli,ff.eo. & Bal. in l.litigatoribus , in prin.inf.eo.

tio ſecunda non eſt executio primæ,ſed eſt appella.noua: tñ in-
ſpicitur tp̃s primæ, quia ille eſt terminus a quo incipit tp̃s appel-
lationis proſequendę ita no.Bar.ff.de ope.no.nunc.l.cum procu
a rator.In appellatione *a* aũt ab interlocutoria, ſi prima continet
vnam cãm,& ſecunda ſecundam,non ɔ̃riam primæ,augetur ef-
fectus,& appellans põt ꝓſequi quam vult, & ẽt vtramq; ſimul,
ar.Inſt.de excuſ.tutor.§.ſi plures,Inn. & Io. And. videntur indi-
ſtincte dicere,ꝙ appellans poſſit indiſtincte proſequi quam vult,
& ẽt vtranq; ſimul,quia geminare appe.non nocet,ſm Innocen
tium.Conſidera,ꝙ app.tria operatur;quia reſcindit.Item deuo-
b luit.Item ſuſpendit,*b* ſeu differt.mõ confiteor, ꝙ quo ad prima
duo ſecunda appell.a diffinitiua nihil operatur: ſed quo ad diffe-
rendum tp̃s appel.proſequendæ bene operatur. nec eſt hoc no-
uum,ꝙ minor dilatio extendatur,vt ff.de præt.ſtip.l.pen. Ex hoc
ſequitur,ꝙ deſerta prima appella.non eſt deſerta ſecunda appel
latio,nec ſnĩa confirmata,imo certe nec appe.prima eſt deſerta,
quia tempus proſequendi eſt prorogatum,ſi.n.prima eſſet deſer
ta,iam ſnĩa tranſiuiſſet in rem iudicatam, & oĩs appellatio eſſet
conſumpta.qđ falſum eſt,tenendo opi.Inn.& Io.And.quam te-
7 neo. † Et no.hæc,quia ſubtilia,vtilia,& quotidiana ſunt.Bene fa
teor ꝙ bona cautela eſt ꝓteſtari, & reſeruare ſibi ius iterum ap-
pellandi,quæ reſeruatio procedit,vbi actus eſt reiterabilis,inter-
pretabilis,reformabilis,vel mutabilis:ſed ſi eſſet præciſus,& im-
mutabilis,reſeruatio talis nõ valeret,vt no.in l.item Labeo,§.fi.
ff.famil.erciſcun.in gl.parua.vnde ſi adires hæreditatem,vel bo-
norum poſſeſſionem agnoſceres,ſaluo iure iterũ agnoſcendi,
& repudiandi: iſta ꝓteſtatio non valeret eo ꝙ actus hmõi muta-
8 ri non p̃t,vt l.ſicut ſ.de repud.hered. † In glo.2.dic, quod triplex
c eſt deliberatio.prima *c* partis an appellet,& qualiter:& circa hoc
d quæritur,an alternatiue *d* poſſit appellari? & Ioan. dicit,ꝙ non.
Alij contra, & melius, quia quando alternatiua cadit inter duo
extrema,quorum vnum eſt habile,aliud eſt inhabile, reſoluitur
in ſolutam,ſiue in ſimplicem,vt l.proinde, ff.de ſtip. ſer. Item ſi
duo extrema eſſent habilia, puta appellat ab Epõ. & Archiepõ,
vel Papa alternatiue,nunquid aditio Principis vitiet appellatio-
nem,qđ vr̃?vt ff.de app.l.1.§.ſi quis in appellatione. & l.ei cuius,
ff.de app.reci.ibi,ſed Principem nec erit in p̃tãte iudicis a quo da
re apoſtolos ad quem velit,ſed dabit eos ſimpliciter.Alia eſt de-
liberatio iudicis a quo.Nam iudex a quo,interdum deliberat an
appellatio ſit recipienda per eum;nam ſi conſtat,ꝙ appellans ſit
verus ɔtumax,non recipit eã,vt no.in c.ſi aũt, de dol. & cont. in
Clem.non tñ pronunciabit ad recipiendam; quia pronunciatio
iuriſdõnis,ſua non eſt,ſed abſtinere a receptione facti, ſua eſt, ut
ff.de app.reci.l.ei cuius,& l.ſciendum,ſed ſimpliciter dicet, non
recipimus literas appł̃onis:& expediet factum ſuum ea non ob-
ſtante.Item iudex a quo deliberet qualiter dandi ſunt apoſtoli,
vtrum delatorij,an refutatorij. Item deliberet, quãtum tempus
e ſit dãdum ad iter arripiẽdum,vt no.j.eo.l.ſi preſes.Eſt *e* & tertia
deliberatio quę pertinet ad iudicẽ ad quẽ, an teneat̃ appł̃onem
admittere.ſ.vt introducat̃ cã appe.coram eo,necne,vt ext.de ap.
c.cum in eccleſia & in ca.Romana,§.ſi vero.& §.ſi aũt,de app.
li.6.& conclude,ꝙ quælibet iſtarum deliberationum facit vt of-
ficiũ iudicis interim conquieſcat.h.d.hæc lex notabilis cum ſua
gl.Vnum ſcias,ꝙ qñ ad offĩm iudicis ad quem pertinet inhibere
iudici a quo,ſp debet p̃mitti per Iudicẽ ad quem, antequam in-
hibeat iudici a quo,illa deliberatio, an appellatio ſit recipienda,
& demum ea recepta p̃t inhibere,quia non p̃t ad inhibẽdum ꝓ-
f cedere ſine cauſę cognitione,vt ĩ d.§.ſi vero.Quero,vtrũ iudex,*f*
qui dat apoſtolos non qualificatos.i.non dimiſſorios nec refuta-
torios,nec reuerentiales,ſed ſimplices, intelligat̃ appł̃oni defer-
re:dic ꝙ ſic,vt no.Io.Mon.in c.1.de app.li.6.in gl.in 30. In glo.2.
9 ibi,ſtatim proſequeris. † Nota, ꝙ *g* iudex a quo nõ p̃t appellanti
præfigere terminum ad appł̃onem proſequendã.dicit decretalis
quod iſte terminus reſoluit in terminũ comparendi coram iu-
dice ad quẽ,ita ꝙ eo comparente conſumptũ eſt p̃ceptũ, vt ext.
de app.c.ex inſinuatione.In glo.tertia ibi,vel quid ſimile, hoc li-
mita,vt.l.poſtq̃.§.Imperator.vt leg.nom.caueat.per Dyn ibi oĩ-
no vide.In glo.vltima.iſta glo. format oppoſitionem de fructib.
Item de teſtib.apertis.Item de appł̃onum numero, quæ ɔ̃ria nõ
obſtant, quia iſta ſunt conſecutiua appł̃onis, Item interſerit de
mutatione libelli originarij,& notabiliter concludit,ꝙ in cã ap-
pellationis libellus non p̃t emendari. Item opponit de ſupplica-
h tione. Extra hoc oppo.*h* de c.ſuſcitata,de in integrum reſt. dic vt
10 ibi. † Et nota per regulam huius legis, quod ſi bannitus *i* appel-
i let,quod interim nõ poſſit offendi impune ex forma ſtatuti,quo
cauetur quod offenſo bannito iniuria ſit impunita. quod verũ
eſt,ſi per appellationem petat ſe eximi de banno: ſed ſi alio mõ
q̃ per viam appellationis,cum ſit bannitus,ſe petat eximi de bã-
no,poterit impune offendi,qñ interim pro bannito hr̃,vt l.ordi-
nata.in prin.& l.ſi cui,§.fi.ff.de libe.cã.& de acq.poſſ.l.3.§.ſi ſer-
uus.ſm Dyn.Sed ego dico,ꝙ ſi rę vera bannum erat nullum,de
bet offendens puniri: quia non merebatur executionem, vt l.ſi
quis filio,§.quod ſi quis,ff.de iniu.teſt. & ideo expectandum eſt
ꝙ pronuncietur ſuper nullitate,ſuper qua puto ẽt occiſo banni-
to poſſe pronunciari, quia durat iudicium propter acceſſoria,li
cet principale ſit ſopitum,ar.ff.ad Silla.l. Caius, & inf.de adult.l.
K fi.ff.de rei vend.l.vtiq;,non tñ dico, ꝙ ſola intentatio *K* nullita-
tis pronunciatũ reſcindat: iſtud ẽt ñ eſt uerũ,qa nullitas nõ tẽdit
ad hæc. imo reſcindere,& nullum eſſe ſunt ɔ̃ria in origine,qđ.n.
nullum eſt, reſcindi non põt, & qđ reſcindi p̃t, non eſt nullum
vt ff.de iniuſto teſt.l.nam & ſi non ſub conditione, §.rumpẽdo,
& no.in c.ſi appellationem,de app.in Clem.In gl.fi.ibi,qui quan
doque deponuntur, ideſt qui ſequeſtrantur apud congruã per-
ſonam, & hoc verum, ſi poſſeſſor: ſecus ſi actor,& dic ut infra
quo.app.non re.l.ab executore. Quæro, vtrum minor appellat.
pend.ab ea non recedendo, poſſit ɔ ſnĩam petere reſtitutionem
in integrum; Gloſ.dicit ꝙ ſic,in l.pen.ſ.ſi aduer.rem iud.& not.
in Spe.de app.§.qualiter. circa fi.ſ.ſuſpenſa cauſa appellationis,
non autem procedit ſimul ſuper vtra ue.

ADDITIONES.

a In appellatione.Vide Sal.in l.ſi quis libellos. inf.eo.
b P.D.Suſpendit.Appellatio ſuſpendit,& an extinguat, vide per iſtum in l.ſi cauſa,
in ſecundo no.C.de tranſa.Bar.& Alex.in l.1.§.fi.ff.ad Turpil.& in l.intra vtile,ff.
de min.& in l.eius,ver.2.quæro,ff.de app.rec.per eundem Alex.in conſ.35.par.4.
Fran.de Are.in d.l.ſi cauſa.Ang.in l.furti,ff.de infa.& in repe.l.tale pactum.§.qui
prouocauit,ff.de pact.Et adde quod Ang.in d.l.furti, ait appellationem ſententiã
excommunicationis,ſuſpenſionis,vel interdicti non extinguere.
c Prima.Vide Bal.in l.1.inf.tit.1.
d Alternatiue.Vide Ang.& Rom.in l.1.§.ſi quis, in fi.ff.eo. & Bald.in l.cum propo-
nas,in fi.inf.de bon.auth.iud.poſ.& ibi Ang. & Sal. tenet cum Bal.
e Eſt.Donec deliberatur,naturaliter poteſt innouari,ut l.conſtitutiones,& ibi Doc.
ff.eodem.
f Vtrum Iudex.Idem tenet Abb.antiquus in c.dilectis filijs,& ibi ſequitur Anto.de
But.ext.eo.& quid ſi ſimpliciter Iudex recipiat appellat. an videatur deferre. vide
Abb.in c.oblatæ,& quod ibi dixi.ext.eo.
g No.quod vide Barto.in l.præſes.inf.eo.
h A.B.Extra hoc oppoſ.An interim cum appellatur, bannitus poterit offendi, ponit
plene Bal.& Io.in l.qui a latronib.ff.de teſt.& Ang.in l.4.§.condemnatum, de iu-
dic.& Bal.in auth.quæ ſupplicatio ſupra de prec.imper.offer.& Bart.& Mod.in l.
3.§.ſi ſeruus,ff.de acq.poſſ.Ang.ff.de fideic.liber.l.cum vero.do. Pet.de Ancha.in
c.apoſtolicæ ext.de appe.
i Si Bannitus. Vide Bar.in l.2.§.ſi ſeruus,hic allega.
K Sola intentatio.Ad hanc quæſtionem facit, quia pendente nullitate non impedi-
tur executio,ut per Ang.& Imo.in l.4.§.condemnatum,ff.de re iud.

LEX IIII.

1 *Appellationis proſequendæ cauſa,duob.menſib.tantum durare dicitur.*
2 *Curam duplicem gerens ſalarium duplicatum habere debet.*
3 *Epiſcopus,uel Abbas creatus, renunciare non poteſt.*

a Si ad ſcribatum. Nominatus *a* ad dignitatem,per
quã putat ſe aggrauari,p̃t appella
re. Idem in quolibet officio publico authoritate, & vtilitate:vñ
ſi quis extrahitur de ſacculo,vel de pixide, ad officiũ ſcribæ, vel
ſyndici,& ſibi diſplicet officium,dẽt intra decem dies appellare,
1 alias cogitur officium gerere.† Et not. quod hoc caſu cauſa pro-
ſequendæ appellationis non durat,niſi duobus menſibus, ut in-
fra de temp. app.l.1. quæ eſt no.ad hoc. Sed quæro, quid econ-
tra ſi vult gerere officium,ſed aliquis eum impedit, vel aliquod
crimen impedit? Dic vt ext.de iud.c.fin.item no.quod tria ſunt,
ſcilicet decretum,vt l.1.§.ſolent,ff.quando app.ſit.Secundum eſt
acceptatio tacita,vel expreſſa,vt ff.de cond.& demon.l.Publius.
Tertium eſt ingreſſus officij.itẽ no. ꝙ aliud eſt nominare, aliud
eligere. Nã ſi dico,eligo quẽ tu nominabis, tu nominas, & ego
eligo,ut not.ff.de cond.inſt.l. ex ea parte.itẽ aliud eſt nominare,
2 aliud eſt p̃mittere,vt l.1.§.ſolent,ff.quando app.ſit.† Item not. *b*
b quod ille,qui duplicem curam gerit,dẽt hẽre ſalarium.duplica-
tum,vt no.in Auth.vt iudi.ſine quoquo ſuffrag.§.illud. Et ideo
dicit Ioan.And.in c.cum olim,de re.iud.in Nouel. quod cano-
nicus,qui duo officia gerit, põt hẽre duas quotidianas diſtribu-
tiones.Et eſt arg.quod Doctor vtriuſq; iuris, qui dat uocẽ in v-
troq; duo dẽt hr̃et ſalaria; alioquin vna dignitas in alia confun
deretur,quod eſt abſurdum. Quæro, quare tutor, vel curator
creatus non appellat,ſed intra quinquaginta dies ſe excuſat,ſed
prior artiũ creatus,vel Camerlingus, uel Syndicus ſuæ vniuerſi
tatis,dẽt appellare intra decẽ dies? Rñdeo, ꝙ iſta forma eſt data
a iure,& quia ad officia q̃ ſunt vtilitate priuata, nõ ita qs aſtrin-
gitur præciſe. ſicut ad ea q̃ ſunt publica authoritate, & vtilitate.
3 †Sed nũqd *c* creatus Abbas.vel Epiſcopus,p̃t renunciare? Rñd.
non ſi eſt creatus a Principe, niſi de licẽtia Principis hoc faciat,
qa vtrũq; officiũ eſt publicũ authoritate,& vtilitate.Vñ creatus
dicit.

ADDITIONES.

a Nominatus.No.tamen,ꝙ ſi appello ab electione,ſufficiunt duæ ſententiæ,ſecun-
dum Bal.no.in rub.inf.nec lic.ter.prouoc.
b Item no.Vide Bal.in l.Binos.ſup.de Aduoc.diuer.iud.
A.B.Item no.Et ſic nota pro eo,qui eſt Capitaneus,& Poteſtas,uide Bal.in l.binos,
de Aduo.diuer.Iud.& l.cum duob.ff.de cond.& dem. uide quæ notaui ad Bald.in
l.3.ſup.comm.de leg.ubi tangit,& quod not.in l.in plurium,ff.de acq. hære.
c Nunquid. Vide Bal.& Rom.in l.dotem,ff.ſol.mat.& quæ dixi poſt Bar.in l.Impe-
ratores,ff.de Decur.& poſt Imo.in l.dotem.

dicit,nolens volo,& volens nolo.i.nolo ex humilitate,& volo ex
a ambitione.vt s̃.de Epi.& cle.l.ſi quẽq̃.Pone,*a*dicit ſtatutum,*b* ꝙ
b mortuo aliquo antiano,ſubrogatio ꝑtinet ad alios ancianos, &
quoddã aliud collegiũ. Mõ q̃rit nũqd anciani poſſint ſubroga-
re cũ maiori parte illius collegij, & vr̃ ꝙ ſic, qa ſunt maior pars.
Contrarium,qa anciani hñt dimidiam vocem,& collegiũ aliam
dimidiam, & minor pars non reputabatur membrum collegij:
ergo ſubrogatio non eſt facta ab vtroque collegio.Itẽ in iſto nu-
mero(apud quem eſt ptãs)non ſunt niſi duo numero, ideſt duo
collegia,vt ff.de fideiuſſ.l.mortuo.ergo requiritur utrunq; colle
gium,ut in c.a collatione.de app.lib.6.in Nouel.

ADDITIONES.

a Pone.Vide Ang.in l.liber homo,§.Titius,el 1.ff.de hære.inſt.
b A.B.Dicit ſtatutum.Vide Bal.in l.quoniam,inf.eo.

LEX V.

1 *Inſtinctus naturalis medetur caſibus fortuitis.*
2 *Terminus hominis cauſam non perimit, ſed ad cauſam peremptoriè citat.*
3 *Eccleſia ſi eſt læſa,quis reſtituet eam.*

Præſes. Caſus fortuitus excuſat a pęna illum, qui mãdatũ
iniunctum non poteſt adimplere pp caſum.h.d.cõ
cordat lex,& rõ naturalis,quia qui non eſt negligens;ex tempo-
ris curſu non læditur,vt no.in Auth.de app.poſt prin.coll.8. Ca-
ſus, appellanti iudex a quo dedit apoſtolos, & ſtatuit appellanti
certum terminum congruum, intra quem ſe cum apoſtolis re-
præſentaret corã iudice ad quem. Iſte appellans ordinauit legiti-
mum procuratorem,& miſit eum cum apoſtolis. qui ꝓcurator
in itinere deceſſit,& ſic apoſtoli non fuerunt in termino p̃ſenta-
ti,quæritur an periculũ incurrat:& rñdetur ꝙ non, vnde nõ ob-
ſtante tp̃is curſu ſuccurrit appellanti.h.d.Not. quod dixi in ſum
1 mario.†Secundo no.ꝙ inſtinctus naturalis medetur caſib.fortui
tis.ꝯcordat ff.de execu.tut.l.ſcire oportet, §. ſufficit. Eſt, & alia
natura,ſ.corporis nr̃i,quam Ariſt.aſſimilat medico curanti ſeip
ſum.No. ꝙ id,quod per me debeo facere, poſſum committere
idoneo procuratori, & caſus accidens in perſona procuratoris
ita me excuſat,ſicut ſi acciderit in ꝓpria perſona. Item not. ꝙ q
caſu fortuito impedit.legẽ nõ ꝯtemnit.ſic ff.de publ. l. Cæſar.&
qui pet.tut.l.cum a matribus.Et no.ꝙ iſta lex vr̃ innuere,ꝙ hoc
tp̃s ſit arbitrarium.Sed ꝯ hoc Oppo.ꝙ imo ſit tp̃s triginta dierũ,
vt inf.eod.l. Iudicib. Solu. ibi loquitur de tempore petendi apo-
ſtolos.hic de tp̃e præſentandi petitos.Et not.quod iſte terminus
eſt fatalis in moroſo, quia hr̃ pro non appellante, ſm̃ Petrum in
2 lectura ſua.†Sed ꝯ eum facit, quia terminus hominis non peri-
mit cauſam,ſed ad cauſam peremptorie citat. Terminus aũt ſta
tutus a lege bene perimit cauſam appellationis.vt extra eo.c.ſæ-
a pe,§.ſi vero.Sed tene dictum *a* Pe.& idem tenet Spe.alias.n.hęc
lex parum utilis eſſet,ſi a ſolis expenſis excuſaret. Dic ꝙ excuſat
vt non perdat commodum appellationis, quod perderet ipſo
iure, ſi eſſet in mora introducendi apoſtolos coram iudice ad
quem,vt ſtatim dicam,& adde quod dicam inf.ti.j.l.fi.& ibi per
Butr. Et in iure ciuili de iſto non reperitur alibi, quam in lege
noſtra,& eſt terminus arbitrarius:ergo cum congruo ſpatio de
bet eſſe aſſignatus; alias appellatio non intelligeretur eſſe deſer-
ta,quod not.Modo quæro, vtrum ipſo iure ſeruetur indemnis,
an per reſtitutionem in integrum? Reſp.ipſo iure,quia fatalium
extrema, i.principium, & finis, ſunt utilia,licet in medio curſu
ſint continua appellans tamen debet curare, ne ſe arctet ad diẽ
feriatam extremam,vt l.11.§.fi.& ibi dicam inf.de temp.app.Sed
oĩa ſupradicta falſa vñr,quia non ꝑpea ꝙ non venit, cãm ꝑdit,
ſed punitur in expenſis:& in hoc ualet, quia procedi põt eo vlte
rius non citato, vt extra de app.c.ſæpe,& dic ut ibi, quia ſpeciale
eſt hic in eo,ꝙ iſte eſt executiuus apoſtolorum,& ideo ſapit ean
b dem nãm.Pone,*b* iudex a quo ſtatuit terminum appellanti ad ſe
p̃ntandum iudici ad quem,& ad faciendum ipſi iudici a quo fi-
dem de ſua p̃ntatione,iſte p̃ntauit ſe in termino, ſed non fecit fi-
dem iudici a quo,an appe.ſit deſerta; Vr̃ ꝙ non,quia a mõ non
eſt ſub ſua iuriſdõne, & quia hæc pęna non inuenitur a iure im-
poſita. Item Iaco. Butr. non poſuit iſtum terminum ad fidẽ fa-
3 ciendam inter fatales.† Extra quæritur,ſm̃ Iaco.de Are.minor,
c vel *c* eccleſia negligentia ſua eſt læſus, vel læſa, quis reſtituet eũ,
vel eam,utrum iudex a quo,uel iudex ad quem? & dic br̃, ꝙ aut
omiſit appellare,& iudex a quo reſtituet, quia negotium nõ eſt
deuolutum ad ſuperiorem,cum non ſit appellatum,aut poſt ap
pellationẽ omiſit proſequi, & tunc reſtituit ꝑ iudicẽ ad quẽ, qa
penes eum eſt iuriſdõ principalis,ergo,& acceſſoria,ut l.fi.ſupra
vbi,& apud quem,ſm̃ Iac.de Are. Cy.& oẽs. Sed ꝯ hoc fortiter
oppo.Nam appellatione deſerta, ipſo iure reuerſa eſt iuriſdõ ad
primum iudicem,ut no.ĵ.eo.l.eos.in princ.& ff.de infa.l.furti,§.
1.ergo iudex ad quem eſt functus officio ſuo. Rñd.fateor qđ eſt
reuerſa ipſo iure,ſed non in effectu, pp reliquias petendæ reſtõ-
nis,& adde quod no.ff.de procur.l.qui proprio,§.item queritur.

ADDITIONES.

a A.B. Tene dictum.No.hic ſing.caſum,vt appellatio habeatur pro deſerta, adde ſi iudex dixit,quod compareant hora 16.quod dabit ſibi apoſtolos:ſi illa hora nõ cõ pareat hr̃ appellatio pro deſerta,vt in clem.quamuis,de app.Item quod ligat terminum,intra quem arripiant iter,vt compareant coram Iudice ad quem, quod ſi non faciunt,hr̃ appellatio pro deſerta,c.peruenit,de app.& c.cũ cã,de re iud.Item figat alium terminum,intra quẽ compareant corã Iudice ad quẽ, alias eſt deſerta appellatio.c.per tuas,de app.l.1.§.1.ff.de procur. & adde tex. huius legis, iuncta gl.ſecundum do.Mat.in no. Adde, ꝙ ſi appellationem ab interlocutoria, repellat tanquam friuolam,& ſi appellatus ab illa repulſione non appellauerit,hr̃ pro non appellato.no.gl.in c.ſi ante,de do.& contum.in Cle.Inn.in c.paſtoralis, de offic. deleg.& do.Car.in d.Clem.ſi ante,in 10.q.Pondera,quia Bal.dicit,quod certa ſententia eſt id,quod plenitudo ptãtis decreuit.contrarium tenet in d.c. ex tranſmiſſa.& facit tex.in l.bene a Zenone,C.de quadr.præſcr.& l.1.eo.tit.vbi Princeps qñ facit ex priuilegio ſuo,vr̃ vti plenitudine ptãtis, vide ibi Ang. de iſta plenitudine ptãtis vide Bal.in l.ſi teſtm̃,C.de teſt.& gl.quam Moder.allegãt pro ſing.c.ad hęc. de reſcr.ſi ponatur in reſcripto,ex certa ſcientia Papæ,quod intelligitur de plenitudine ptãtis adde Inn.in c.innotuit,de elect.vbi ſingulariter dixit, quod Papa non intelligitur vti plenitudine ptãtis.niſi ex cauſa,& vide Inn.in c.ex tranſmiſſa, de for.com.vbi dicit, quod poteſt committere iudici ſuſpecto cum clauſula non opponendi recuſationis exce.contra tenet.gl.d.c.ad hęc. & facit pro eo. tex. in Cle. paſtoralis de re iud.vide D.Abba.in c.cum inter,de exc.& in d.c.ad hæc.vide quę dixi in c.verum de for.comp Abb.in d.c.cum inter.dicit dictum Inno. procedere in beneficialibus,arg.c.propoſuit,de conceſ. pręb. non in temporalibus contrariũ ibi tenui,& dixi,quod Papa tunc habet plenitudinem poteſtatis,quando confert; ſed quando contulit,non habet plenitudinem,vnde ſine cauſa non poteſt auferre beneficium quæſitum,vide Bar.in c.1.de nat.feu.allegantem ſimile de Notario rogato,vt Bal.in rub.dixit,C.de his,quæ in frau.cre.ad fi.uide Bar.conſi.40. quod incipit,ciuitati Camerinenſi. vbi loquitur de certa ſcientia Papæ.alle.l.eos D. Abb. conſ.63.vide Doc.in c.porrecta,de confir.vti & Bar.in d.conſ.40.vbi dicit,quod ſi Papa dum eſt in minoribus,& vt legatus,facit aliquem actum inualidum, & poſtea cum eſt effectus Papa,illum confirmat,quod licet non apponat ex certa ſciẽtia,tamen præſumitur ex certa ſcientia cõfirmari ex quo habebat notitiam illius actus,& eſt limitatio noua ad iſtam gl.& etiam ibi allegauit illam gl.ita dico nũc in conſ.apud Mutianam.vide D.Card.in c.accepta,de app.pro gl. hic.
b Pone.Sed Ant.de But.in c.ex inſinuatione.ext.eod.ſequendo Fede de Sen.in conſ. 27.& do.de Rot.concl.94.dicit,quod tamen prodeſt, vt poſt terminum poſſit exequi,ſi tamen poſt terminum.& etiam poſt executionem proſequatur appellationem,poterit reuocari ſententia,& executio facta,vt dixi poſt Bar.
c Minor.Vide Bar.hic,& Spec.de reſt.in integ.in 2.par.§.pe.verſ. & no. cum ſeq. & no.per Ant.de But.in c.pen.ext.de iud.

LEX VI.

1 *Papa cauſam appellationis a diffinitiua, iudici a quo committere poteſt.*
2 *Epiſcopus de ſententia, a qua ab eo eſt ad Archiepiſcopum appellatum, ſi ad ipſum Archiepiſcopatum eſt promotus, an cognoſcere poterit.*
3 *Iudex victo ſuccedens,cauſam appellationis tanquam hæres proſequi poterit,*
4 *Iudex ſuſpectus iuris, & de iure, recuſatione non indiget.*
5 *Appellationis tempora ſi ſunt lapſa iudex appellationis iudicare non poterit, an bène, vel male ſit appellatum.*
6 *Actio iudicati, an ex prima, vel ſecunda ſententia detur.*
7 *Appellationis tp̃a ſi ſunt vtilia, ſñia nunquam executioni mandari poteſt.*
8 *Cauſæ primæ fatalia, quare litem non dirimunt.*
9 *Tempus per ſe, nihil diſponere poteſt.*
10 *Condemnatio tacita, an ſit exequibilis.*
11 *Sententia licet reſcindatur, tamen iudex non notatur infamia.*

Eos. Ad eum, qui grauauit, nõ debet remitti appellatio ter
minanda, ſed iudex appellationis pronũciare debet ap-
pellationem iuſtam, vel iniuſtam.h.d. & adde quod dixi ſup. de
ſent.& interlo.omn.iud.l.præſes.Not. ꝙ quis non eſt remitten-
dus ad iudicem, qui ſemel grauauit.concor. ff.de mino.l. præfe-
cti.& in c.1.de conſue.lib.6.mera tamẽ executio etiam ſuſpecto
1 committi poteſt,vt extra de app.c.nouit,2.reſpon. † Quęrit gl. *a*
a nunquid Dominus Papa poſſit committere cãm appłonis a dif
finitiua iudici a quo? Dicit gl.ꝙ ſic,quia quod Princeps facit ex
b certa ſcientia.vr̃ facere & de plenitudine *b* poteſtatis. quod intel
lige,ſi iſta verba, ex certa ſcientia apponantur in reſcripto; alias
ſecus,vt no.in Cle. per lr̃as,de p̃b. Oppo.quod iudex cognoſcat
de ſuo errore,ut ext.de acc.c.qualiter.Reſpon.ibi in interlocuto
ria, & non cognoſcit ibi iure appellationis, ſed ꝓrio imperio, vt
ext.de app.c.cum ceſſante, & ff.de re iudi.l.quod iuſſit. Secun-
do oppo.nam iudex contra ſuam ſñiam in integr.reſtituit,vt d.l.
præ-

ADDITIONES.

a A.B.Quærit gl.Limita hanc leg.procedere,quando appellatio ſit legitima.ſed hic non fuit legitima,ideo tunc poteſt ſibi committi ita dicit gl.no.c.cum appellationib.in ver.refutari.de app.lib.6.quod ſingulariter no.& vide c.accepta, de appell. & ibi dixi.
b Plenitudine.Vide gl.in c.ad hæc.ext.de reſcr.in fi.gl.magnæ,& in c.2.in gl.fi.eod. tit.& in c.ſtatutum in ver.literarum,de reſcrip.in 6. & in l. quidam conſulebant, ff.de re iud.facit quod no.Bal.in l.fi.ſup.ſent.reſcin. non poſſ. & in l.idem Vlpianus,ff.de exc.tut.& in l.ſi teſtamentum,ſup. de teſt. Quid in inferiore a Principe, vide omnino Do.de Rota deci.24.in nouis,ubi concludunt,quod non poteſt cãm app.eidem delegare per iſtum tex.& ibi uide arg.contraria,& per rationem ipſorum; vbi concluditur,quod etiam ſi iudex a quo adeptus eſt locum iudicis ad quẽ, non poſſit ipſe cognoſcere.Cuius contrarium tenent hic Doc.vt infra proxime patet.utrum autem ſi delegatus nulliter iudicauit,poſſit ſibi iterum cauſa committi Gl.et Bar.in l.1.ſup.de ſent.ex breui rec.tenent,quod nõ.et iſtis adde Bal. inf. uer. pone,et quæ dixi poſt Bar.in l.1.§.ſi quis,ff.eo.adde tamen, quod ſupplicatio poteſt per eundem iudicem cognoſci,a cuius ſententia appellatur,ut in authen.quæ ſupplicatio,et ibi gl.et Bar.ſup.de preci.impe.offer.

præfecti. Sol. ibi in integ. reſtõne, hic in appellatione. Et rõ dñiæ
eſt, quia nõ principaliter ibi agnoſcit de ſua iniuſtitia, ſed de mi-
noris imbecillitate. Tertio opp. j. de tẽp. appe. l. 4. & s̃. qũo, & qñ
Iu. l. ſi preſes. Sol. aliud in appella. per q̃ aufert ſibi iuriſdõ vt hic:
aliud in nullitate, vbi iuriſdõ perſeuerat, quia non eſt functus of-
ficio ſuo. † Quærit glo. ſi eps, *a* qui tulit ſnĩam, a qua erat appel-
2 latum ad Archiepiſcopum, promotus eſt ad ipſum Archiepiſco
a patum an poterit cognoſcere; & dico ꝙ ſic, vt no. ff. de inoffic. te
ſta. l. filius, in fi. ſm Cyn. & cognoſcit tanquam nouus homo. Nã
apud dignitatem eſt habitus iudicandi, ſed apud perſonam eſt
actus, tanq̃ apud viuum organum ipſius dignitatis: & iõ conſide
ramus radicem, æque tñ facit ſi alteri committit, vt neutri parti
ſit ſuſpectus, vt ff. de iur. om. iu. l. Prætor. ext. de app. c. poſtremo,
ff. de iniu. l. lex Cornel. in princ. ſup. de Aſſeſſo. l. fin. † Extra quæ-
3 ro, quid ſi iudex *b* ſucceſſit victo, nunquid poterit proſequi cau-
b ſam appellationis tanquam hęres? Rñd. ſic, vt no. in l. 3. §. j. ff. de
exec. rei iu. & hęc vera, quia ex noua cã nititur ꝯ proprium factũ
& nomine originaliter alieno, ar. ff. de infa. l. ſeruus, & l. furti, §. q
alieno, & quia appellationem poteſt ratificare ex cauſis coram
eo non probatis, vt j. de temp. app. l. per hanc. & iſta rõ cõcludit
in diffinitiua. Sed in applone ab interlocutoria cõcludit totum
oppoſitum, quia nihil põt de nouo allegari, præter meras iuris al-
legationes, vt in Cle. appellanti. † Pone, ſnĩa arbitratoris petitur
4 reduci ad arbitrium boni viri, & per ſnĩam reducta, quæ ſnĩa eſt
diffinitiua, tanquam lata ſuper trãſactione, & tanq̃ a diffinitiua
eſt appellatum, vel non eſt pronunciatum ſuper reductione, ſed
lis pendet, nunquid eidem arbitratori poterit delegari? Rñ. non,
vnde ipſo iure non tenet delegatio, quia facta l. prohibente, nec
expedit excipere de ſuſpicione, caſus eſt ſing. iſtius leg. Iſta enim
eſt ſuſpicio iuris, & de iure, quæ non indiget recuſatione, adeo ꝙ
ẽt ſi procederetur ſponte coram eo, proceſſus eſſet irritus ipſo
iure. qđ tene menti. Dicit do. Bar. ꝙ oĩs appellatio eſt mixti Im-
c perij, *c* vt ff. qñ appel. ſit l. 1. §. ſi quis. per Bar. Eſt tñ delegabilis ex
qualitate primæ litis, vt hic. Quæro, quid in interlocutoria? Gl. di
cit, ꝙ valet commiſſio eidem facta. & male dicit, quia eadem eſt
ratio prohibitionis. Non ob. de mino. l. intra vtile. quia ibi appel-
latione ſopita, ipſo iure cauſa reuertitur ad primum Iudicem, vt
dicit illa lex ſing. ſed hic pendebat applo. Mõ venio ad gl. quæ in-
cipit, no. formam, & quæro vna cũ ipſa gl. an iudex applonis de-
beat dicere, abſoluo, vel ꝯdemno: & gl. tenet (& bene) ꝙ ſufficit
verba ſnĩæ dirigere ad ipſum actum applonis, puta pronũcio be-
ne appellatum, vel pronuncio male appellatum. idẽ ſi referuntur
verba ad actũ ſnĩæ, puta pronuncio bene iudicatũ, vel male iudi
catum. Et no. ꝙ aduerbium, bene, idẽ eſt dicere ꝙ rite & recte:
ſed aduerbium, male, idem eſt dicere ꝙ non recte. Item poſſet
iudex appellationis, non facere mentionem de bene, vel male,
ſed ꝯdemnare, vel abſoluere, vt ff. de ver. obl. l. qui Romæ, §. Se-
ia. & ff. de leg. 3. l. Offidius. & hoc debet facere, quando ex nouis
d probationib. *d* iudicat, quæ non fuerunt in prima cauſa ventila-
tæ, vnde tunc iudex facit bene, ſed non bonum, quia ꝯ ius litiga
toris, quod tunc ſibi non erat notum, vt ff. de eden. l. argentarius,
5 §. cũ autem. † Mõ quærit gl. quid ſi tpa appellatio. ſunt lapſa, nun
quid iudex appell. põt iudicare bene, vel male appellatum, vel be
ne, vel male iudicatũ, vel abſoluere, vel condẽnare? Dicit glo. ꝙ
non, quia ipſo iure iuriſdõ reuolauit ad iudicem primum. Pro
glo. facit ff. de excu. tut. l. ſcire oportet, §. ꝯñs. Dicit But. ꝙ aut eſt
certum, lapſam inſtantiam, & non pronunciat: aut eſt dubium,
& tunc ſuper negotio principali non pronunciat, ſed ſuper du-
bio inſtantiæ ſic, ſm Iac. Bu. Tu dic, ꝙ ſi dubium eſt, ꝙ appellatio
ſit deſerta, tunc iuriſdõ ad primum iudicem non redit: & ideo ſi
pronunciet cãm eſſe deſertam, remanet iudex rõne dubij ẽt ſuꝑ
e negotio principali, tñ pro dño Iacobo facit Clemen. *e* ſi appella-
tionem, de appe. vbi dr̃, ꝙ etiam de conſenſu partium non valet.
Sed illud intellige, qñ exiſtenter, & apparẽter eſt deſerta: alias ſe-
queretur, ꝙ ſuper iſto dubio iudex ad quem non poſſet cogno-
ſcere. quod falſum eſt, ſi conſtat ex actis, ꝙ eſt deſerta, tunc gl. ue
f ra. Scias tamen, *f* ꝙ hoc non conſtat ex ſolo curſu temporis, niſi
ſit lapſum bienniũ, vt no. in c. in p̃ſentia, de renun. in Nouel. Nã
ante biennium potuerunt interuenire impedimenta, quorũ ꝓ-
batio, vel reprobatio conſiſtit in facto, & ideo eſt dubium. Et ad
de, quod dixi s̃. qũo & qñ iudex. l. ſi Preſes quaſi deſertam. per q̃
g leg. patet, ꝙ iſta pronunciatio *g* applonis deſertę, licet ſit interlo-
cutoria, quia eſt lata ſuper proceſſib. & non ſuper debito princi-
pali, vt no. in cle. ſi. de appell. tñ requirit cauſę cognitionem. i. par
h tium p̃ſentiam, vel peremptoriũ *h* edictum, vt j. eo. l. ſi ꝯ maiorẽ
6 ꝑ quam leg. Bar. ita conſuluit, & ita teneo. † Denuo *i* quęro cum
i gl. vtrum ex prima ſnĩa an ex ſecunda detur actio iudicati? Dico
breuiter, ꝙ ſi vtraque eſt diffinitiua, dat ex ſcđa, quia prima con
funditur in ipſa, & hoc apꝓbat Cynus. & iõ dicit fideiuſſores iu-
dicatum ſolui prius datos liberari, & forum ex ſcđa diffinitiua
reum metiri, non ex prima, per l. pręcipimus, §. in his, inf. eo. ſm
Cyn. Io. Monach. dicit, ꝙ ẽt primus põt exequi: quia non eſt in-
tentio eius, qui confirmat, infirmare iudicem primum. in c. Ro
mana, de app. lib. 6. ad fi. Io. Mon in queſt. aũt fideiuſſor, dico cũ
liberatum ſi appellauit ſtipulator: ſecus ſi ꝓmiſſor, l. cũ apud, ff.
de iud. ſolui. quia ſentẽtia prima fuit abſolutoria, cum ſtipulator
appellauit, ex qua ſtipulatori non oritur ius agendi. Item ſi quæ-
ritur de ſententia confirmata, non de confirmada, quis erit exe-
cutor? Opi. communis eſt, quod ſolum iudex ad quem exequa-
tur, præſertim ſi iudex a quo detulit appellationi, & ſic a ſe iuriſ
dictionem abdicauit. Item transfuſa fuit iuriſdictio, ergo, & of-
ficium iudicis, quod ex ea eſt. Tu diſtingue, aut petitur executio
officio iudicis mercenario, ſeu acceſſorio, & ſolus iudex ad quẽ
exequitur. Aut per actionem in factum, & tunc etiã primus po-
teſt exequi contra reum, & fideiuſſores primæ litis, quia nõ ſunt
liberati, cum nulla ratio eos liberet, & etiam quilibet iudex com
petens, vnde primus non exequitur quia primus, ſed quia com-
petens. Alij dicunt, quod ex qualibet. de ſecunda enim non eſt
dubium, vt ſupra de Epiſcop. audien. authen. ſi quis litigantium.
Item primam dicunt non confundi, ſed confirmari: & eſt ſimi-
le. ff. quod metus cau. l. cũ exceptione, §. hęc aũt actio. & forte
non male dicunt, quaſi ex duobus fontibus, & duobus quaſi
contractibus naſcantur, cum non ſit facta nouatio, nec ſenten-
tia prima facta deterior per eius conualeſcentiam; & firmiorem
ſtatum, ſecundum Io. Mon. vt ff. de fideiuſſor. l. generaliter. & iõ
videmus, ꝙ ex ſententia prima reliquiæ remanent, vt inter pri-
mam, & ſecundam ſententiam innouata iudicis officio reuocẽ
tur, vt l. chyrographis, §. j. ff. de adminiſtrat. tuto. Si autem prima
ſententia confirmatur ſolo tractu temporis, *vel quia* pronuncia
tur appellationem deſertam, quæ eſt interlocutoria, vt dixi. & da
ri, vel fieri non cõtinet expreſſe, vel tacite: certum eſt, ꝙ ſola ſen
tentia prima per illum iudicem mandatur executioni, *niſi* ſit de-
legata. tunc enim delegatus exequitur, non quia non pronuncia
7 uerit, ſed quia ordinarius. † Ex his *K* apparet, quod ſi per ſtatu-
K tum omnia tempora appellationis ſunt vtilia, nunquam *ſenten-*
tia poteſt executioni mandari, niſi primo pronuncietur appella-
tionem deſertam, quia tempora vtilia requirunt inquiſitionem
facti: ad hoc ff. de re milit. l. 3. §. ſi ad diem in ratione ſui. Porro il
la eſt quæſtio iuris, cuius probationes neceſſarię non exiſtunt,
vt extr. de appellat. c. ſæpe. Sed quæ eſt ratio, quod vbi ſententia
eſt confirmata per ſecundam ſententiam, agitur ex ſcđa confir-
mante, ſecundum communem opinionem; ꝙ ſi ꝯfirmatur tem
pore, agitur ex ſententia prima? Reſpondeo quo ad primũ, quia
duæ diffinitiuæ non poſſunt ferri ſucceſſiue ſuper eodem: prima
enim non poteſt exequi, niſi tranſeat in rem iudicatam, ſed hoc
conceſſo, ſcđa ſententia eſſet ſuperuacua, immo impoſſibilis, qa
retro fingeretur cauſa ſopita: & iſta ratio eſt ſubtilis. Eſt, & alia
ratio, quia ambæ ſententiæ reputantur vna, ergo pertinent ad v-
num iudicem, ſcilicet ad maiorem, vt l. 1. ff. de quibus rebus ad
eun. iud. ea. Eſt tertia ratio, quia ille, qui poteſt ſententialiter con
firmare, & infirmare, videtur principaliter diſponere, ita quod
actus deriuatur a ſolo confirmante, vt not. ff. de pact. l. legitima.
& ff. ad Trebellian. l. ſi quis priore. Quantum autem ad ſecun-
dum articulum de tempore; ratio eſt, quia tempus non eſt exe-
quendum, quia eſt quid innanimatum, & ideo nihil pronuncia-
re poteſt. Eſt, & alia ratio, quia fingitur retro non appellatum,
vt extra de appella. cap. ſæpe, §. ſi vero forſan. licet medius ſtatus
appellantis fuerit quo ad alia, ſuꝑ q̃bus non fuit appellatũ, vt ibi
plene notat Bern. & hæc vera ſunt. quando eſt appellatũ a diffini
tiua, ſed qñ eſt appellatũ ab interlocutoria, q̃ eſt ꝯfirmata, tunc
indiſtincte redit executio ad primũ iudicẽ, vt dicta l. intra utile,
8 † Or mo q̃ro, quę eſt rõ, *l* ꝙ fatalia primę cãę litẽ non dirimũt. &
ſecus in fatalib. cãę appellationis, & reſtõnis in integrum, vel ex-
cuſationis tutorũ? Rñ. qa in prima cã nihil eſt pronunciatum, ſe
cus in cauſa appellationis. Porro in cã reſtitutionis in integrum,
& excuſationis tutorum eſt alia rõ, ſcilicet, quia inſtantia collap-
ſa reparari non poteſt per nouam inſtantiam, & ſic cum nil noui
ſperetur, totum eſt deciſum. Conſidera, ꝙ qñ tempus confirma
tur, eſt confirmatio legis, & non agitur ex confirmante, quia age
retur condictione ex lege, ſed agitur ex confirmato, quandoq;
iudex ſuperior confirmat, ſicut eſt iudex appellationis, & tunc
ſecundum

ADDITIONES.

a Si Epiſcopus. uide hic Bar. & quod dixi in præced. apoſt.
b Quid ſi iudex. Vide Bal. in l. ſi creditorib. ſup. de ſer. pig. da. manumiſ.
c Mixti imperij. In contrarium, quod no. Bal. in l. ſi ut proponis, in fi. in pe. q. ſup. quo modo, & quando iud.
d Ex nouis. Bar. hic tenet contrarium.
e Facit Clem. Ad quem uide Bal. in auth. hodie. inf. eod. & Ro. in l. 2, ff. de re iudi.
f Scias tamen. Vide Bar. in l. 1. in fi. ff nil nou. app. interp. & tex. in cle. ſi appellationem, hic alle. & l. fi. §. illud, inf. de temp. app. & Bar. in auth. ei, qui in fi. inf. de tẽp. appella.
g Pronunciatio. Vide Bal. in l. ſi præſes, ſup. quomo. & quan. iud.
h Peremptorium. Vide Bal. in l. conſentaneum, ſup. quo. & quan. iudex.
i Denuo. Vide Bar. in l. a diuo Pio, in prin. ff. de re iud.
K Ex his. Facit l. 1. ff. de diuer. temp. præſcrip.
l Quæ eſt ratio. Vide Bal. in auth. ei, qui. inf. ti. 1.

ſecundum opinionem cõem ſuperioris ſnĩa eſt exequenda per
locum ab authoritate. Dicit aliquis, nonne in primo caſu lex eſt
ſuperior quocunq; magiſtratu? Rñ. ſic, tñ non confirmat, vt ſu-
perior, ſed tanquam concurrens in actu, & ideo lex, & magiſtra-
tus authoritate legis faciens, ſunt vnum, & idem, ſicut potentia
in actu deducta efficitur vnum, & idem cum actu. Sed qd dice-
mus, ſi per ſtatutum ciuitatis ſint decurrata fatalia? Reſpondeo,
aut in prima cã, & non eſt negotium ſopitum, ſed ſolus ſtrepi-
tus illius inſtantiæ; niſi eſſet inſtantia reſtõnis in integrum, vel ſu
ſpecti tutoris. Si aũt ſumus in cã appellationis, totius eſt conclu-
ſum: quia dilatio abbreuiata idem operatur quod integra, ſicut
dicimus in illo edicto, qđ appellatur vnum pro oĩb. vt ff. de iud. l.
ad peremptorium. cum l. ſequenti. & argumen. ſup. de dila. l. ſiue
9 pars. † Extra nota, ꝙ tp̃s per ſe nihil diſponit. ſed diſpoſitũ coad-
iuuat. Item conſuetudinem; item præſcriptionem, vt ſupra de te
ſta. l. ſancimus *quia* tale tp̃s non eſt ſimplex, ſed eſt accommoda
tum actioni, quemadmodum ſi accommodaretur ætati, vt ff. de
leg. 1. l. nemo põt. Item tp̃s ipſo iure remittit cãm ad iudicem a
quo, vt extra de appel. cap. ſi duobus. Quæro, qñ contra ſnĩam pe
titur reſtõ in integrum, an in libello debeat proponi iniquitas,
vel iniuſtitia? Dicit Cynus, ꝙ iniuſtitia alias non pertineret ad eũ
dem iudicem. Cy. Ex hoc vr̃, ꝙ in cauſa reſtitutionis non poſſit
probari dolus Iudicis, quod falſum eſt, quæ eſt ergo rõ differen-
tiæ inter reſtõnem, & appellationem? Reſpondeo, ꝙ in integrũ
reſtõ venit incidenter, vt extra de reſtitut. in integrum. c. ſuſcita-
10 ta. & appellatio eſt quid principale, vt l. pe. ff. iud. ſolui. † Vlterius
quæro, primus iudex abſoluit, ſecundus pronunciauit male iudi
catum; actor petit hanc ſententiam exequi, reus dicit quod nihil
continet exequibile. Reſpondeo de mente iuris, iſta ſentẽtia cõ
tinet condemnationem, & iſta tacita cõdemnatio eſt exequibi-
lis, & de hoc eſt tex. leg. noſtræ. Nam corruptio vnius contrario-
rum, eſt generatio alterius contrarij, vt ff. de iudic. l. ſi Prætor. in
prin. ad hoc ſup. de infam. l. ſi teſt. ff. ad l. Falc. l. in ratione, §. cum
quidã. ſm Iac. & Pet. Et ſi dicatur, ſnĩa debet ferri de ſcripti reci
tatione, ſed condemnatio hęc non eſt deſcripta. Reſpond. ꝙ eſt
deſcripta per interpretationem legis; nec enim oportet, ꝙ ea quę
tacite inſunt, inſcribantur, dummodo ea, ex quibus ſurgunt ſint
ſcripta, vt patet in infamia. Quærunt Docto. dico ſnĩam nullam,
& ſi qua eſt appello, qualiter iudex pronunciabit ꝯ ſententiam?
Reſpondeo, põt pronunciare ſuper nullitate tm̃, & condẽnare
ſuccumbentem in expenſis. Item ſuper iniquitate tantũ, & ſimi
liter in expenſis condemnare, vt no. ĩ. qñ prouoc. non eſt nec. l. j.
Nec enim habet de neceſſitate ſuper vtroque iudicare, quia ad
veritatem alternatiuę ſufficit ꝙ altera pars ſit uera, ff. de uer. obl.
l. ſi ita quis ſtipuletur. Poterit ẽt pronunciare ſuper vtroque, pu-
ta dicendo, Pronunciamus ſnĩam fuiſſe ipſo iure nullam, & ini-
quam, quia ſnĩa nulla. dr̃ iniqua, & iniuſta, vt ſ. de ſent. & inter-
lo. om. iud. *l. 1. Poterit* ẽt, ſi diuerſa ſint capitula, dicere, Pronun-
ciamus in tali *capitulo* ſnĩam fuiſſe nullam, & in tali fuiſſe iuſtã.
vel iniuſtam. Item *poterit* dicere, Pronunciamus fuiſſe nullam,
& iõ ſuperuacue, & ex ſuperabũdanti appellatũ, ſemper temera-
rium litigantem in expenſis condemnando, niſi habeat iuſtam
cãm *litigandi*, vt no. ſup. de reb. cred. *l.* generaliter, §. 1. De formis
iſtarum ſententiarum habemus. ff. fam. erciſcun. l. quædam mu-
lier. & ff de app. l. ſi cõſtat. ff. de iure pat. l. Cornelia Pia. extra. de te
11 ſta. c. Rayn. & c. Raynal. cum ſim. † In gl. nota formã, ibi, ſed quo
ad iudicem non, &c. Ex hac gl. collige arg. ꝙ licet ſnĩa reſcinda-
tur, iudex non notatur infamia, qa põt eſſe ꝙ non fuit in culpa,
ſecus in inquiſitore, qa facilius pręſumitur ꝯ eũ. vt ſ. de excu. tut.
a l. ſeueriter. Quæro, nunquid ille, *a* q appellat, hoc ipſo videat̃ fate
ri illum fuiſſe ſuum iudicẽ. a quo appellat? Dñt Doct. ꝙ ſic, qa pe
tẽdo apoſtolos, petit conſecutiua iuriſdictionis, qa petit ſe dimit
ti ab vno iudice, & ad aliũ remitti, ut no. in c. 1. de app. li. 6. in No
uel. ꝙ eſt verũ, niſi probetur ꝯriũ, vt ff. de iu. om. iud. l. ſi per erro
rem. Item talis appellans ideo appellat, quia credit ſe grauatum,
ergo credit illum eſſe iudicem ſuum, tñ ſi ꝓbat̃ ꝯriũ, pręſumitur
error, & ideo iuriſdictio non conualeſcit; quinimo. & ſi expreſſe
vellet prorogare non poſſet, ex quo eſt lata ſnĩa, quia non p̃t pro
rogari, quod nullum eſt, vt l. 1. & 2. ſup. qui pro ſua iuriſdictione.

A D D I T I O.

a Nunquid ille. Facit l. 3. §. falſus, ff. rem ra. ha.

1 *Contumax in primo proceſſu, & non in diffinitiua, in cauſa appellationis ſe purgare poteſt.*
2 *Victus, quia in prima cã nõ plene probauit, an ſecundũ teſtẽ adiũgere poſſit.*
3 *Appellatio tantum præſtat maiorib. ad probandũ, quantum reſtõ minorib.*
4 *Appellatio ab interlocutoria ſemper eſt odioſa, quia derogat ordinariæ iuriſdictioni.*
5 *Inquiſitor poſt didicita teſtificata in quacunque cauſa, an teſtes producere poſſit.*
6 *Teſtes ſi ab vtraque parte ſunt ijdem producti, an vtraq; pars teneatur in ſumptibus conferre.*
7 *Teſtes, an vecturas habere debeant.*

§. Si quid autem. Non capitulatum in cauſa pri-
ma, vel capitulatum, & nõ ꝓbatum, quod tñ facit ad iuſtificandum, vel impugnandum appella-
tionem, põt capitulari, & probari per teſtes, & quolibet probatio
nis genere, ſed ſane teſtibus debent impendia adminiſtrari per
1 producentem. h. d. † Materia huius §. examinabitur in l. per hãc.
a Et no. ꝙ contumax *a* in primo proceſſu, non tñ in diffinitiua ap-
pellat; & in cã appłonis ſe purgat, quia non eſt oĩno contumax,
2 quia ſciebat ſibi durare in cauſa appellationis per hanc leg. † Mõ
quæro de duobus. primo pone, ꝙ erat probatum in prima cã per
vnum teſtem, & ſic non ſufficiebat, quia vox vnius vox nullius,
vnde victus, quia non plene probauit, vult in cã appłonis adiun-
gere ſm teſtem. Obijcitur, ꝙ non poteſt, qa didicit teſtificata; q̃-
ritur quid iuris? Legiſtæ dicunt quod ſic: quia non fortius de-
bet excludi per hoc, q̃ per terminum datum ad capitulãdum, &
probandum in prima cã, vel per concluſionem in cã, quæ non
officiunt appellanti, vt hic. Sed ad hoc põt reſponderi, ꝙ non eſt
ſimile. Nã dilationes non reſpiciunt in factum, ſed teſtes ſic, &
iõ aſſignat̃ alia rõ, quia lex non vult veritatem perire, ſine qua
vera iuſtitia adminiſtrari ñ põt. Et ſi tu dicis, p̃ſumit̃ ſubornatio.
Rñ. hic eſt ſpãle, ꝙ non p̃ſumat̃ pp naturam, & beneficium ap-
pellationis. Item noua cã. Item nouus & terribilior iudex, quia
maior. Itẽ ſubtilius examinabit teſtẽ, & intercipiet eum, ſi pote-
rit. Item comminabit̃ ei. & hanc opinionem approbant oẽs Le-
giſtæ. Sed Canoniſtæ tenent ꝯrium, diſtinguentes, an ſit idẽ capi
tulum, & non admittit̃ probãs, & ſi eſt admiſſus, nihil releuat, qa
ius prohibet aut circa aliũ articulũ conferentem cum primo, pu
ta vnus teſtis depoſuit de veritate, & ad coadiuuandum eũ ꝓdu
cunt̃ duo teſtes de confeſſione, & hoc poteſt fieri: tñ ſi extendat
ſe ad probandum de veritate, hoc non debet poni in actis, nec iu
dex debet hoc pati, vt ff. de iureiur. l. ſi duo patroni. ibi, nec pati,
&c. & hoc determinat c. teſtib. de teſtib. in Clem. diuerſa vero ca
b pitula *b* ſunt *illa*, quæ ex diuerſitate factorum ſeparationem re-
cipiunt, vt inf. ſi vnus ex *plu. app. l.* 1. & ibi eſt tex. valde notab. Tu
tene opinio. Legiſtarum in foro Cæſaris, & opinio. Canoniſtarũ
3 in foro Beati Petri. † Pro legiſta. n. facit *illa* regula, quantum præ
ſtat reſtõ minorib. tm̃ preſtat appellatio maiorib. ad probãdum,
vt ff. de mino. l. præfecti. ſed minor reſtitutus ad probandum, põt
apertis teſtib. idem ꝓbare per teſtes meliores, digniores, vel me-
lius ſcientes factũ, in quib. ceſſat oĩs ſiniſtra ſuſpicio, vt l. 1. §. ad-
uerſus, ff. de noui operis nunc. per Dy. & alios. ergo idem in ap-
pellatione dicendum eſt, ſi appellat̃ a diffinitiua; ſecus ſi ab inter-
4 locutoria. quia † appellatio ab interlocutoria, & ſi aliquando ſit
tolerabilis, ſemper tñ eſt odioſa, quia derogat ordinariæ iuriſdi-
ctioni. Sed appellatio a diffinitiua eſt fauorabilis, & ideo magis
iuuanda per quaſcunque probationes & iſta eſt rõ ca. *appellanti.*
de appe. in clem. Item appellatio ab interlocutoria habet oculos
retro, vt ff. de minor. l. ait Prętor, §. permittit̃. de cuius §. ĩtellectu
tractat̃ ĩ. eo. l. ſi quis ꝓuocatione. Sed appellatio a diffinitiua ha-
bet oculos in ſupremum finem. Et no. ꝙ §. quia vero. in auth. de
teſti. venit relatiue, vel diſiunctiue, ad ius fforum, vt no. in l. offi-
cium, ff. de rei vend. & ideo nõ trahit ad correctionem legis per
5 hanc, quæ ponit priuilegium cãæ appellationis. † Quæro, nũquid
c inquiſitor *c* poſt didicita teſtificata, poſſit ꝓducere teſtes in qua-
cunque cã? Reſpondeo ſic; quia teſtimonia ſemper fuerunt ſibi
nota, vt no. eleganter extra, de teſtib. ca. cum clamor. per Innoc.
6 † Quæro, ſi ijdem *d* teſtes ab vtraque parte principaliter produ-
d cuntur, vtrum vtraq; pars teneatur in ſumptibus conferre? Re-
ſpondeo ſic, quatenus Iudici ęquum videtur, vt ff. finium regũ.
l. 4. §. 2. ff. famil. erciſ. l. ex parte. & quia plures ſunt contribuentes
teſtes, debent habere expenſas pinguiores aliquãtulum, arg. ff. de
7 pe. hęr. l. ſed & ſi lege, §. quod autem. † Sed nunquid debent ha-
bere vecturas? Die vt not. ff. mand. l. denique, §. idem Labeo, vbi
gl. notabiliter diſtinguit, quod tene menti.

A D D I T I O N E S.

a Contumax. Dixi poſt Bar. in l. fi. ff. de reſt. in integ.
b Capitula. Vide Bal. in l. ampliorem inf. eo. tit.
c A. B. Nunquid inquiſitor. Vide Bar. in l. 1. §. ſi pacto, ff. de adul. cum ſimi. & an inquiſitor poſt didicita teſtificata poterit producere teſtes, uide Bal. in auth. qui ſemel, ſup. de prob. & Do. de Ro. in 50. deci. in no.
d Si ijdem. De materia uide gl. & Doc. in l. quoniam ſup. de teſt. & hic adde Bald. in l. 1. inf. de adul. & ibi etiam, quid ſi teſtes recipian. per iudicem ex officio.

1 *Appellatio ab interlocutoria non admittitur in cauſa capitali.*
2 *Clericus captus a Iudice laico pro crimine capitali, debet remitti ad iudicẽ eccleſiaſticum.*
3 *Cauſa capitalis quę dicatur.*
4 *Fideiuſſores non habens in cauſa criminali, perſonaliter detineri debet.*

§. Super ijs. Iudex cãę criminalis, & capitalis debet trãſ-
mittere reum ad Iudicem appellationis cũ
actis cauſę, ſub fida cuſtodia. hoc dicit ſecundum Butr. de iſta
remiſſione dicitur in actibus Apoſtolorum, ad Cęſarem appel-
las, ad Cęſarem ibis. Et ſi appellans petit ſe tranſmitti ad Iudi-
cem ad quem, eſt perſonaliter trãſmittendus Actuum. cap. 25.
de hoc per Ioan. Mona. in c. 1. de appel. lib. 6. Vel ſic, in cauſa ca

pitali

a pitali *a* †nō appellāt ab interlocutoria,ſed a diffinitiua quam de-
1 tenti in carcere poſſunt proſequi,& eis debent dari apl̄i, & dicit
Bar.ꝙ ꝓ detēto in carcere admittitur procurator, ff.e.l. non tm̄.
2 per Bar.dicit Ia.But.ꝙ iſte §.eſt arg.† ꝙ ſi iudex *b* laicus cepit cle
b ricum,q accuſabatur de crimine capitali,& clericus petat ſe re-
mitti ad Epiſcopum, iudex debet eum remittere ſub fida cuſto-
dia:ſed an acta debeat remittere? Vr̄ ꝙ ſic,per iſtum §.ecōtra vr̄
ꝙ non:quia illis ſtari non debet, cum non valeant facta a iudice
c ſeculari.At hic loquitur de his,quæ valent, quid ergo dicendū *c*
Ego puto,ꝙ debeant acta mitti:quia licet eis non ſtetur, prode-
runt tn̄ ad aliquam probationem,& informationē,ſm Iac. But.
intellige de actis factis,anteq̄ iudex ſecularis ſciret eum eſſe cleri
cum:nā poſtea acta eſſent illicita, ex quibus iudex puniri dēret.
3 †Extra q̄ro,q̄ dicat cā capitalis? Reſpondeo, ſufficit aptitudo,id
eſt quod poſſit arbitrio iudicis euenire, conſiderato de meritis
rei,ar.j.de iniur.l.fi.Modo q̄ro, qūo proſequuntur ſi ſunt incar-
cerati, & non poſſunt recedere? Rn̄deo,ipſa neceſſitas facit,qđ
per procuratorem hoc faciant,ſm Pet.Cy.& Guil.& ſic no.ca-
ſum,in quo in cā capitali,p̄t comparere procurator.ſ.qn̄ princi-
palis detinetur in carcere.Pone ergo,quidam Peruſinus detine-
tur in carcere Florentię,inquiritur ꝯ eum de homicidio Peruſij,
nunquid poterit inquiſitori reſpondere per procuratorem? Vr̄
ꝙ ſic, quod non credo verum. Non ob. hæc lex,quia iudex cāæ
principalis, & appellationis habet iuriſdictionem ſuper eodem.
ſed in quæſtione formata ſunt quæſtiones omnino ſeparatæ,vn̄
cum non detineatur pro eodem delicto,ſtabo r̄ſę, q̄ eſt in §. pu-
blicę,ſed excuſator abſentiæ admittit,niſi reus ſit in culpa,vt no.
4 ff.ex quib.cauſis maio.l.q Reip.ubi gl.notabilis.†Itē nota hic,ꝙ
d pp *d* nō hēre fideiuſſores in cā crīali, qs eſt pſonal̄r detinendus.
Si aūt eſſet cā capitalis,tūc ēt ſi daret mille fideiuſſores,nō dēret
credi fideiuſſorib.ſm Pet.Itē nota ibi,ad ſcrinia. ꝙ Notarij depu
tati pn̄t recipere ſcripturas.Itē nota pulchrū tex.ibi,meritis eorū
conſideratis, ꝙ pro fortuna ſingulorum ſnīa proferatur. quod
perpetuo tene menti,

ADDITIONES.

a A.B.In cauſa capitali.An pro detēto in carcere admittatur procurator, uide quod no.per Mod.in l.pe.§.ad crimen,de pub.iud.
b Si Iudex,uide Inno.in c.vt famę, ext.de ſen.excomm.& not.per Bal.in cap.ſi qua per calumniam,ſup.de epiſc.& cle.& quæ ſing.no.Bald.in l.non ignorat, infr. qui accu.non poſſ.
c Quid ergo dicendum.An actio coram ſeculari faciat aliquam præſumptionem coram eccleſiaſtico.multum obſtat c.at ſi clerici,de iudic. vbi non ſunt aliqui condemnandi,& Inn.in c.quam ſit,de exceſ.præl.& in c.interpoſita,de appe.dicit, ꝙ confeſſio ſuper crimine extraiudicialiter,in nihilo p̄iudicat,quamquam Doct. dicāt ꝙ ſic,tu dic,ant confeſſus inuitus fuit tractus ad iudicē ſecularē, & tunc nihil p̄iudicat,ita procedit tex.in c.at ſi clerici aut ſponte,& tunc præiudicat,ita dicunt Mod.ibi,quod limita,niſi emanaſſet calore iracūdiæ gl.eſt ſing.c.ex lr̄is, de diuor. ſecundo niſi eſſet cauſa ciuilis,qua tunc non cogitur perſeuerare,ita eſt tex.ſecundum communem literam,in c.olim,de reſcr. vide quæ dixi in d.c.at ſi clerici.
d Quod propter.Vide Bar.in l.1.de cuſt.reo.

1 *Statuta qualiter ſint interpretanda.*
2 *Appellatio a ſententia arbitri,non dicitur appellatio.*
3 *Edictum ſucceſſorium quid ſit.*

§.Ne temere autem. Temerarius appellator punitur.h.d. Sed Decre-
tiſtæ dicunt,ꝙ non adijcitur afflictio afflicto,quia ſufficit, ꝙ per
dat cām,& puniatur in damnis expēſis,& intereſſe, & ita ſeruat
conſuetudo. Et adde,ꝙ præſumitur temeritas.ſi quis appellauit
fundata intētione aduerſarij:imo pręſumitur dolus, vt extra.de
a dolo,& contum.ca.finem.Quæro de qua pęna *a* loquitur iſte §.
Rn̄deo,de pęna arbitraria.l.hodie,de pœn.imo per l.1.§.1.de ef-
frac.& expil.ſm Pet.Cyn.& But.& loquitur tam in criminali,vt
patet ex ꝯtinuatione ad p̄cedentia,q̄ in ciuili ex repetitione præ-
cedentium.But.imo quia §.obtinet vim clauſulæ abſolute poſi-
1 tæ.Et † nota pro interpretandis ſtatutis,& facit ſ.de hær.inſt.l.fi.
in verbo,ex conſequentia,&c.Quæro nunquid pęna huius.§. ha
beat locum in eo,qui dicit ſnīam nullam,ſeorſum ab appellatio
ne? Rn̄deo non, quia non dicit ſnīam laborare vitio iniquitatis?
ſed ex alio defectu,& quia iſte §.eſt pęnalis,& odioſus:ideo non
eſt extendendus,arg.l.poſt legatum.in prin.ff.de his,quib.vt ind.
Et ideo lex pęnalis prodita in cauſa appellationis, non extendit
ad nullitatem,quæ examinatur ſeorſum ab appellatione,vt ſ.de
inof.teſt.l.contra maiores,ſecus ſi nullitas eſſet permixta appella
tioni,& ſuccumberet ex vtroque capite,nam tunc puniretur vt
temere appellans·non tamen dico,ꝙ vt temere agens de nullita
te. vbi cōſidera,quod ille,qui cumulat nullitatem, & appellatio
nem,non dicitur proponere duas actiones, ſed duo officia Iudi-
cis.vel duos libellos æque principales,ſed duo capita ſub vnò li-
bello.de nullitate enim videtur potius dicere,quam agere,& nō
oportet,ꝙ ſuper nullitate fiat expreſſa litis conteſta.vnde ſufficit
ſi in actis reperitur,in tali die fuit lis conteſt.ſuper tali appellatio
ne, eo quod in vētilatione proceſſus de neceſſitate examinatur
nullitas,qua examinata.pronunciatur ſuper ea,non quia princi
paliter ſit actum de nullitate, ſed quia incidenter ventilatū, per
reg.ff.de iud.l.de qua re.& hoc vult gl.1.j.quan. prouoc.non eſt
2 neceſ.& dic,vt ibi dicam. † Modo quæro, quid de appellationi-
bus a ſententia arbitri? Reſpondeo,iſta appellatio non eſt appel-
latio, nec introducit cauſam appellationis in vero iudicio quo
ad effectum deuoluendi,vel reſcindendi,vt ſ.de arb.l.1.niſi for-
te quo ad duos effectus. Vnus eſt,q̄a ſi arbiter nō ſeruat ordinē.
b iudiciorū,declarabit arbitriū nullū.*b* Item ſi probabit dolus arbi
tri,declarabit arbitriū inualidū, quo declarato ſi poſtea ꝯueniat
pœna nō cōmittit,arg.ext.de p̄b.c.niſi eſſent.2.q.6.c. ſtatuendū.
non tn̄ ꝓprie eſt appellatio,ſed quodā gn̄ale nomen,qđ appella-
c tur recurſus *c* ad ſuperiorem,vn̄ excōicatus licet appellet, nō tn̄
deuoluit iuriſdōnem tanq̄ appellans,ſed eſt quidam recurſus,&
iō temerarius non punit pęna huius §.q̄a in pęnalib.verba hmōi
conſtitutionis debent intelligi proprie,& ſtricte,arg.l.ea quidē,ſi
manc.ita fuer. ali. Quæro, quid ſi ab initio habuit probabilem
cām appellandi,ſed poſtea veritate dilucidus apparente, temere
proſecutus eſt,nunquid punietur pœna huius §.& vr̄ ꝙ non,at-
tento principio §. quia dicit, ne temere facultas appellandi præ-
beat,& ſic ſe refert ad initium,vt l.quid ergo,in princ.ff. de infa.
dic ꝯ pp verbum,proſecutus,vt ff.de iud.l.deſtitiſſe. Quæro, lata
fuit ſnīa cōtra Titium,quo immediate mortuo exhæredatus ap
pellauit pro ſuo intereſſe,quia ſperabat in querela competente,
& in peti.hæred.competitura:tandem iſte ſuccubuit in querela,
& nepos eius loco ſucceſſit,quæritur nunquid nepos poſſit pro-
ſequi eandem appellationem,ſicut poſſet querelam ad eundem
transmiſſam? Reſpon.non quia conſumpta eſt appellatio. Nam
3 †ſucceſſorium edictum eſt ſuccedere per priuationem alterius,
ſed tranſmiſſio eſt ſuccedere per habitum alterius,in ſe extēſum
ſicut dicimus,ꝙ hæredi ſcripto ex iure adeundi,naſcitur ius deli
berandi, ex iure deliberandi naſcitur ius tranſmittendi. Item ſi-
cut dicimus,ꝙ cōtractus generat obligationem,obligatio gene-
rat actionem:ita iura initiata trāſmittunt tam in iudicijs q̄ extra,
vt ff.de inof.teſt.l.quemadmodū,& ff.de fideiuſ.l.ſi cum hoīem,
ſed iura conſumpta non tranſmittunt,vt ff.ſol.ma.l.ſi conſtante
§.fi.ff.de pig.l.lex vectigali.& ff.de don.l.quoties,§.fi. & iō a iure
conſumpto nō procedit tranſmiſſio, licet quando corruptio v-
nius eſt generatio alterius, aperiatur via alteri, quæ non eſt via
tranſmiſſionis,nec repræſentandi excluſum,ſed veniendi per ſe
proprium,vt l.j.ſ.de ſucceſ.edic.in l.3.§.ſi emācipatus, ff.de ꝯta.
& ff.de iniu.teſta.l.poſthumorū.Ergo dixi,ꝙ corruptio vnius eſt
generatio alterius in tranſmiſſiuis, & in his quæ habent ſe vt cā,
& effectus. Sed in oppoſitis corruptio vnius eſt generatio alte-
rius,vt l.cum Prætor,ff.de iud.& l.pecuniam,ff.ſi cert.pet.Item
dico,& ſnīa cōdemnatoria generat quaſi ꝯctum,& ſnīa abſolu-
toria generat quaſi diſtractum inter litigantes, vt ff. de pecu.l.3.
§.idem ſcribit,& no.in l.iſta per Cy.Sed quod iſtud ſit falſum, ꝓ
bo.Nam ſi ex ſnīa iudicis naſcitur quaſi contractus,tunc arguo,
ꝙ ex quaſi contractu naſcitur obligatio naturalis,vt ff.de nego.
geſt.l.3.§.pupillus.Item ex quaſi diſtractu tollitur obligatio na-
turalis,eo.tit.l.Pomponius ſcribit,ergo per ſententiam condem
natoriam oritur obligatio naturalis,ſaltem vi quaſi contractus,
& per abſolutoriam tollitur naturalis ſaltem vi quaſi diſtractus,
quorum vtrunque eſt falſum,quia deficiunt principia naturali-
tatis productiua,ſcilicet ipſe conſenſus,vt ff.de cond.ind.l.Iulia-
nus.Sol.vt dixi ſup.quomo.& quan.iud.l.ab eo.

ADDITIONES.

a De qua pœna.Et de pęna temerarie appellantis,vide in c.cum appellationibus friuolis,eo.tit.in 6.
b Nullum.Vide gl.in l.diem proferre,§.ſtari,ff.de arbit.
c Recurſus.Vide d.l.arbitro.& quod ibi no.ff.qui ſatiſ.cog.

1 *Appellans in cauſa propria,an viua voce debeat appellare.*
2 *Legis beneficium eſt per procuratorem litigare poſſe, quod non eſt domino auferendum.*
3 *Ceſſionarius an ſit dominus.*
4 *Dies termini computatur in termino.*
5 *Dies prima,an computetur in termino.*
6 *Dies prima quando in termino non computatur,illa die poſitiones fieri non poſſunt.*
7 *Dies vltima termini,an debeat computari in termino.*
8 *Arbitris & arbitratoribus,ſi ad decidendum,cauſam menſis eſt aſſignatus die vltima de nocte poterunt decidere.*

§.Sin autem. Appellans in cā propria debet appella-
re intra biduum, & in aliena intra tri-
1 duum,& in ſcriptis.h.d.† Opp.*a* ꝙ ēt viua voce:vt j.eo. l.litigato
a rib.Sol.ibi appellabat incontinenti. i. anteq̄ ad alios actus diuer-
tat: non curo ſi iudex ad alia diuertit, quia appellatio non eſt a-
ctus iudicis,ſed appellantis.vnde incontinenti pars dicitur feciſ
ſe,vt ff de in int.reſt.l.diuus,hoc ſentit Iac.de Bel.& no.in ca.1.de
app.lib.6.in Nou.& ſup. de teſt.l.cum antiquitas, & hæc vera in
diffini-

ADDITIO.

a Opp.inf.quantum tempus appellari poteſt viua voce. vide Bal.in l.litigatorib.inf. eo.& quæ ibi dixi,in l.1.§.libelli,ff.eo.

a diffinitiua, ſed in interlocutoria diſcrepat a iure ciuili in ius ca-
nonicum. Nam de iure ciuili non eſt neceſſaria ſcriptura in ap-
pellatione, quia nec in interlocutoriæ prolatione, ut in contra-
riorum ſit eadem diſciplina, ut no.ff.de app.l.2.& l. Seio. Sed de
iure canonico appellatio ab interlocutoria eſt inſcriptis offeren
b da, ēt ſi illico offeratur. Itē de iure ciuili ſufficit dicere, appello. *b*
Sed de iure canonico qñ ab interlocutoria, vel a grauamine ap-
pellatur, nō ſufficit dicere appello, ſed appellans dēt inſerere cer-
tam cām generalem, nec ſufficit inſerere certam cām, & incer-
tam, puta ꝯius me grauaſtis. hæc.n.cā tacite ineſt in appellatione
& tñ appellantem ab interlocutoria non iuuat, quicquid no.In-
c no.in c.fi.ext.de nou.oper.nun. Illud tñ ſcias, ꝙ exprimens *c* vnā
cauſam in appellatione ab interlocutoria, pōt proſequi aliā eiuſ
dem effectus, ut no.in c.1.de appell.lib.6.in Nouell. Et expreſſio
cauſæ eſt pro *forma, vt* appellatio ſubſiſtat, non pro materia, vt
cām fa*cti tollat*, quod eſt not. Quæro pone, in ſententia condem
natus eſt dominus, & procurator, dñs ad cautelam, procurat, au
tem extra ordinem, qui dñs non appellauit intra biduum, ſed
proc. appellat tertia die, an valeat appellatio? & vr̄ ꝙ non, quia do
minus vr̄ tacite renunciaſſe, & ideo non poteſt poſtea ratifica-
2 re, vt l.bonorum, ff.rem ra.ha. Contrarium † dico, ꝙ beneficiū
legis eſt poſſe litigare per procuratorem, quod non eſt domino
auferendum, ut ſup.de ſen.& interlo.omn.iudic.l.1. Nec videtur
dominus renunciare, quia ſciebat ius ſuum durare, & cum ipſe
dominus non poſſet per ſe appellare tertia die. quod eſt mirabi-
3 le.† Quæro an ceſſionarius *d* dicatur dominus? & videtur diſtin-
d guendum quo nomine agat: ſed ego non diſtinguo quo noīe,
ſed ad quē effectum facta eſt ceſſio, & ſi quidem facta eſt gratia
ceſſionarii tm̄, ſua res eſt. Idem ſi gratia cedentis, & ceſſionarij,
quia ſic ſe habet, quemadmodum pater in actione de dote. Sed
quid ſi pater eſt in cā, tanquam legitimus adminiſtrator rōne v-
ſusfructus? Reſpōdeo, etiam ſi tertia die, nomine filij appellabit,
arg. ff. qui ſatiſd.cogan.l.ſi filius. Oppo. de auth. hodie. Sol. ut ibi.
4 † Vltimo not. hic expreſſum, ꝙ dies termini computatur in ter-
mino, quod ideo eſt, quia de momento ad momentum compu
tatur. Extra no. ꝙ quidam eſt terminus vniformiter terminatus
vt *hebdomada*: quidam eſt terminus difformiter terminatus,
vt menſis: quidam eſt terminus dinumeratus per dies, vt decem
5 dies, vel horas, & octaua hora. † Quæro autem, an dies prima *e*
c computetur in termino? Sol. diſtingue, aut terminus deſignatus
terminatur in principio, & in fine, aut eſt dubium, primo caſu ſi
verba dicunt, ab hinc, uel ab hac hora, fit computatio de momē
to ad momentum, ut hic. *Si au*tem dicunt, ab hac die, tunc inci-
pit elapſa die, & non ante; quia *dic*tio, a, & ab, eſt ſeparatiua, ita
dicunt Aduocati per l.ratio.in fin.ff.de act.emp. & no.per Cyn.
ſup.de nup.l.a caligato, & in Clem.ſicut, de appel.in gl.quæ inci-
pit ergo videtur, quæ glo. notanter dicit, ꝙ illa pars diei, quæ non
computatur *in termino*, cedit loco eius, cui pręfigitur terminus
quaſi dicat ꝙ ſi ſponte ſi velit, non impeditur, quod eſt ꝯ Pau.de
Leaza. Secundo caſu, quando eſt dubium, ut quia aſſignatur ali
cui terminus octo dierum, & quæritur vtrum dies aſſignationis
computetur in termino, tunc aut aſſignatur a lege, aut a Iudice,
aut in alia diſpoſitione contractus, aut in ultima uoluntate. pri-
mo caſu aut lex ultra procedit, & ſeruatur legis ſtatutum, ut in
c.ſi pia de excep.lib.6.& c.frequens de reſti.ſpol. eod.lib. Aut nō
procedit vltra declarando, & tunc propter æquitatem ſcriptā il-
lorum capitulorum*f*, dico ꝙ idem non computetur in termino,
quia mitius agitur cum lege, & in benigniorem partem. Si vero
terminus aſſignatur a Iudice, tunc refert, aut aſſignatur abſenti,
& non computatur in termino, ut in l.1.ff.ſi quis cau. Aut aſſi-
gnatur præſenti, & tunc computatur de momento ad momen-
tum, quia non eſt noſtrum extendere, quia iſta computatio eſt
rationabilis, & perfecta, nec prætermittitur aliquid ex tpe, argu.
huius §.& quod no. ſtatim in auth. hodie, & Paul.de Leaza.in d.
c.frequens, in verbo, poſt diem innuit, ꝙ ſi hoc nō fuiſſet expreſ-
ſum, illa dies computaretur. ad hoc 18.q.2.pridem, & 86.diſt.ca.
perlatum, & no. ꝙ dies termini ſtricto iure debet computari de
momento in momentum, licet hodie computetur de quadam
conſuetudine, & ꝙ debeat computari, ſic probo. hodie dat̄ mihi
terminus ad probandum hinc ad octo dies, ſi ergo dies termini
non computaretur in termino, ſequeretur ꝙ iſta die nō poſſem
probare, cum ſecundum hoc ſequeretur ꝙ talis dies eſſet extra
terminum, quod eſſet abſurdum dicere. Pau.de Leaz. Tertio ca
ſu idem puto, ꝙ fiat computatio de momento ad momentum,
f pari rōne dicas, ꝙ aut conſtat *f* ex aduerbio tpis, vel alia locutio-
ne qualiter dēat fieri computatio, & fiet illo modo: aut non con
ſtat, & in dubio fit de momento ad momentum, quia ſic nihil
de tempore perdit, vt no. extra, de appel.c.ſuper eo. el ſecundo, in
6 fi.in Nouel. † Modo reuoco in dubium, utrum quando *g* non
g computatur, poſſint illa die fieri poſitiones, & reſponſiones ci-
tationis teſtium, & ſimilia? Reſp. non, quia nondum eſt tempus,
ſecundum opin. Pau. ſi tñ in tunc geſtis poſtea perſeuerat, ualent
ſine alia iteratione, arg.l. quicquid calore, ff.de reg. iur. ſicut nos
videmus, ꝙ peremptoriæ ſm practicam Aduocatorum oppo-
nuntur ante litem conteſtatam, & ex perſeuerantia videntur op
poni poſt, & eodem mō dicam, ꝙ in iſta die poterit præueniri in
excipiendo, quia in exceptionib. nō nocet p̄poſteratio p̄uenienti
7 bus, & quia ēt ſine termino licitum eſt excipere. † Sed nunquid
vltima dies termini ꝯputetur in termino? Reſp. ſic, niſi lex vltra
procedens ꝯrium determinet, vt ff.de ſucce.edi.l.1.§. ꝙ dicimus
& ff.de li.agnoſ.l.j.§.eleganter. Dicit ēt ibi vnum notabile verbū
ꝙ vbi dilatio non ſeruatur integra, abrumpit̄ dilationis effectus.
Et quia dictio, vſq;, ſæpe apponit̄ in dilationib. vide de ea quod
leg.& not.in c.1.de oblig.ad rō.in Nouell.& in l.meminiſſe, per
Gul.& dic ꝙ aut vltima dies eſt incompatibilis actui fiēdo. & in
telligitur de die pręcedenti, vt in c.dilecti, de dolo, & contu.j̄.de
temp.app.l.2.in fi. Fallit, ſi iuſtū interuenit impedimentum. Nā
tunc intelligit̄ de die immediate ſequenti, ceſſante impedimēto,
vt ff.ſi quis cau.l.2.§.ſi quis in iudicio. in verbo. diffiſum. licet gl.
ibi exponat.i. differendum, quod tñ in effectu eſt idem, quia Iu-
dex de æquitate ſine aſſignatione noui termini debet admittere
comparentem in dicta ſequenti die, niſi inſtantia ſit perempta,
vel actio finita, vel res vſucapta. Nam tunc non reſtituitur, niſi re
ſtitutio integra petatur, ff.ex quib.cau.maio.l.ſed, & ſi per Pręto
rem, §.ſed, & ſi dum decreto. & tunc demū datur reſtō, ſi ex im-
prouiſo accidit impedimentum: ſecus ſi debuit præuideri, vt j̄.
de temp.app.l.2.§.fin. Dixi ſuperius, ꝙ quidam eſt terminus non
vniformis, puta menſis: nā dies multiplicati, qui faciunt mēſem,
non ſunt tot in vno menſe, quot ſunt in alio. Quærit̄ igit̄, ſi ſtatu
h tum *h* aſſignat menſem ad probandum, de quot dieb. faciemus
menſem? Rñdeo, aut menſis exprimitur per nomen proprium:
puta dicit iudex, aſſignamus menſem Ianuarij: & tunc certum
eſt, ꝙ dies habet certitudinem proprij noīs, nā menſis Ianuarij
hēt dies 31. Si aūt dicit aſſignamus totum menſem Februarij, e-
runt 28. dies, niſi currat biſſextus. nā tūc erūt 29. dies, q̄a illa dies
biſſexti attribuitur Februario tanquam pauperiori omniū men
ſium in dieb. ſuis, vt ff.de verb.ſign. l. cum bixextus. Aut menſis
exprimit̄ per nomen appellatiuū ſimpliciter, quia dicit, aſſigna-
mus vnum menſem, & tunc videret̄ diſtinguēdum, nam aut lo
quimur quo ad pœnę euitationem, aut quo ad fauoris extenſio
nem, aut non eſt odium neq; fauor. Exemplum de primo; dicit
iudex pono te ad ꝯfinia per menſem, tunc intelligitur de 28. die-
g And. Barb. Quæro, nunquid. Super hoc paſſu in contra, no. ſic inter ſapientes, qui accumulantur in l. qui ante calen. de verb. obl. per Scribentes, ego dixi ibi hoc modo, aut loquimur in termino dato a iudice, & tunc de mente iudicis videtur, ꝙ nō requiratur alia citatio, & iſtud ſentit Bal. in c. ſæpe, de app. aut terminus datur a lege, & tunc requiritur citatio: & hoc videtur ſentire Bald. hic tene menti, quia dictum Bald. in d. c. ſæpe. eſt omnibus incognitum.

h Compromiſſum. Vide Bal. in c. ſancimus, quo temp. mil. & Rom. in l. qui ante Calen. ff. de verb. obl. & cum Bald. hic tranſit Pau. de Caſt. in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. obl. & in l. admonendi, ff. de iureiu. & vide Ro. in d. l. ſi quis arbitratu, & ibi aliquid dixi. Sal. hic tenet contra Bald.

i Prorogatum. Vide Bal. in c. 1. quib. mod. feu. amit. in quadam. addi magna.

K Notificata. Vide Bal. in l. 1. ſup. de ſent. ex breui recip.

l Dilationes iuris. Vide per Bar. in l. ſi finita, §. Iul. ff. de dam. infe. & Bal. in authen. iubemus, ſup. de iud. & in l. fi. ſup. de fer. & Bar. in extrauag. ad repri. verſ. ſuper dicto crimine, & in l. mancipiorum, ff. de opt. leg.

Peremptorium. Hoc non uideo iure probari, vide Bar. in l. fi. ff. de fer. in verb. op. C de iud. & c. & alij ibi dicunt non eſſe differentiam, an diletio probatoria ſit ſtatuta præſenti, vel abſenti reprobata gl ibi.

m Incipiat. Vide Bar. hic, circa prin. & in auth. ſi tn̄, inf. eod. & Ang. in §. appellationes, hic alleg. quem §. dicit ibi eſſe ſing. Sed dicit hodie eſſe derogatum per Clem. ſicut, de app. & dicit ita hodie de conſuetudine ſeruari.

n Quæro, vtrum. Vide Io. And. & Doct. in c. rōne, de app. & Bar. in l. ſi ita ſtipulatus, la 2. in fi. & ibi Imo. & Ang. ff. de verb. obl. & Bar. in l. 2. in verſ. opp. quod debeat, ſup. eo. & per Cy. hic, in 3. q. & Bar. in auth. item ſi appel. inf. eod. & gl. in c. ſi electio, in fi. de elect. in 6. & Io. And. in addi. Spec. in rub. de app.

o Continuum. Vide Bald. in auth. hodie, & ſupra tit. 1. cum conc. & quod no. Bart. in auth. ſi tamen, infra eod. & ſequitur hoc Pau. de Caſt. in l. 2. ff. de re iud. & Car. in Clem. quam diu, de app. & Roma, in d. l. 2.

q Prorogare. Vide in auth. ſi tamen, inf. eo. & quod ibi dixi poſt Bar. Item per ſtatutum poteſt prorogari, ſecun. Bal. in l. præſcriptione, ſupra ſi contra ius, vel vti. pub.

r And. Barb. Quærunt Doc. An iudex poterit arctare tempus appellationis, vide glo. ſing. in l. præſcriptione, ſupra ſi contra ius, vel vtil. pub. quam alleg. Ang. in l. 2. ff. de re iud. ubi de conſuetudine poteſt.

A Appellationem. Vide gl. Cle. ſi appellationem, de app. & Bal. in c. fin. quo temp. mil.

AVTHENTICA.

1 *Compromiſſum in aliquo duraturum fieri poteſt.*
2 *Appellatio an ſit conſumpta, ſi arbiter pronunciauit.*

Si tamen. Iſta auth. dicit, ꝙ pendente compromiſſo tp̄s
inſtantię appellationis non labitur, quotcūq;
1 annis durauerit compromiſſum. hoc dicit. † Ex quo diligenter

a no.ꝙ pōt fieri in aliquo compromiſſum *a* perpetuo duraturum,
id eſt quamdiu viuant arbitri. Dubitatum fuit, vtrum cōpromiſ
ſum factum in Regem Francorum, ſub nomine dignitatis tm̄,
tranſeat ad ſucceſſorē; Et dicebatur, ꝙ dignitas ibi erat expreſ-
ſa honoris cā, non vt recederent a perſona; quia non eſt veriſi-
mile, ꝙ partes velint compromittere in ſucceſſorem ignotum,
& forte pupillum, cum minor 20. annis non poſſit eſſe arbiter,
vt ff. de arbi. l. cum leg. & ff. de cu. fu. l. cum bonis, ff. de vulga. &
pup. ſubſtitutione. l. qui liberis, §. hæc verba, & ibi per Bart. & qđ
no. in c. vlt. de teſti. lib. 6. Et quia reb. magni ponderis conſcien-
tia vr̄ electa, arg. in epiſtola inter claras, in fina. ſup. de ſum. tri. &
b fide catho. & alia eſt conſcientia *b* defuncti, alia hęredis, vt ſup.
de reb. cred. l. generaliter, in prin. quod verum credo: quia iuris
regula dicit, ꝙ a perſona non eſt recedendum: vt ff. de arbit. le. in
compromiſſo. cætera dic vt no. in ca. quandiu. de appel. in clem.
2 † Sed quid ſi arbiter pronunciauit, vtrum conſumpta eſt appel-
latio? & videtur ꝙ ſic. quia partes promiſerunt ſtare ſnīę arbitri:
vt ff. de arbi. l. diē proferre, §. ſtari, ff. de ꝯd. indeb. l. eleganter, §. ſi
poſt. vnde tacite videntur paſciſci ſe ad iudicem non redituros.
Solu. ſi laudum eſt emologatum, ad iudicem reuerti non poſsūt
c Sed ſi non eſt emologatum, *c* ſoluendo pænam poſſunt ad iudi-
cem redire, vt no. in d. c. quandiu.

ADDITIONES.

a Compromiſſum. Vide Bal. in c. 1. in prin. de inueſt. in ma. facta, regulariter autem,
an tranſeat ad hæredem, vide Bal. in l. fi. ſup. de contrah. emp.
b A. B. Alia eſt conſcientia. No. quod in hac auth. videtur caſus, quod poteſtas arbi-
trandi durat vltra triennium; quod procedit in arbitratore, ſecus in arbitro, per no.
in l. item ſi vnus, §. 1. ff. de arb. & ſi c. limita iſtam auth. ſecun. Bal. in l. mulcta, ff. de
cond. & dem. Sed contrarium tenet Spec. in tit. de arbit. §. differt. ad fin. & ibi Ioā.
And. in add. vide Io. de Imo. in prælle. l. mulcta & non quia cum fuiſſet quæſtio
de facto, non fuit alleg. Bal. nec Io. de Imo. in præallega. l. mulcta.
c Emologatum. Vide fortius per Bal. in l. eos, §. apoſtolos, ſup. eo.

AVTHENTICA.

1 *Appellationum tempora non currunt, ſi ſtat per Principem conſtituere quis cognoſcat.*
2 *Appellans debet adire Principem, vt conſtituat iudicem.*

1 SED & LIS. † Si ſtat per Principem, *a* non currūt tpa ap-
a pellationis, donec Princeps ꝯſtituat qs cogno
2 ſcat. h. d. Quæro, † quis debeat adire Principem ſuper hoc? Reſp.
appellans, ſm̄ Io. quia ipſe eſt principium motus, & cōtrouerſię
huiuſmodi, vt ff. de iud. l. in tribus.

ADDITIO.

a Principem No. quia habui de facto, & vide Ang. in conſ. 187. quod incipit quidam
Matthęus. & hic adde Aut. de But. in c. ex inſinuatione, ext. de app.

AVTHENTICA.

1 *Tempora, quæ non currunt impedito, ſunt vtilia.*
2 *Tempora poſt concluſionem factam, an currant in cauſa appellationis.*

ITEM SI APPELLATIONE. Si ſtat per Iud. appe. non
currunt fatalia. gl. dt, ꝙ
a datur reſtō. ſed tu dic, ipſo iure, vt no. in Aut. de app. & hoc ſci-
mus. quod verum puto, vt circuitus euitetur, & quia tpa ſunt
quo ad hoc vtilia: & iō ēt ſi in primo anno impedimentum *a* Iu
dicis contingat, non dabitur ſecundus annus, ſed illud tp̄s tantū.
2 † Et no. pro regula, ꝙ omne tp̄s, quod ipſo iure non currit im-
pedito, eſt vtile tp̄s, l. 1. ff. de diuer. & temp. pręſcrip. cum ſimil.
Et dic ſm̄ Butrig. ꝙ tria ſunt tempora. quia eſt tp̄s actionis, &
iſtud currit: ſed ſi ſtat per iudicē, datur reſtō in integrum, vt leg.
ſed & ſi per Prætorem. in prin. ff. ex quib. cau. ma. quoddam eſt
b tp̄s inſtantię principalis, & iſtud currit; ſed nō datur reſtitutio, *b*
niſi minoribus. vt ſup. de iud. l. properādum, in fi. quoddam eſt
tp̄s inſtantiæ apellationis, & iſtud non currit, ſi ſtet per iudicem:
c quia totum ius perderet, vt hic. Sed quare *c* finita prima inſtan-
tia durat ius partium: ſecus ſi inſtantia appel. Ratio differentiæ
eſt, quia hoc facit rigor inſtantiæ principalis. But. & no. quod qn̄
ſnīa prima curſu temporis, confirmatur, vr̄ appellationi primæ
d tacitę *d* renunciatum, vt no. ff. de neg. geſt. l. ſi ego. & ff. ad Tre-
bel. l. facta, §. ſi quis bonorum & adde quod no. per Cyn. & ple-
2 nius per me, ſ. de inoff. teſtam. leg. contra maiores. † Quęro hic,
vtrum poſt concluſionem factam in cauſa appel. currant tem-
pora? Videtur ꝙ nō; quia a modo non ſtat per partes, ſed per iu
dicem. dic ꝙ adhuc officium partis eſt, ꝙ adeat iudicem, & pro-
teſtetur, ꝙ expediat cām; & ſi non facit hoc, currunt tempora,
quia organa iudicis ſunt ligata, niſi pars petat, & debet petere
cum eadem inſtantia, & diligentia, cum qua petit apoſtolos, vt
inf. eo. l. fi. in verbo, ſumma ope. Sed Bar. ff. de vſur. l. mora, dicit,
ꝙ ſufficit ſemel interpellare, quod mihi hoc caſu non videtur ve
rum, quia iſtud non eſt in ſumma ope.

ADDITIONES.

a Impedimentum. Contrarium tenet Ioan. And. in c. ex ratione. ext. de appel.
b Reſtitutio. Vide Bar. hic; ſi tamen fuiſſet impeditus iudex propter multitudinem
cauſarum, tunc pars reſtituitur, ſm̄ Rom. in l. ſi vero, §. de viro, in 37. fal. ff. ſol. mat.
per l. Senatus, in prin. ff. de offi. præſi. quæ hoc non probat. facit l. ſed & ſi per præ-
torem, in prin. ff. ex quib. cau. ma.
c Sed quare. Vide Bal. in l. eos, in prin. ſup. tit. 1.
p Phil. Dec. Tacite. Nam & tunc deſerta intelligitur, & ſic pro non interpoſita,
vt gloſſ. in l. 2. ſup. eod. & in Clem. ſi appel. de appel. vbi per Card. in 5. quæſt. nec
tamen eſt ſententiam de deſertione neceſſaria, ſed tantum executio, quam negat
fieri poſſe non citata parte, idem Card. in clemen. ſecus, de appe. in 2. q. ſed habes
gloſſ. & Barto. ſupra de appel. in l. eos, verſi. quæro, ſed quid ſi tempore appell. con
trarium tenentes.

LEX IIII.

1 *Actor nouis aſſertionibus vti poteſt.*
2 *Probationes habēt in prima cauſa, ſi ſub ſpe appellatiōis futuræ noluit eas producere, poſtea audiri non debet.*
3 *Teſtes ſi non ſint publicati, ad ſententam veniri non poteſt.*
4 *Noua quod ex ueteribus oriantur, qualiter cognoſci poteſt.*
5 *Coniuncta quę dicantur.*
6 *Coniuncta nullo modo quæ dicantur.*
7 *Capitulum nouum, quod actor intentare non poteſt, quod dicatur.*
8 *Cōmodatum, in actione depoſiti ſi eſt probatum, condemnatio fieri non dēt.*
9 *Exceptio contra impetrantem ius iniquum, opponi non poteſt in cā appel.*
10 *Defenſiones reorum incipiunt ab excipiendo.* 11.
12 *Agenti rei vendicatione iure dominij ſufficit probare ſe præſcripſiße.*
13 *Inquiſitor, a quo fuit appellatum, an ſententiam ſuam per nouas probationes iuſtificare poſſit.*
14 *Teſtium nouorum productio didicitis teſtificatis in cauſa appellationis fieri poteſt.*
15 *Cęſari in foro Cęſaris ſtari debet.*
16 *Teſtium productioni an ſit pręcluſa uia, ſi atteſtationes ſint publicate, & non lectę.*
17 *Dolus in minore non pręſumitur, in maiore autem ſic.*
18 *Reconuentio in cauſa appellationis locum non habet.*
19 *Appellationis remedio temeritas partis non ſubleuatur.*
20 *Appellans inuito appellat, ab appellatione recedere non poteſt.*

1 PER HANC. † In cā appel. *a* poteſt actor nouis aſſertioni-
a bus vti, & reus nouis exceptionibus orientibus
vel coniunctis, ex eodem fonte, vel connexis, ſed non omnino,
& penitus ſeparatis. hoc primo. & non probata, quę fuere primi
b tus *b* intentata, poſſunt in cā applōnis probari, vt comperta ple-
nius veritate, qđ iuſtum eſt, ſententiet. Vel dic breuius, Non ca-
pitulata, & nō appoſita in iudicio principali poſſunt opponi, &
capitulari in cā appel. ſi cāę ꝯiunctionem hn̄t, ſecus ſi ſint omni-
no diuerſa. Item non probatum probabo. h. d. not. iſta lex intelli
gitur in exceptione, quę poterat opponi in cā principali, ſed ſi de
ea non poterat de iure opponi ī prima cā per ſtatutum ciuitatis
nec in ſecunda poterit. Not. prima, ꝙ actor pōt vti nouis aſſer-
tionibus. Not. ſecundo, ꝙ reus poteſt vti nouis exceptionibus.
No. tertio, ꝙ hęc verba oriuntur ex veteribus vel ſunt cōiuncta
cum illis. Quarto no. quod ſi non oriuntur ex illo fonte, nec ſūt
coniuncta cū illo, quod in cauſa appella. intentari non poſſunt.
Quinto no. quod ſi quid eſt omiſſum probari, quod probari po-
tuit, vel debuit, ad originem intentionis, vel defenſionis fundan-
dam, vel ſoluendam, ꝙ iſtud poterit probari in cauſa appella. Itē
no. ꝙ ſi in prima cā eſt productum inſtrumentum, quod reuoca
batur in dubium, quod in cauſa appella. poterit ei imponi fides.
Vltimo nota de lumine veritatis, iſta enim ratio totius permiſ-
ſionis, ſcilicet ut plene ſubueniatur lumine ueritatis, & quod in
hac lege uocatur lumen. idem eſt quod ſparſio lucis; alibi appel
latur lex, id eſt ſubſtantia luminis creata, vt ff. de teſt. l. ob carmē
§. ſi teſtes. in verbo, lux veritatis. Et adde ſimilitudinem natura-
lem, Nam ſicut in luce perfecte videmus, & quando obtenebre
ſcit, ſi uidemus animal ambulans, & cognoſcimus, ꝙ eſt homo:
tamen neſcimus, vtrum ſit Saluſtius, vel Cicero. interdum po-
ſtea ſequuntur tenebre, quibus nihil uidemus, ita eſt in proba-
tionibus, quia probatio obſcura nulla eſt, ſemiplena ambigua ē
quantum ad fidem. Illa autem, quæ clara & perfecta eſt, proprie
probatio diffinitur, obſcuritatem etiam facit ęquiuocatio, niſi
intellectus illam ęquiuocationem reſoluat. Item not. de lumine
veritatis. Nam aliud eſt plenum, vt puta per communes teſtes.
puta duos, vel inſtrumentum æquipollens duobus teſtibus.
Aliud plenius, vt manifeſtum, quod multitudine teſtium com-
c probatur, aliud pleniſſimum, *c* vt notorium, quod ſeipſum oſtē
dit, & merito text. noſter loquitur in pleno, & pleniori, & nou
pleniſſimo, quia a notorio proprie ſumpto non appellatur. Col-
lige etiam in text. quod probationes debēt fieri moris omiſſis in
verbo, ſine procraſtinatione. Collige etiam in tex. in verbo, aſſer
tionibus

ADDITIONES.

a And. Barb. In cauſa appel. Pro limitatione huius leg. vide Ant. in c. ad audientiam
de reſcri. & Io. de Imo. ibi tenet contrarium.
b Primus. An autem ijſdem poſitionibus in cauſa appel. iterum productis ſit itera
to reſpondendum. Bal. tenet, ꝙ non, in l. ampliorem, §. j. ſup. tit. 1. & ibi eſt text. ſi-
milis iſti.
c Aliud pleniſſimum. Not. de pleno, pleniori, & pleniſſimo: & de bono, meliori,
& optimo, vide gl. in rub. de vſur. & in gl. l. fideiuſſor, §. pater, ff. de pig. & glo. in l.
ſi in aliquam, §. fin. ff. de offic. Procon. & leg. vide glo. in l. omnium, de teſt. & l. ait
Prætor, §. permittitur, ff. de mino. vide text. in l. 1. infra quan. & quib. quarta pars
deb. li. 10. ibi, iure optimo. & ibi gloſſ. magiſtra, & melior de corpore iuris, & ibi
Barto. & vide Lud. Roma. in ſuis notab. 19. & quæ dixi in rep. l. ſciendum, de verb.
obl. ſupra intellectu. l. 1.

tionibus,ꝙ illud,quod ponit actor,dr̃ aſſertio, & differt ab exce-
ptione rei;quia reus excipiẽdo nihil aſſerit,& hoc ſubtiliter col-
2 ligitur ex lr̃a.† Item collige argum. *a* ex verbo,defuerunt,ꝙ ſi in
a prima cā habebat probationes,& cā morandi iudicij,& ſub ſpe
futuræ appl̃onis noluit eas producere,ꝙ poſtea non debet audi
ri.Opponitur,quod pendente appellatione nihil debet innouari
vt ſup.tit.1.l.2.Solu.verum eſt,ſi eſt ꝯ̃rium naturæ appellationis,
3 ſecus ſi ſit eius proſecutiuum,vt hic.† Scđo.oppo.nam certum
eſt,ꝙ non pōt veniri ad ſn̄iam niſi publicatis teſtib.& atteſtatio-
nibus plures uiſis.& lectis,vt no.in l.prolatam,ſup.de ſentē. tpe
enim diſputationum diſputandum erit ſuper iſtis,ergo poſtea ī
cauſa app.non poterit probari per teſtes,vt in Authē.de teſtib.§.
quia vero.coll.vij.Solu. ibi in eadem inſtantia, hic in alia, & ad
alium effectum,quia ad corrigendum Iudicis iniquitatem.Iſtā
rōnem reddit Iac.de Are.in l.eos.ſup.eo.Dicit Spe.ꝙ poſt con-
b cluſionem in cā *b* Iudex non pōt aliquid ex offō de nouo, niſi
cum aliqua ambiguitas oritur ſuper iam actitatis.in Spec.de de
c poſito.§.3.ſupple,niſi appelletur.ſup.tit.1.l.fi.§.1. Sed quid *c* ſi in
prima cā fuit oīb.probationib.renunciatum? vr̃ ꝙ in cā appel.re-
peti non poſſit,vt l.3.ſup.de fide inſtr. & ſup.de pac.l,poſtquam
liti.quod verum eſt,ſi eſſet renunciatum ad fidem detrahendā.
ſecus ſi ad litis exonerationem concludendam . Tertio oppo.
de c.fraternitatis.ext.de teſt.Sol.vt ĩ. in qōnib.quod no.Quarto
opp.de c.appellanti , de app. in Clemen.Sol.vt dicam in fi.huius
leg.Quero,quæ fuit rō dubitationis huius legis? Reſpondeo qa
appellatio continet quærelam iniquitatis iudicis,a quo appella-
tur,vt ff.de mino.l.perfecti.Sed nō poteſt dici inique proceſſiſſe
ſi non uidit ea,quæ de nouo producuntur , hoc motiuum teti-
4 git gl.ſ.tit.1.l.eos,in glo.† Not.formā ver.quid ſi actor . Secundo
quæro qūo cognoſcam , vtrum noua oriantur ex veterib . Rn̄.
omne id,ex quo oritur aliud,habet ſe per modum principij,ſeu
cāæ,vt ff.ad leg.Falc.in rōne,§.ſi filio.v.g.Ex ꝯ̃ctu oritur obliga-
tio ex obligatione oritur actio,ex actione oritur ſn̄ia, ex ſn̄ia ori-
tur executio.Item v.g.ex titulo oritur poſſeſſio.Item oritur ex ti
tulo bona fides,ex titulo autem,poſſeſſione, & bona fide coniū
ctis,oritur cā præſcribendi;ex cauſa præſcribendi, & tẽpore ſuf
ficienti oritur preſcriptio completa: ex præſcriptione completa
oritur dn̄ium,alias effectus dominij , ex inde poſtea naſcitur rei
vendi.dic vt not.ĩ.de pigno.l.vſucapio.Item oritur exceptio de
non agendo:& iō præſcriptionis liquidæ exceptio impedit pro-
ceſſum , vt l.edicto.§.fi.ff.de edi.diu. Adr.tol.tam petitori quam
poſſeſſori,ſm Iac.But.Item v.g.oritur teſtamentum,quando fit
vt ſ.de teſta.l.cum antiquitas.ex iſta origine oritur confirmatio
per mortem teſtatoris, ex cōfirmatione poſtea oritur heredita-
tis additio,vt no.ſup.de teſt.l.omnium.& actus prim⁹ dr̃ diſpoſi
tio,ſecundus dr̃ confirmatio,tertius dr̃ acquiſitio.vt ibi not. Et
breuiter quæcunque procedunt,ſiue mediate , ſiue immediate
ex aliquo fonte ſeu principio productiuo,pertinent ad originē,
5 de qua loquitur lex noſtra . † Tertio,quæro quæ dicantur eſſe
coniuncta? Reſpon.quædam eſt coniunctio copulatiua ad fouē-
dum aliquid, quod principaliter ſe habet.ſicut eſt replicatio ad
actionem fouendam, vt l.fi.ſup.de eden. quædam vero eſt con-
iunctio obſtatiua quæ vulnerat ad perimendum, ſicut eſt exce-
ptio peremptoria,quæ coniungitur actioni ad ponendum actio
nem in conflictu;quędam eſt coniuncta ad ꝯ̃hendum . nā quia
lex dicit in eſſe:ergo ſunt coniūcta,vt ff.de contrahen.emp.l.pa-
cta conuenta.nam naturaliter apparet,ꝙ niſi per approximatio
nem,virtus non agit in ꝯ̃riam virtutem,ſeu operationem : & iō
nemo ſentit paſſiones,niſi ad eum proxime perueniant. ſunt ēt
quædam coniuncta obſtatiue ad rem in fieri , ſicut interruptio,
præſcriptione pendente porro ea ſe inuicem fouent, quæ colli-
gentiam habent ad inuicem.Sed ea,inter quæ eſt ꝯ̃rietas,elidūt,
& pręualent:quod plurimum habet rōnes, & interdum quędā
videntur plurata ſeparata,& ſoluta:quę tamen ſi inuicem confe
rantur,copulę conſtat obtinere rationem,v.g.natales,& ſucceſ-
ſio,vt extra de ord.cog.c.tua . Sic diuerſa genera probationum
faciunt vnam perfectam probationem,ſi ſibi adinuicem conſo
nens, & per conſonantiam coniuncta ſunt,l.1.ſup.de teſt.quia
ex multis conſonantijs augetur formalis intellectus,vt extra de
6 ſucceſ.ab inteſt.cap.fin.† Quarto quęro,quę ſunt illa, quę nullo
d mō *d* ſunt coniuncta? Reſpond.pactum nudum ex interuallo ap
poſitum ad nouam cām,& nouam obligationem,ff.de pac.l.iu
riſgen,§.quinimo & l.ſi vnus,§.pactus,verſi.non.n.Item īterru-
ptio poſſeſſionis pręſcriptione confirmata,non enim detrahitur
ꝑſcriptioni.ſimiliter & ſcientia,quondam rei alienę,vt no.extra
de pręſcri.c.j.Item agnitio debiti poſt præſcriptionem cōfirma-
tam,nam quę perfecta ſunt,imperfecta eſſe non poſſunt,ut ele-
ganter no.ff.de ſol.cum quis , §.ſi quis pro reo.Item do pro re-
gula,ꝙ quęcunque diuerſitate factorum ſeparationem recipiūt
ea,cāę coniunctionem non habent,quia terminantur , & deri-
uantur ad diuerſos fonte, ut inf.ſi vnus ex pluribus appellauerit,
l.1.ff.de excep.l.ſed & ſi ante.ſup.de don.inter vir.& vxo.l.ſi ma
ritus.ſup.de his,quib.vt indig.l.Polla.ff.de calum.l.fin.ff.de min.
l.Papin.exuli.ff.fam.erciſ.l.his conſequenter , §.1.ff.de in integ.
reſt.leg.abſtinẽdum.ff.de vſuc.pro emp,l.ſeparata cum ſim.His.
igitur in nube,& theorice pręlibatis,veniamus ad exempla leg.
nr̃æ,& quęro exemplum de nouo capitulo , quod oritur ex ve
teri.Reſpon.ponę exemplum in eo,qui egit ex materia , quæ nō
erat adhuc in ſomma agẽdi:erat tn̄ in quadā aptitudine,& quo-
dam exordio,vt in debitore , qui agit pignoratitia ; & pendente
iudicio appellationis ſoluit debitum lata ſn̄ia iam in cā prima
ꝯ̃eum.iſtud eſt nouum capitulum nouiter acquiſitum; & ꝓdeſ
ſet in prima cauſa,ſed nō in cauſa appel.ſm Io.dic ꝙ immo pro-
deſſet ēt in cauſa appella.quia ſn̄ia,a qua eſt appellatum,non ab-
ſorbet ius offerendi,vt not.in leg.1.in princ.ff.de action.emptio.
7 † Quęro ergo , quod eſt illud nouum capitulum , quod actor
intentare non pōt. Reſp.vt ſi in prima cā agebat de boue,in cau-
ſa appellat.agit,vel cumulat de aſino;& idem ſi mutatur cauſa
nālis efficiens,vel finalis,vel actio:in his enim cauſis ꝯſiſtit reali
tas iudiciorum,accipiẽdo nomen rei,largo modo,vt l.j.ff.ſi cer.
pet,& facit ff.de app.l.ſi quis ſeparatim,§. quod eſt reſcriptū. nā
hoc fieri non pōt. cum ergo non fuerit de hoc pronunciatum ,
ergo nec appellatum,vnde non fuit deuoluta iuriſdō: ſed certe
iſtud exemplum non habet dubitationem,quia non pendet ap-
pellatio ſuper iſto:unde ſuper noua re in cā appellationis non
poteſt lis conteſtari.Et breuiter vbicunque non oritur exceptio
e rei iud.*e* ibi appellatio vim ſuam non extendit,ſup.de pet. hære.
l.hęreditas matertere.Sed vbi uim ſuam extendit , totum illud
eſt proſequibile in cā appellationis tam per actorem , quam per
reum.in hoc tn̄ eſt aduertendum:quia actor non poſſet proba-
f re qualitatem *f* non intētatam in primo iudicio: vt ſup. de eden.
l.edita.& eſt rō,quia iſtud non eſt continentia litis; & quia poſt
litem conteſtatam non pōt addi libello qualitas. & eſt rō , quia
qualitas debet informare libellum:& ſic antequam diuertat ad
alios actus,id eſt,ante lit.conteſt.omnis.n.informatio debet fie-
ri re integra,ſed lit.conteſt.ſumit eſſe ſuum ex facto duorum, ſ.
rei,& actoris:ideo ſolus non poteſt alterare litem conteſtatam.
8 † Quærit Spec.*g* lit.conteſt.in actione depoſiti *h* probatum eſt
g commodatum.an fiat condemnatio; Dic ꝙ non per hanc legē
h cum ſua gl.de hoc in Spec.de ſen.§.qualiter,circa fin.verſi.quid
i ſi lex.Sed dubitatur,quid ſi pendente *i* appellatione reus acqui-
ſiuit exceptionem,puta pacti generalis de non petendo? Reſpon
de,ſufficit qn̄cunque reo ſuperueniat exceptio.& eſt ratio, quia
cum exceptio veniat ad detrahẽdum,ſemper vt ineſſe,vt d.l.pa-
cta conuenta. Sed tu dices , ſuper hoc non fuit lis conteſta. Re-
ſpondeo,ſuper exceptionib. non eſt neceſſe litem cōteſtari; licet
quidam dicant ꝯ̃rium,& male quomodo ergo p̄t exemplificari
regula negatiua iſtius leg.In reo quæritur:nam aut detentio rei
concernit cām,aut non primo caſu vr̃ ineſſe,ſecundo tanquam
impertinens repellitur,vt ſup.qui legit.perſo.leg. momentaneæ.
impertinentia.n.neq; patrocinātur actori,neque reo.imo iudex
non debet pati,vt ponantur in actis, quia non pōt tranſire in vi-
gore iudicij,vt ff.de iureiuran.l.ſi duo patroni,& ff.de pet.hær. l.
quis libertatem,§.fin.Si vero ſunt pertinentia, regula eorum eſt
K ꝙ *K* exceptio qn̄cunque ſuperueniens.prodeſt reo,vt plene no.ī
l.j.ſup.de alie.iud.per Cyn. Dubitari poteſt , ſi creditor conuen-
tus hypothecaria,& oblato debito ſuccubuit, vtrum ex illo titu.
etiam ob chyrographariam pecuniam poſſit in cauſa app.oppo-
nere exceptionem doli?& puto ꝙ non,ex quo acceptauit ſolutio
nem hypothecarij debiti,argum.l.5.ſup.depoſi. Item dubitatur
l vtrum *l* debitor,qui negauit euendidiſſe,& condemnatus appel-
lauit ſemel , vel ſecundo , in prima , vel in ſecunda appellatio-
ne

ADDITIONES.

a Irem collige argum.Vide Ant.de But.& gl. ibi, in ca.ad audientiam,el 2.extra de
reſc.& gl.& Doc.in c.inter monaſterium,extra,de re iud.ibi vide Do.Abb.& An
gel.in conſ.172.& quod not.Ant.de But.in ca.fraternitatis,in fi.extra.de teſti. &
atteſtat.
b Poſt concluſionem in cauſa. Vide Bald. in l.1. in fi. ſup.ſenten.reſcin.non poſ. &
quæ dixi poſt Bar.in auth.at qui ſemel,ſup.de prob.contra tenet Bald.in l.ſi accu-
ſatoribus,in vlt.col.inf.de accuſ.
c Sed quid. Vide Bar.in auth.at qui ſemel,ſup.de prob.& Bal.in auth.iubemus,ſup.
de iud.& quod ibi dixi.
d Nullo. Vide Bal.in l.eos,§.1.ſup.tit.1.& ibi quid ſi in prima cauſa deduxi nume-
rationem,in ſecunda app.deduxi confeſſionem numerationis,& quæ dicantur ca
pitula ſeparata,ponit etiam Bal.in l.ampliorem,ſup.tit.1.
e Rei iud. Vide Bar.hic.
f Qualitatem. Vide Ant.de But.in c.2.ad fi.de lib.obl.
g And.Barb.Quærit Spec.Not.ꝙ poſt concluſionem in cauſa non poteſt Iudex ali-
quid ex ſuo officio de nouo intentare. Limita,niſi in cauſa criminali, l.diui, ff. de
pœn.& l.1.§.ſi quis vltro,ff.de quæſt.Limita,niſi æquitas ſuaderet,l. vbicunque,
ff.de interrog.act.Item niſi in cauſa beneficiali, vide Dom.de Rota deciſ.2. alias
4.& an poterit deferri iuramentum,uide Ang.in l.generaliter,ſup.de iureiur.
h Depoſiti. Vide Bar.in l.1,in prin.ff.de eden.& Bal.in l.fi.ſup.de an.excep.
i Quid ſi pendente. Vide no.per Bar.in l.1.ff.de excep.& quod not.Bal.ibi,in verſi.
pone.
K Phil.Dec. Quod Et de hoc , an excep. pendente iudicio ſuperueniens eidem pro
ſit,vide per Bar.in l.cum mulier, ff.ſolu. matri. quod limita per eundem Bart.niſi
ex culpa ipſiuſmet rei contingat,in l.ſi poſt acceptam,ff.de rei vend.& vide eun-
dem in l.1.ff.de excep.
l Vtrum. Vide quæ no.Bal.in l.1.in oppo.ver.circa ſecundum,ſup.de fur.

ne opponere poſſit exceptionem pretij non ſoluti; Reſpon. non
facit dubitationem ſecunda appellatio,quia licita, & idem iuris
quod in prima.Sed dubium orit,quia venditor negauit,& con-
uictus de mandacio iuſte condemnatus eſt;ergo non eſt audien
dus,vt patet ex pdictis. Item quia executio pretij non ſoluti non
eſt exceptio omnino peremptoria,ſed magis dilatoria. Non.n.
iō debet abſolui, ſed condemnari ſub mō, videlicet condemno
te dummodo pretium ſoluas,vt ſup.de ſent.l.cum eorum. Item
a ex veteri a defenſione non dependet,ſed eſt oīno nouum defen
ſionis capitulum,quod verum credo.Sed conſidera : quia diffi-
cultas.eſt in eo,quod litera dicit,exceptionem:nam lr̄a vr̄ falſa,
quia quælibet exceptio vr̄ prouenire ex veterib.i.exceptione,p-
actore propoſita,quam exceptio excludit, & reſpicit, ſm Iaco.
But.nam ſicut priuatio venit ex habitu:quia ſi non eſt habitus,
non pōt eſſe priuatio.ff.de ver.ol l.l.decem.ita exceptio, quæ eſt
habitus,non pōt eſſe priuatio.ff.de ver.ob.leg.decē.ita exceptio,
quæ eſt actionis excluſio,ſiue interitus,ſuppoſito igitur,ꝙ exce-
ptio ſit exceptio de neceſſitate ? & ſi opponat̄, quod fit cum ipſa
actione aduerſatiua coniunctio;quia non pōt intelligi excipere
niſi præſupponatur agere.iō aūt dico agere,& excipere,vt deno-
tem exercitium,& non merum habitum.Nam habitu exceptio
eſt,antequam agatur & antequam proponatur,quia habet vetu
ſtiorem cām,vt no.ff.de iud.l.de qua re. præterea dicit hic Iaco.
de Rau.& Cyn.ꝙ in exceptione non conſideramus tp̄s originis,
ſed tp̄s propoſitionis.vnde exceptio orta pendente appellatione
pōt opponi,alias fruſtra oritur,quia ſi nunc opitulari non poteſt
nunquam opitulabitur,cum per ſe non ſtet,vt ſubtiliter no. per
Cy.ſup.ſenten.reſcin.non poſ.l. peremptorias. Quid ergo vult
dicere Imperator,qui dicit,ꝙ exceptiones pertinentes ad nouū
capitulum non poſſunt opponi in cā appellationis,ſed demum ,
qn̄ ex illis oriuntur,vel qn̄ illis coniunctę ſunt,quæ in materia li
tis conueniunt,difficile eſt ponere exemplum.quidam.n.ſic, po
nunt,reus in cauſa principali oppoſuit exceptionem , puta pacti
de non petendo,ſuccubuit,& appellauit;in cauſa appellatio.vult
opponere exceptionem alterius formę,& naturæ, puta præſcri-
ptionis.dicunt non poſſe,quod prædictis Doct.non placet: quia
ex quo except.eſt obſtatiua,ergo ad actum ſuum poteſt deduci
opponēdo.præterea reus nunquam arctatur ad vnam exceptio-
nem fauore defenſionis , etiam ſi litem eſſet conteſtatus ſuper
ea tamen poteſt eam emendare,& cumulare aliam.vt not.ff. de
reg.iur.leg.nemo ex his.& not.ff.de excep.rei iudi.le. dolus. Vel
dic,ꝙ ſicut in cā appel.non poteſt mutari res,cauſa,nec actio:ita
nec alterari:ita nec etiam exceptio,cum reus intelligatur agere.
& ideo ſi reus propoſuit vnam exceptionem in cauſa principa-
li,non poterit in cauſa appellat.proponere contrarium,quia nō
dependet ex veteri, nec eſt proſecutio , immo potius quædam
impugnatio ſuijpſius, licet in principali cauſa hoc eſſet licitum
ſed non implicatiue,ſed diſcretiue.vt no.ff.de excep.rei iudic.le.
duobus.Idem videtur etiam ſi exceptiones non ſunt contrariæ,
cum non poſſit reus in cauſa appellat.exceptionem mutare,vel
emendare. quia non debet mutari figura iudicij. Nam natura
appellationis hoc non patitur,vt aliquid omnino nouum diſcu-
tiatur,præſertim ſi in cauſa prima fuit ſcienter omiſſum, argu.l.
poſtquam,ff.de petit.heredit.& ita ſentit gloſ. Petr. & Cyn. hic.
ergo damnum patitur reus, non ex natura exceptionis , ſed ex
vi alterius propoſitionis.Vel pone exemplum in exceptione præ
poſterationis,quæ non oppoſita in prima cauſa , non poteſt op-
poni in cauſa appellat.vt ſupra communi diuidun.leg. pen. Sed
certe iſta exceptio non concernit actionem, ſed modum agen-
di,& debuit ante litem conteſtatam opponi. vnde licet appella-
tio reſcindat pronunciatum , non tamen reſcindit conteſtatio-
nem litis,vt ſup.de procura.l.ita demum & ideo hoc licet ſit ve
rum in ſe,tamen non congruit huic legi:& ideo pone aliud exē
plum in exceptione peremptoria, quæ ſtat per ſe , vt in exceptio
b ne compenſationis, *b* quæ deſcendit ex contractu ſeparato. Nā
ſi non fuit oppoſita in prima cauſa , non poteſt opponi in cauſa
appellat.& eſt ratio , quia habet vim reconuentionis , vt ſup. de
compenſ.l.neque. Sed mirum eſt , cum poſſit opponi poſt rem
iudicatam,dummodo ſit liquida,vt ff.de compen. l.ſi cum mul
ti,§.cum intra. quare non poteſt opponi pendente iudicio ap-
pellat.ſed reſpondeo,ꝙ exceptio compenſationis non eſt impu
gnatiua:& ideo non pertinet ad appellationem, quæ prætendit
iniuſtitiam pronunciantis, ſeu pronunciationis, poteſt enim a-
ctus eſſe iniuſtus reſpectu materiæ, & non eſt iniuſtus reſpectu
Iudicis primo pronunciantis , vt not. ſupra de appella. l. eos , in
9 princip.gloſſ.nota formam.Item † pone exemplum in exceptio
ne, quæ poteſt opponi contra impetrantem ius iniquum : nam
iſta exceptio eſt nimis ſeparata a materia primæ litis, & ideo in
cauſa appellationis opponi non poteſt, concernit enim potius
10 delictum perſonæ,quam iuſtitiam cauſæ. † Item pone exem-
c plum ; ſtatuto cauetur, *c* quod a Poteſtate appellatur ante Ca-
pitaneum : alio ſtatuto cauetur , ꝙ Poteſtas non audiat quere-
lam bannitorum,modo quia non fuit exceptum de banno, Po-
teſtas pronunciauit pro bannito, reus appellauit, & in cauſa ap-
pellationis vult excipere de banno.nō poterit,quia exceptio po-
tius impugnat perſonam , quam cām:& ideo ex veteri non ori-
tur,quia ei coniuncta non eſt, vt not.in l.ſi pœnæ, in princ.ff.de
condict.indeb. Ecce aliud exemplum:reus conuentus Publicia
na,excipit de pari titulo : & quia nō probauit de bona fide(cum
eſſent aliquę coniecturę in contrarium) ſuccubuit:appellauit,in
cā appellationis vult probare de dn̄io,vbi non requiritur bona fi
des,dummodo tradens re vera ſit dn̄s,non vr̄ hoc poſſe,quia ſe
parata eſt cā Publicianæ a dn̄io, vt ff.de euict.l minor , §.1.Iſtud
exemplum non eſt bonum,quia rei vend.eneruat Publicianam
ut de Publ. l.ſi.in fin.niſi in caſibus, ſ.qn̄ quis in Publiana ab ad-
uerſario cauſam habet,vt ff.de pub.l.ſi quis prohibuerit, & ff.de
11 rei ven.l.ſi Titio. † Quæro, reus oppoſuit exceptionem pacti,
vult in cā appellationis probare præſcriptionem , abſque eo qđ
de Præſc.excipiat:nunquid poſſit? Reſp.non quia cum reus dica
tur agere,ff.de prob.l.in exceptionibus.ergo nō debet id intēta
re:alias quare eſſent inductæ exceptiones? Quapp eſt concludē-
dum,ꝙ defenſiones reorum incipiunt ab excipiendo,& non ſuf
d ficit ſimplex narratio facti, *d* vt plene no.ff.de pact.l.ſi vnus,§.pa
ctus. Pone,filius obtinuit in petitione hæreditatis,ī cā appellatio
nis reus vult probare eum repudiaſſe, iſtud eſt nouum capitulū
non dependens ex veteri:& ideo non videtur audiendus.cōſide
ra,ſi quidem eſt ſuus per immixtionem,nō acquirit aliquā rea-
litatem dominij,ſed renunciauit ſolum beneficio abſtinendi: &
ideo in ſuo īſpicitur tempus mortis patris. quo ad capacitatē:&
licet inter mortem,& immixtionem efficiatur nō capax,repelli
tur: quia renunciare beneficio Prętoris nō eſt aliquid acquirere
vt ff.de hær.inſt.l.ſi alienum,§.in extraneis.licet exercitium actio
nis creditorum non patiatur interim . Sed ecōtra,cum abſtinet,
facit ſe ab effectu ſucceſſionis alienum : & eſt exceptio perem-
ptoria,quæ elidit petitionem hęreditatis : & ideo poteſt.opponi
in cauſa appellationis. Et ideo licet uideatur hoc capitulū nouū
formali ſpecificatione,tamē eliſio non eſt noua,quia habet cau-
ſam vetuſtiorem, nam cum abſtenſio ſit antiquior ex tempore
e tūc fuit petitio hæreditatis eliſa.Pone,*e* reus bannitus fuit ex for
ma ſtatuti,& non auditur,& ideo ſuccubuit, appellauit appella-
tione pendēte fuit exemptus a banno,an poterit iterato excipe-
re in cauſa appellationis ? & vr̄ quod non, quia venit, vt nouus
homo.In contrarium videtur, quia per bannum ius ei⁹ erat ve-
latum,non abſorptum,vt l.manumiſſiones,ff.de iuſti.& iure.Po
ne, agnatus egit contra ſpurium,& condemnatus appellauit,in
cauſa appellationis excepit de legitimatione.Dico ꝙ non poteſt
quia venit vt nouus homo,nec ēt poteſt allegare exceptionem,
dolo facis in cauſa appellationis,quia ex primę litis materia non
12 venit.†Et no.quod ī terris eccleſiæ ſedes apoſtolica *f* reſeruauit
f ſibi legitimationem illegitimorum,vt no.extra,de offi.leg.c.qđ
g tranſlationem.Pone hic deceſſit *g* appellans , nunquid hæres in
cauſa appellationis poſſit ex ꝓpria perſona opponere exceptio-
nē? Reſpondeo non,quia opponit tanquam nouus homo,& nō
pendet ex veteri,ſecus in cā,principali quia in ipſa oīa ruminant̄
ſed in cauſa appellationis non ruminantur,niſi,ea quæ đbuerūt
in prima cauſa ruminari,& omiſſa fuerunt,& hoc propter natu
ram cauſæ , & propter honorem pronunciantium.Et exemplū
iſtius legis eſt optimum, quando noua perſona excipit in cauſa
appellationis, nam iſta exceptio non eſt ad rumbum,& illa quę
non conueniunt in materia,non conueniunt in iudicio. Nunc
quæro de actore,qui in prima cauſa non probauit de iure accre-
ſcendi.nunquid in cauſa appellationis poſſit probare? Reſpond.
ſic quia habet coniunctionem cum veteri,vt ff.de inoffic.teſta.l.
ſi non mortis , §.fi.Pone,actor in principali quæſtione,quæ for-
te erat ſuper Publiciana,non capitulauit de titulo,modo vult in
cauſa appellationis ſupplere, nunquid poterit? Reſpondeo. ſic ,
quia titulus eſt couiunctus Publicianæ.Sed pone,quod in cauſa
principali capitulauit de titulo ab vno prætenſo , puta a Petro,
in cauſa appellationis capitulauit a Seio , nunquid poteſt ? Re-
ſpondeo, ſic, & nota, quod vtraque Publiciana poteſt eſſe vera,
quia poteſt habere quis plures Publicianas,& plures titulos in ſo
lidū , & plures bonas fides diuerſis temporibus , vt ff.de acquir.
poſſeſſio.l.3. §.ex pluribus. ſed non poteſt habere plures rei ven-
dicationes,vt ff.de condi.& demonſtr.l.mea res. Quæro ergo , ſi
h egit *h* rei ven.in forma cōmuni,ſed in proſecutione ſingulariter
proſequutus

ADDITIONES.

a Item ex veteri.Vide Bal.in l.ex his,quæ ſub modo.
b Compenſationis.Vide tamen Ang.in l.quoniam Alex.inf.de adul.
c Statuto cauetur.Vide l.ita demum,ſup. de proc.ſed quid ſi contra perſonam Iudi-
cis a quo,vide Bal.in l.1.in ver.iuxta prædicta,ſup.tit.1.
d Facti.Vide contra no.in l.1.de excep.
e Pone.Vide quod no.ſup.ea.l.per Bal.ver.ſed dubitatur.
f Sedes apoſtolica.Vide Bal.in l.3.ſup.de ped.Iud.& in l.1.ſup.de iu. aur.ann.
g Deceſſit.Vide Bal.in l.eos,§.ne temere,circa fi.ſup.de appe.
h Si egit.Faciunt no.in l.1.ſup.de fur.

proſequutus eſt dominium habuiſſe a Titio: vtrum in cauſa ap-
pellat, poſſit pretendere, quod a Caio? & videtur quod non, quia
actor non poteſt eſſe ſibi contrarius, nec in petitione, nec in pro
ſequutione: tunc autem eſſet ſibi contrarius, id eſt incompatibi
lis, quia plura dominia in eodem incompatibilia ſunt. Sed gl. hic
eleganter determinat cõtrarium, quam But. intelligit, niſi aſtrin
xiſſet ſe in libello: nam in proſequutione licitum eſt actori varia
13 re, quod eſt no. dignum, & menti tenendum. † Sed nunquid *a*
a ſufficit agenti rei vendicatione iure dominij, probare preſcripſiſ
ſe. Glo. notabiliter dicit hic, quod ſic, quia dominium ſe quærit
per tempus legitimum. ſic ff. de donatio. inter vir. & vxor, l. ſi in-
ter extraneos, & in iudicijs verbum æquiuocum declaratur per
qualitatem probationum, hoc dicit iſta gl. cum ſimil. quod not.
Pone, actor probauit de dominio: tamen quia de poſſeſſione rei
non probauit, reus fuit abſolutus, actor appellauit. vult in cã ap-
pella. probare de poſſeſſione: quæritur an poſſit? Reſpond. ſic:
quia non intentat nouam cauſam actiue, ſed paſſiue ſic, vt ff. de
rei vend. l. ſi nautem, §. poſſidere? Glo. dicunt, quod in vniuerſali-
bus iudicijs creſcit lis ex poſtfacto, & ideo minus eſſet dubiũ in
ipſis. Sunt autem vniuerſalia iudicia illa, per quæ petitur vniuer
ſitas, & deſignatur per nomẽ ſpecificum a iure proditum, ſecun
dum Innocent. ff. de rei vendicatio. leg. 1. vniuerſitas autem eſt,
quæ corporalia, & incorporalia continet ſub vnius vocis titulo,
quæ fungitur loco perſonæ, vt hæreditas peculium etiam fungi-
tur loco perſonæ: hinc eſt, quod peculium dicitur ſoluere pecu-
liari creditori, vt ff. de condictio. indebit. l. frater a fratre. Item bo
na ſunt vniuerſitas quædam, hinc eſt, quod dicuntur ſoluere æs
alienum, & per hoc minus eſſe in bonis, vt ff. de iure dotium. leg.
mulier bona. hæc tamen ſecundum fictionem dicuntur, vt ff. de
fidei. l. mortuo. & facit ff. de verborum ſignificationibus. l. Prin-
ceps bona. & l. nominis, & rei. Item territorium fungitur vice
perſonæ, vacante magiſtratu: & eſt in intellectu quaſi poſſeſſio-
nis actiue, & paſſiue, licet re vera non poſſideat, cum ſit res ina-
nimata, & ideo iſta quaſi poſſeſſio eſt potius potentia quam a-
ctus, ſed creato magiſtratu ſtatim incipit eſſe in actu. Ex hoc ap-
paret quod ſi eſſet quæſtio de iuriſdictione, poſſet ampliari iudi-
cium appe. ſicut iudicium principale, & poſſent noua membra
iuriſdictionis in cauſa appellationis ſpecificari: qa ſpecies gene-
ri ſuo coniuncta eſſet intelligitur. Item bona caſtrenſia, & bona
pagancia dicuntur duæ vniuerſitatis, quaſi repræſentantia duas
perſonas, vt no. ff. de teſtamentis milit. leg. ſi certarum, §. Iulia.
b Quæro, nunquid inquiſitor, *b* a cuius ſententia fuit appella-
tum, poſſit ſuam ſententiam iuſtificare per nouas probationes?
Solutio. triplex eſt iuſtitia: ſcilicet perſonæ, cauſæ, & mixta. pri-
ma, & tertia pertinent ad inquiſitorem, ſecunda non. & ideo ni
ſi merita cauſæ tangant merita ſuæ perſonæ, non auditur, qua-
propter non poteſt inducere nouas probationes, quia ex ipſis nõ
iuſtificaret ſe, *ſed ſolum ex his*, quæ geſta ſunt coram ſe, vt not.
ſupr. de appell. l. eos. 1. in *princ. in glo. not.* formam. promotor au
tem inquiſitionis poteſt omnia quæ poteſt accuſator, ratio au-
tem eſt, quia iudex non debet ſe facere aduerſarium principa-
lem, ſed promotor ſic, vt leg. 1. §. incidit. ff. ad Turpill. & not. per
Innocent. extra, de teſti. c. cum clamor. quod nota. Quid de ac-
cuſatore victo, qui omiſerat ſe ſubſcribere ad pœnam talionis;
an poſſit hunc defectum ſupplere in cauſa appellat. cum alias nõ
deberet procedi in cauſa? Reſpondeo ſic; quia reſpicit deciſo-
ria per hanc legem quia tacite inerat, vt no. in l. 2. infr. qui accuſ.
14 non poſſunt. † Or modo venio ad duas principaliſſimas queſtio
nes, prima eſt, vtrum didicitis teſtificatis poſſit ad confirmatio-
nem, *vel infirmationem* eorum in cauſa appellationis fieri no-
uorum teſtium productio, & examinatio? & hæc lex ſecun-
dum omnes Legiſtas communiter determinat iſtam quæſtio-
nem, quod ſic, vt pleniore ſubueniatur veritatis lumine; nam li-
tera ponit comparatiuum, pleniore, quod eſt participatio poſi-
tiui. ergo ſiue pleno, ſiue ſemipleno lumine apparet in prima
cauſa probatum adhuc plenius, vel verius probari poteſt. Nec
obſtat, quod poſt didicita teſtificata, id eſt plene ruminata, & ſci-
c ta. quia *c* ſtatim, quod quis ſcripturam legit, etiam ſi dicat, ſe non
legiſſe niſi vnam virgulam, vt ff. de tranſactio. l. non eſt ferendus
timetur ſubornatio, ideſt, pernicioſa, & calumnioſa teſtium in-
ſtructio; quia ipſa præſumptio eſt perpetua, & infallibilis, tamen
fallit in cauſa reſtitutionis in integ. item fallit ſupr. de teſtibus. le.
ſi. Item fallit in cauſa appellationis, vt hic. Porro iſta præſum-
ptio eſt imaginaria, non neceſſaria. quia (vt experientia docet) te
ſtes ſolennes non poſſunt ſubornari vnde cum diſpoſitio §. quia
vero. in Authen. de teſt. fundet ſe ſuper fictione, & loquatur co-
ram eodem iudice ſimili, non extenditur ad iudicem app. Item
quia appell. eſt alia a prima, non diuerſitate materiæ antiquę, qa
idem eſt fons quæſtionis; ſed diuerſitate iudicij, & diuerſitate
materiæ nouæ, ideſt, iniquitatis ſententiæ, quę interdum poteſt
examinari ſeorſum a principali, vt inf. de accuſatio. l. abſentem.
ff. de arbitris. l. non diſtinguemus, §. cum quidam facit l. penul. ff.
iudi. ſolui. & ideo teſtes habent iterum iurare, licet iurauerint in
cauſa prima, vt eleganter not. hic in gloſſ. finali. Item vt dice-
bam in l. eos, §. 1. ſupra de appellatione in Authentica, de teſtibus
§. quia vero, venit ad correctionem iuris antiqui, vt not. in l. offi
cium, ff. de rei vendica. ſed hæc lex reperitur correcta, ergo huic
legi ſtatur. & iſta eſt veritas deciſa de iure ciuili, ſed de iure cano
d nico diſtinguitur; aut teſtes non ſunt rite recepti, *d* & poſſunt
denuo recipi, quia non videtur factum, quod nulliter eſt factum
vt ff. de condition. & demonſtration. leg. hæc conditio. la prima.
aut teſtes fuerunt rite recepti, & tunc ſubdiſtinguitur; aut ſuper
eodem capitulo. vel directe contrario, quod idem eſt dicere,
quod ſine alia media probatione, & tunc non recipiuntur; aut
ſuper alio cap. quo probato ſequitur indirecte reprobatio atte-
ſtationum, & tunc poteſt; quia capitulum de ſe eſt nouũ capitu
lum, de quo teſtificata non loquuntur, vnde verum eſt dicere
ſuper eo nõ eſſe didicita teſtificata. ita legitur, & no. in clem. 1. de
teſtibus, quia diuerſus modus agendi tunc habet inducere diuer
ſitatem, quando tendit ad diuerſum effectum, c. pia, de excep. in
Nouel. & hæc eſt ipſa veritas de iure canonico, & hoc probatur
tali ratione: nam aut teſtes deponunt idem, & non prodeſt ap-
pellanti; aut directo contrarium, & ſimiliter non prodeſt, niſi
primi teſtes eſſent corrupti, vt extra de probatio. capi. licet cau-
ſam. ſed indirecte bene poſſet probare contrarium. Conſidera,
quod quando iſti teſtes contradictorij probant contrarium per
viſum eiuſdem facti, iſti ſunt directe cõtrarij; ſed quando teſtes
vnius partis non potuerunt videre id, quod alij. exemplum in le.
optimam. infra de contrahend. & committẽd. ſtipulatio. vt ſi vi-
deo te hodie Capuæ, per rerum naturam ſequitur, quod tu non
es Romæ; non tamen oculus meus videt te non eſſe Romæ, qa
e non ſum Romæ. iſta eſt probatio indirecta, *e* quæ procedit argu
mentando per rationem intellectus; ſed ſi locus eſſet arctus, vt
f vehiculum, & ego dicerem, quod vulnerauit *f* in antenna, cum
viderim puppim, & antennam, vt not. Cynus in l. 2. ſupra de er-
ro. Aduoca. illi, qui vellent me reprobare, dicendo quod vide-
runt in puppi, non in antenna, eſſent directe cõtrarij; quia per vi-
ſum eiuſdem obiecti ſibi inuicem contrarium deponunt, quod
15 eſt ſubtile. † Ex quo *g* ſequitur talis concluſio, quod in foro Cæ
g ſaris, debet ſtari Cæſari, ſed in foro clericorum debet ſtari con-
ſtitutionibus eorum, vt not. in c. ſi clericus. extra, de foro cõpe-
tent. quia vbi textus contra tex. ibi cuilibet ſtabo in foro ſuo. præ
terea ius canonicum continet æquitatem, ergo in foro æquita-
tis ſeruetur æquitas, in foro rigoris ſeruetur rigor. ſi aliquis ta-
men vellet cauillari, & arguere ex illo verbo, veritatis lumine. di
ceret, quod vbi eſt timor ſubornationis, ibi ſunt tenebræ potius
h quam lux. dicit Butrig. *h* quod etiam ſuper indirecta probatio-
ne, in eadem inſtantia non admittantur noui teſtes poſt didici-
ta teſtificata in his, in quibus ante potuit quis eſſe inſtructus, vt ſi
vellet reprobare teſtimonium. eo quod teſtis ſit inimicus ſuus,
vel valde amicus producentis, nam potuit primo fieri. Sed in
his, in quibus non potuit eſſe inſtructus, vt quia vult dicere te-
ſtem falſum dixiſſe; tunc poteſt. ſed tu dic, vt dixi; aut indirecte,
& tunc poteſt redarguere, aut directe, & non poteſt, ſcilicet ex-
cipiendo, ſed bene poſſet agendo de falſo, vel accuſando, vt l. 3.
ſupra. ſi ex falſi inſtrum. quia tunc venit per nouam inſtantiam,
16 & ad alium effectum. † Sed ſtatim quæro, ſi publicatæ ſunt
atteſtationes, non tamen lectæ, nec viſę, vtrum ſit præcluſa via
teſtium productioni? Quidam dicunt, quod attenditur ſcien-
tia, quia in ignorante non cadit ſubornatio, hoc nota. per Bern.
extra de teſtibus, c. conſtitutus. & in Spec. de teſtibus. §. ſatis vti-
liter. verſ. quid ſi publicę. & ita conſuluit Bartol. in conſil. quod
incipit, Super inquiſitione, &c. Contrarium tenet Ioannes An-
dr. in c. de teſtibus extra, de teſtibus. Dicas, quod aut publicatio
fuit facta in abſentia, & poteſt producere; aut in pręſentia, & tũc
non. Item dicas, quod ſi publicatio fuiſſet inutiliter facta, etiam
in pręſentia, dummodo non eſſent didicita teſtificata, non no-
ceret. Item ſi dolo Iudicis volentis ſupplantare probationes al-
terius partis. vt notat Ioannes Andr. extra, de teſtibus capitul.
fraternitatem. Item ſi atteſtationes eſſent caſu perditæ, vt nota.
Gulielmus. in l. veluti, ff. de edend. Quid ſi ſint didicita teſti-
ficata

ADDITIONES.

a Sed nunquid. Vide Bar. in l. quod ſi minor, §. ſi ſeruus. ff. de min.
b Inquiſitor. Vide no. Bal. in l. 1. ff. ad Turpil.
c Quia ſtatim. Vide Bald. in contrarium, in authentica, at qui ſemel, ſupra. de pro-
bat.
d Rite recepti. Vide Bart. & Bal. in auth. at qui ſemel, de prob.
e Indirecta. Vide gl. in cle. teſti. de teſtib.
f Vulnerauit. Facit quod no. Bar. in l. teſtium, ſup. de teſti.
g Ex quo. Bartol. ſtat cum canonic. in vtroque & Vide hic Baldum in l. eos, §. 1. ſup.
titul. 1. ſed poſito quod clem. teſtibus, ſit in vtroque forro ſeruanda, eſt dare re-
medium, quod poſſit examinari. de quo per Baldum in l. ampliorem, ſupra ti-
tul. 1.
h Dicit Butr. Vide Barto. & Doct. in auth. at qui ſemel, & ibi Ang. in princ. ſup. de p
batio.

ficata ſuper facto,ſed nõ ſuper qualitate,an ſuper qualitate poſ-
ſint produci teſtes: eſt enim qualitas quædam alteratio ſubiecti,
a & *a* ſine eo eſſe non poteſt,quia eſt quædam adiectio ? Reſpon-
deo,idem teſtes poſſunt addere,noui non. Vel dic, quod noui
deponans de ſubſtantia propter qualitatem, & per hoc appare-
bit eos totum ſcire,& tamen in puncto iuris non probant factũ,
ſed qualitatem. Sed an poterũt produci ſuper præſumptione ac-
cidentis,quæ probatur per locum a communiter accidentibus,
de qua non eſt teſtificatum: & dic quod ſic;quia pertinet ad cau
ſam,& non eſt idem teſtimonium,& vide quod no.in c.fi.in vlt.
b glo.de appellat.in Clemen. Pone, *b* minor reſtitutus eſt poſt di-
dicita teſtificata ad productionem nouorum teſtium, nunquid
reſtituitur maior, qui eadem teſtificata didicit? Videtur quod
17 non,quia † in minore nõ præſumit dolus:in maiore ſic Contra
c rium tenet Spec.*c* in tit.de dilat.§.videndum.verſi.in ſumma.&
dicit,quod reſtituitur reſpectu eorum,quæ minor de nouo pro-
bat per nouos teſtes, & ſic nouum contra nouum ; ſed veteres
non poſſunt infringere,nec reſtitutio minoris ſit maiori damno
ſa.Item ſi nil probat minor, non poteſt aduerſarius fundare te-
ſtes veteres per teſtes nouos. Modo ego quæro, nunquid lex
d noſtra habeat locum,quando appellatur ab interlucutoria:*d* di-
cit Decretalis,ꝙ non:vt in c.appellantis, de appellat.in Clem.&
ratio eſt,quia cauſæ non intentatæ in appellatione,remanent iu
riſdictione Iudicis a quo, vt ſup. de rebus. cred.l.generaliter,§.
ſi iudex. Et hoc verum de allegationibus,quæ in facto conſiſtũt:
e ſed allegationes,*e* quæ conſiſtunt in iure ſcriptio,nõ oportet ex
primere in libello, vt l. ornamentum, ff.de auro, & argen.leg.
f vnum ſcias,*f* ꝙ ſi iudex allegantem non curauit audire, quod ñ
probatum probare poterit,vt ſup.de mino.l.ait Prætor, §. quid
tamen,& eſt ratio,quia ſtetit p Iudicem, vt extra de appellat.c.
interpoſita.Item dictam Clemen.appellanti, intelligo veram,ni
ſi noua exceptio,vel allegatio oriatur ex facto aduerſarij;quia p
talem bene poteſt iuſtificari,& impugnari appellatio ab interlo-
cutoria,argu.ff.de pact.l.tale pactum.§.qui prouocauit,in ratio-
ne ſui, & argum. ff. de condict.fur.l.ſiue manifeſtus. §.tamdiu.
g Item non puto,*g* ꝙ dicta Decretalis habeat locum,quãdo eſt ta
lis interlocutoria,cuius grauamen non poſſit aliter reparari,vt ſi
Iudex interloquutus eſt aliquem torquendum,argum.ſup.eo.l.
ſi quis prouocatione. Et idem ſi appelletur a ſecundo decreto,
vel ab interlocutoria banni: quia eſt eadem finalis ratio, quæ in
18 diffinitiua;& idem in ſimilibus,vt l.illud,ad leg. Aquil. † Extra
h quærit *h* hic Cyn.nunquid in cauſa appellationis habeat locum
reconuentio?Et breuiter indiſtincte dico, quod non coram Iu-
dice ad quem; quia ſuper hoc non eſt delata iuriſdictio ad Iudi-
cem ad quem,cum ſit capitulum omnino nouum, ex veteri nõ
dependens,& de hoc eſt caſus legis noſtræ,præſertim ſi reus ap
pellat.Item ſi actor olim erat voluntarius,nũc neceſſarius ex vi
iniuriæ ſibi illatæ, & hoc etiam probatur;quia, vt eleganter no-
tat Ioan. Monac. in c. 1.de reſcrip.lib.6. etiam appellans poſito,
i quod ſit actor ordinarius,tñ *i* ſuſtinet partes defenſoris; ex quo
ſequitur,quod nõ tenetur reſpondere libello reconuentionis;&
K hoc patet euidenter,quia excommunicatus *K* appellat,quamuis
ſit actor in prima cauſa, & ſic ſuum agere nõ eſt actio,ſed quod
dam defendere ſe ab iniuria Iudicis. Quærit hic Cyn. cui ĩcum.
bat probatio in cauſa appellationis ? Dicas breuiter vno verbo,
ſecundum Cyn. quod ei,qui tenetur iuſtificare,vel impugnare
cauſas cauſæ,vt dixi ſ.de appel.l.hi,qui ad ciuilia,& no.ff.de reg.
iur.l.non videtur data,§.1.Et no.regulam, quæ ponitur ſup.qb.
non obſtat longi temp.præſcri.l.hæreditatis. vincere enim idem
l eſt,quod legibus,vel rationibus ſe reddere potiorẽ.Querit Cy.*l*
procurator produxit inſufficiens mandatum,repulſus appellat,
vtrum poterit iuſtificare appellationem producendo aliud man
datum ſufficiens?Cy.dicit ꝙ ſic,& forte non male;de iure ciuili
tamen tutius eſt tenere contrarium,quia caſus eſt in Clemẽ.ap-
pellanti.quia appellatio ab interlocutoria eſt (vt ita dixerim) ex
19 traordinaria,& ideo † temeritas partis non ſubleuatur remedio
appellationis, quia debet venire inſtructus ad cauſam, & iudex
20 non debet eſſe protector culparum. † Quærit Cy.nunquid *m* il-
m le,qui appellauit,poſſit recedere ab appellatione,inuito appella-
gnitor, licet procedat ex authoritate ſuæ iuriſdictionis, vt ff. de
rei *ven.* l. qui reſtituere, & ideo dicit gl. ordinaria, quod executio
fit ſine cauſæ cognitione, ut no. in l. j. s̄. de iud. caue tibi, quia cū
iudex exeq*uitur*, verū eſt, quod dixi; ſed vbi pronunciat exequē
dum, ſemper requiritur citatio partis, ſecundum Pet. & Cy. hic,
6 & in l. j. s̄. de iur. & fac. igno. † Sed quid dices *h* in executione in-
h ſtrumentorum guarentigiæ? Reſp. non poteſt fieri ſine citatio-
ne, quia nulla ſententia præceſſit: vnde ex quo nunquam fuit de
cauſa cognitum, neceſſe eſt a citatione incipere, vt Inſt. de pœna
i teme. liti. §. fi. Ex his apparet vtrum propter *i* omiſſam citatio-
7 nem poſſit appellari, vel non. † Scias tamen, quod ſi executio ſit
iniuſta, vbi non interuenit citatio, ſtatim reuocabitur, vt no. ff. de
bo. poſſ. l. 4. §. ſi cauſa cognita. & l. minor, in princ. ff. de euic. Item
ſcias, quod in appe. a diffinitiua non agitur de cognoſcendo, ſed
de cognito exequendo: & ita dicit Ioa. Mon. in cap. Romana, de
app. lib. 6. Si dixiſſet in appellatio. ab executione, melius fuiſet
8 locutus. † Sed nunquid exceptio nullitatis ſuſpendit executio-
nem? Dic ꝙ ſi eſt liquida, nullitas non ſuſpendit, ſed ſtatim peri-
K mit. Idem ſi incontinenti *K* liquidetur: ſed ſi eſt omnino dubia,
nec ſuſpendit, nec perimit, vt l. vltim. s̄. de ord. cog. niſi eſſet tale
l factum, quod non poſet reparari, *l* quia tunc non liquida ſu-
m ſpendit, ſecundū Pet. & Cyn. quod tene menti. Adde, ꝙ ſi tres *m*
ſententiæ conformes ſunt latæ, exceptio nullitatis nunquam im
pedit executionem, ut in ca. ut calumnijs, de re iudica. in Clem.
9 † Item no. *n* ꝙ executor dr̄ excedere modum, ſi aliquid faciat
n dolo, vel lata culpa, vt ff. de euic. l. pignora. Idem ſi pēdet queſtio
pręiudicialis, vt s̄. ſi ex falſ. inſtr. l. fi. & ff. de auth. tut. l. defendente.
No. in hac lege, ꝙ in cauſa executionis nūquam excuſatur quis
a reſtitutione fructuum, propter aliquam cauſam litigandi: quia
eos recepit fraudulenter, & fraudulentus nūquam lucratur fru-
ctus, vt in c. commiſſa, §. cæterum, de elect. lib. 6. Vlterius not. ꝙ
res mobilis pendente appel. ab executione ſequeſtratur, facit ff.
vt in poſſ. leg. l. poſtquam, §. 1. & ff. de dolo. l. ſi oleum. & eſt ſpe-
ciale, qa præſumitur pro excutore, ex quo tranſiuit ſententia in
rem iudicatam. Deinde no. de ſequeſtratione fructuum, & ſic
innouatur aliquid appel. pendente, aut auferatur appellanti mate
o ria delinquendi, ff. de app. l. Imperatores. Et ſcias, *o* quod quādo
appellatur ab executione, debet appellari appoſita cauſa certa,
& ſpecificata, ſecundum Ia. de Rauen. quod eſt no. nam forte a-
liquis diceret ꝯrium, quaſi ſit de membris diffinitiuæ, & ei ſimi-
lis, vt no. in c. peruenit, extra de app. in Nouella. Extra quæritur:
p pone, producitur inſtrumentum *p* ſentētię, & petitur executio,
iudex pronunciauit exequendum; appellatur, quia dr̄, quod nō
fuit oblatus libellus. dicit Spec. quod ſatis eſt loco libelli produ-
ctio ſcripturæ, cum verbali petitione, in Spec. de libel. concep. §.
nunc dicendum. ver. 6. Sed quæritur, quare ſecus in petitione hę
reditatis prolata querela, vt no. ff. de inoff. teſtam. l. qui de inoffi-
cioſo? Reſp. quia petitio hæreditatis eſt alia actio ſuper qua non
fuit lata ſententia, quia nata poſt, vt ibi no. dictum enim Spec. de
bet intelligi, quando ſentētia eſt liquida; alias debet proponi a-
ctio in factum. Ex prædictis apparet, quod a facto. i. ab indiſcre-
ta executione appellatur. Et not. quod ſi iudex non pronunciat
exequendum, appellat tanquam a grauamine, qa appellatur ab
omni facto, ſi vero pronunciat exequēdum, appellat ab ipſa, tāq̃
interlocutoria, & eadē vtrobiq; eſt forma, & ſolemnitas appellā
10 di, vt extra de app. c. cordi. † Item apparet ex prædictis, quod q̄-
dam ſunt exceptiones, quæ poſſunt opponi in executione: nā ſi
non poſſent opponi, non appellaret. & facit ff. de confeſ. l. cum fi-
q deicommiſſum inter has eſt beneficium inuentarij *q* & etiam ſi
ſtatutum diceret, quod hęres teneatur inſolidum: quia intelligi
tur non facto inuentario. Nam ſtatutum trahitur ad ius cōmu-
ne non ſolum quis puniatur indebite, vt ſup. de nox. l. 2. ſed etiā
ne quis ꝑdat legis bn̄ficium, vt ſingulariter not. s̄. de iur. delib. l. fi.
11 §. in computatione. † Quærunt Doct. vtrum *r* iniurioſo executo
r ri poſſit reſiſti de facto? Circa quod dic, ꝙ aut exequitur authori
tate iuriſdōnis, & non pōt reſiſti de facto, niſi talis iniuria nō poſ-
ſit reparari ex poſt facto, ſ᷑m Pe. & Cy. aut ſine authoritate iuriſ-
dictionis, & tunc reſiſti poteſt, vt l. prohibitū, j̃. de iur. fiſc. lib. 10.
12 & no. in l. vt vim, ff. de iuſt. & iure. Quęro vna cum gloſ. aliquis
eſt cōdemnatus, in duabus pœnis corporalibus, appellat ab vna,
ſ nunqd alia differat? dicit Iac. But. aut ꝓ eodem delicto, *ſ* & differ
tur vtraque, argu. s̄. de app. l. ampliore, in princip. aut pro diuerſis
delictis, & tunc refert. aut vna abſorbet aliam, aut non, primo
caſu,

ADDITIONES.

a A. B. Ab executione. Vide Bar. in rub. ſup. de excep. de illo, qui contraxit cum ſacriſta Eccleſiæ, vel cuſtode, quia non obligat Eccleſiam, quia habet diuerſum officiū. vide D. Abb. in c. pen. de fideiuſſ. quod ſi Abbas dedit pecuniam monacho, vt vadat ad ſtudium, poteſt ſe obligare, & contrahere reſpectu ſtudii, extra vero negotia ſtudij non poterit ſe obligare, pondera gl. de hoc in c. cum ordinem, de reſcr. vide quæ ibi dico, & tex. in c. pe. & glo. de offi. deleg. Bart. in l. ne quid, ff. de incen. ru. & alii in c. 1. de reſt. ſpol.

b Diffinitiua. Vide per Rom. in l. ſi finita, §. non autem, & §. ſi forte, ff. de dam. infec. & in l. ab executore, de app.

c Quando dicatur. Vide inf. prox.

d Excedit. Vide Ro. in l. 2. ff. de re iud.

e Nunquid vbicunque. Vide latius per Bart. in l. ab executore, ff. de app.

f Oppo. Vide Bal. in l. 2. ſup. de app. in prin.

g A. B. Quæro nunquid. An in executione ſententiæ requiratur citatio, vide Bald. in l. 1. C. de iur. & fac. ign.

h Sed quid. Facit quod. no. Bal. in leg. ſi quis curialis, in prin. ſup. de epiſ. & cler. & in l. qđ euitandi. in fi. ſu. de cond. ob turp. cau. cum ſi. & quod ipſe no. in l. perēptorias in verſi. ſtatuto cauetur, ſup. ſent. reſcind. non poſ. & per Imo. in l. ab executore, in prin. ff. de. app.

i Vtrum propter. vide Bal. & Doc. in l. ab executore, ff. de app.

K A. B. Si in continenti. No. ꝙ ſi ſunt latæ tres ſententiæ non poteſt opponi exceptio nullitatis, limita vt per Bar. in l. 1. inf. ne lic. in vna, eademq. cau.

l Reparari. Vide Imo. in l. non ſolum, §. morte, ff. de ope. no. nun. cum concor.

m Si tres. Contra tenet Bal. in l. 1. inf. ne lice. in vna eademq. cauſa tertio prouo.

n Item no. vide Spec. in tit. de excu. ſen. §. nunc dicendum, ver. ab executore. cū ſeq. & melius in tit. de app. §. in quib. verſi. quinto. & in c. nouit. extra de app. & Bal. in l. ait Prætor, §. ſi executor, ff. de neg. geſt.

o Et ſcias. Vide Barb. in l. ab executore, ff. de app. & Sp. in locis ſu. all. in prox. addi.

p Producitur inſtrumentum. Quis libellus requiratur in executione ſententiæ, vide Bar. in l. intra, ff. de re iud.

q Inuentarii. Vide per Barb. in l. cum fideicom. ff. de confeſſ. & inf. ea. l. verſi. ſed dubitatur. & Bal. in l. 1. ſup. de iud.

r Vtrum. vide Bal. in l. addictos, ſup. de epiſ. aud. & dixi poſt Bar. in l. 1. ſup. eo. A. B. Quærunt Doct. vtrum furioſo executori poſſit reſiſti de facto, uide quæ notaui ad Bar. in d. l. prohibitum.

ſ Eodem delicto. iſtud fuit dictum Iac. de Are. in l. 1. in fi. ff. nil nouan. app. interpo. all. ad hoc l. etiam, §. ex cauſa, ff. de min.

caſu, aut appellat in maiori, & ſuperſedet in minori, qa minor re
ſpectu executionis ↄfundit in maiori, vel qa per maiorem cām
ſuſpendit minor, aut appellat a minori, & tūc non differt maior.
Si aūt maior pęna non abſorbet minorē, vt quia ex vno crimine
debet perdere bona, ex alio pedē, tunc non differtur executio in
illo, a quo non eſt appellatū, ſm Iac. But. cuius eſt ꝑdicta diſt. ex-
cepto primo membro. Quæro, ſtatuto cauetur, ꝙ inſtr̄a guarēti-
giæ executioni mandentur: fuit pronuntiatum inſtr̄m exequen-
dū, cū tn̄ eſſent oppoſitæ rōnabiles exceptiones, appellatur. vtrū
debeat fieri ſequeſtrum fructuū rei promiſſę? & vr̄ ꝙ non, qa res
eſt in dominio & poſſeſſione debitoris. Alij dicunt ꝙ ſic, & ſi ꝑ-
ſona eſt ſuſpecta: alias non. ſicut quando appellatur à ſentētia, vt
ff. de app. l. Imperatores. dici pōt, ꝙ hic mixtim appellatur ab in-
terlocutoria, & ab executione. & iō indiſtincte fiat ſequeſtrū per
13 hanc no. legem. † Quæro, quid ſi pēdet qō nullitatis? Reſp. cum
hæc qō non ſuſpendat ſententiam, ſed eam in dubiū reuocet, vt
ff. de cond. ind. l. eleganter, §. ſi poſt. & rōne dubij, & ratione ſu-
ſpenſæ ſn̄iæ pronunciati executio differatur, iſta cā nullitatis po
tius aſſimilat appellationi ab executione, q̄ applōni à ſn̄ia: & iō
ſi poſſeſſor appellat, indiſtincte fit ſequeſtratio. Si aūt petitor ap-
pellat, nunq̄: quia ex quo victus eſt, ſn̄ia nullū ꝑſtat adminiculū,
& ideo lex noſtra ſic intelligitur, qn̄ poſſeſſor eſt victus, non qn̄
reportauit victoriā, vt ff. de except. rei iud. l. euidenter. facit s̄. de
14 ord. cog. l. fi. † Vlterius no. *a* ꝙ qn̄ inter petitorem, & reum con
a certatur de poſſeſſione ꝑ parilitatē probōnum, peruenitur ad ſe-
queſtrum. Item ſi ꝑ parilitatem ꝑſumptionum, ad poſſeſſionē,
& multo fortius ſi ꝑſumptiones actoris ꝑponderant; ſecus ſi rei.
Ita debet intelligi, qd̄ notatur 11. q. 1. ca. qui res. & adde quod di-
15 xi in l. 1. s̄. de prohib. ſeq. pec. † Quæro, quomodo cognoſcam ex
ceptiones, quæ poſſunt opponi in executione, ab his, quæ oppo-
ni non poſſunt? Reſpond. omnis exceptio, quæ non minuit obli-
gationem, ſed moderat executionem, poteſt opponi in executio
ne, ſi de ea non fuit prius diſputatum, vt l. ex diuerſo, §. fin. ff. ſol.
mat. Sed dubitatur de beneficio inuentarij. Nam illud obliga-
tionem reſcindit, & reducit ad minorem quantitatem: ergo hæ-
res condemnatus ad integram quantitatem, non poteſt poſtea
excipere. Item hæres conuenitur ex quaſi ſuo contractu, quia in
ſententia quaſi contrahitur, & certum eſt, quod hæres in ꝓprio
ↄtu non hēt beneficium inuentarij, ut no. Doc. in l. quæ dotis, ff.
ſol. ma. In contrarium vr̄, ꝙ iſta ſententia ſuccedit loco oblōnis
primæuæ, & originalis cauſa inſpicitur, arg. ff. de cōſt. pec. l. quod
ſi maritus quod verum puto, niſi antea eſſet ſibi aſſignatus ter-
b minus *b* ad opponendas oēs ſuas exceptiones tam dilatorias, q̄
peremptorias, quam anomalas, quæ quidem anomalæ non in-
cluduntur ſub termino generali, de quibus dixi ſup. de prob. l. ex
ceptionem. Item in executione poteſt oriri omnis exceptio, quę
oritur ex mente pronunciantis, qui non vult modum in execu-
tione excedi, & quia hoc etiam eſt de mente iuris, & hoc deter-
minat lex noſtra cum ſua glo. & ideo verba ſententiæ ponderan
c da *c* ſunt, ſicut verba contractus, vt ff. de fideiuſ. l. fideiuſſores ma
16 giſtratuum, §. Aurelio. † Porro ſcias, quod eſt aliqua perempto-
ria, ſine qua poteſt decidi negotium principale, vt exceptio com
penſationis. extra, de appel. c. ſuper eo. el 1. in Nouella. intellige ſi
non fuit diſcuſſa, vt ff. de neg. geſt. l. ſin autem. Item exceptio, de
qua loquitur in l. vendicantem, ff. de euict. Pone, ſtatuto cauetur
ꝙ ab executione inſtrumenti dotalis non poſſit appellari: certū
eſt, ꝙ oportet probari de matrimonio: ſed nūquid per inſtrumē-
d tum *d* confectum ſuper dote, & non ſuper matrimonio, probe-
tur matrimonium? Reſp. non probatur neceſſario, quia plerun-
que dotes ante matrimonium promittuntur, vt ff. de don. inter
vir. & vxo. l. pen. tamen quia verba Notarij facti relatiua, dicūtur
eſſe verba partium, vt no. ff. de verb. obl. l. ſciendum, dico, quod ſi
e inſtrumentum *e* dicit pro matrimonio contracto, quod præſu-
mitur id verum eſſe, in quo fundatur exiſtentia diſpoſitio. ut l. o-
ptimam, inf. de contrahend. & committend. ſtipulat. facit quod
no. Iac. But. in l. cum aliquis, ſup. de iure deli. Porro cum iſtud in-
ſtrumentum non habeat vim ſententiæ: ſicut nulla præcedente
ſententia, ipſo iure non tenet executio, ff. de re iud. l. ſi cum nul-
la. Ita in inſtrumento non liquido, nec eſt neceſſe appellare, tan
17 quam ab exceſſu moderationis. † Sed nunquid ↄ ſtatutum ab
executione inſtrumentorum poſſit excipi? Dico contra legē ex-
cipi nō poſſ. ſed ↄ executionem ſic, vt no. in l. fi. §. in computatio-
f ne, s̄. de iure delib. ſ. opponendo exceptiones non prohibitas, vt
l. 1. ff. qd̄ vi, aut clam. Quæro, nunquid hęc lex *f* ſit odioſa, quia
pœnam imponit? Rn̄. non, quia principal̄r in ſuo diſpoſito eſt fa
uorabilis, tamen bene fateor, quod eſt quo ad pœnam rigoroſa,
facit quod no. Io. Mon. in c. ſciant. extra, de elect. lib. 6.

ADDITIONES.

a Vlterius no. Vide Bal. in l. fi. ſup. de ord. cog. & in l. 1. ſup. de prohib. ſeq. pecu. hic al-
le. & in l. ordinarij, de rei vend.
b Vlterius no. Propter paritatem probationum deuenitur ad ſequeſtrum: & in ma-
teria ſequeſtri, vide Bar. & Bald. in l. ſi oleum, ff. de dolo. Bald. in l. ſi fideiuſſ. §. fi.
ff. qui ſatiſ. cog. & l. ſi ſeruum quis, §. prætor ait, de acq. hær. tangitur in l. fina. ſup.
de ord. cog. & in c. ex literis, de do. & contum. Io. And. in reg. in generali, & l. inte-
reſſe, ff. de acq. poſſ. uide elegans uerbum Bar. in l. 2. inf. de ero. mili. an lib. 12. & l. li
tib. de agri. & cenſi. lib. 11. & l. ne diutius, eo. ti. & tex. l. ſi pecuniæ, ff. ut in poſ. leg.
quod eſt ſingulare. Et tex. etiam ualde ſing. quem allegauit Ang. in l. de die, §. pla-
ne, ff. qui ſatiſ. cog. & illum etiam allegauit. ff. de dam. inf. l. ſi finita. §. item uidea-
mus. & ibi Do. Io. & quod no. Bar. ff. de priui. cred. in l. creditores, & uide Bar. in l.
defenſionis facultas, inf. de iu. fiſ. lib. 10. de vent. in poſſ. mit. l. 1. in §. eligitur, &
iſta omnia adde ad l. 1. ſup. de prob. ſequeſt. pecu. & an ſequeſter debet habere ſa-
larium, uide tex. in l. fi. inf. de bo. auth. iud. poſſ. & an habere debeat expenſas, ui-
de tex. l. mulier, ff. de capt. & Ang. in l. intereſſe, præalle. & an quis poſſit mittere
cuſtodem tempore uindemiarum, ut videat ne fraudetur in fructib. pro decima,
uel alio, uide quæ notaui in tex. l. 1. §. antepe, ff. de uentre. in poſſ. mitten. ſup. alle.
& ibi notaui uerba Nic. de Neap. quæ ſunt notabilia.
b Aſſignatus terminus. Facit c. paſtoralis, extra de excep. & uide Bart. in l. tertia, ff.
de excep.
c Ponderanda. Vide Bal. in l. 1. ſu. de ſent. & interlo. om. iud.
d A.B. Sed nunquid per inſtrumentum. An per inſtrumentum dotale probetur ma-
trimonium, vide Bal. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.
e Si inſtrumentum. Vide Bal. in l. 2. in fi. ſup. de exc. rei iud. & in cap. naturales, ſi de
feu. fue. contro.
f Nunquid hæc lex. Vide Bal. plene in l. fi. ff. de in ius uoc.

LEX VI.

1 *Appellatio ne teſtamentum aperiatur, interponi non poteſt.*
2 *Statutum iniquum nemo dicere poteſt.*
3 *Sententia in poſſeſſorio retinendæ ferri poteſt.*

1 Quiſquis. † Ne teſtamentum aperiatur, vel ne ſcriptus
hæres in poſſeſſionem mittatur, non appella-
a tur, & punitur tā appellans, q̄ applōni *a* deferens, & rō primi di-
cti eſt, quia apertura teſtamenti deſiderat celeritatē, & qa nemi
b ni ꝑiudicatur. *b* Rō ſecundi eſt, qa eſt poſſeſſorium adipiſcēdæ,
ſm Old. Item qa eſt quoddam notorium atteſtante ſcriptura, vt
s̄. de edic. diui Adr. tol. l. edicto, & dic vt ibi, & hoc uerum, niſi iu
c dex de cā non cognouerit, *c* qa ex iuſta cā pōt appellari, ſm Inn.
2 & Bar. in l. fi. de app. recip. † Eſt, & alius caſus, *d* in quo non ap-
d pellatur, ſ. ſi quis vult dicere ſtatutum iniquum: nam lex ppl̄i ge
neralis ſeruanda eſt, vt ff. de app. reci. l. fi. ſed ſi lex eſſet ſpālis, bn̄
poſſet appellari a ſn̄ia, ſecundum eum lata, vt no. Bar. in d. l. fi. &
intelligitur, etiam ſi uerbis ſit generalis, & in effectu ſingularis
arg. in c. ex parte, extra de off. deleg. quia contra talem legem po
3 teſt opponi doli exceptio. tex. eſt no. in l. 1. ff. de exce. do. † Quæro
e nunquid *e* poſſit ferri ſententia in poſſeſſorio, ſi neutra pars vult
offerre libellum, ſed enſem pro libello? Reſpond. ſic in poſſeſſo-
rio retinendæ, cum vterque dicit ſe in ſolidum poſſidere, vt no.
in Specul. de lib. concep. §. nunc dicendum. verſ. 22. & ff. de lib.
f cau. l. liberis, §. fi. ſecus in alijs *f* poſſeſſorijs, in quib. debet proce-
di ordine iudiciario: niſi in notoria ſpoliatione, vbi non eſt neceſ
g ſario, *g* niſi ſimplex facti propoſitio, vt no. 3. q. 4. c. quia Prælatos.
& in Spec. de noto. cri. §. iam ver. Petr. de Sam.

ADDITIONES.

a Quam appellationi. Vide Bal. in l. 2. in 5. q. ſup. de teſt.
b Præiudicatur. Vide Bal. in c. 1. §. naturales filii, ſi de feu. fue. contro.
c Cognouerit. vide Bal. in l. 1. inf. ſi de momen. poſſ. fue. appe.
d A.B. Eſt, & alius caſus. No. ſi quis vult dicere ſtatutum iniquum, quod non audit,
ſi eſt generale, ſecus ſi eſt ſpeciale. vide Mod. in c. 1. alias in rub. de conſtitu. & an
ualeat ſtatutum ſpeciale, ibi uide Bal. in l. 1. ff. de leg. & gl. fi. de capi. dimi. l. amiſ-
ſiones, §. qui deficiunt. vbi dicit gl. quod ualet ſtatutum in odium unius. an ſit ue-
ra, uide etiam, quod no. in l. 2. inf. quæ ſit long. conſuetu. & l. Anthiochenſium, de
priu. cre. vide Bal. in l. iudicib. ſup. de app. in l. 1. ff. quod quiſq; iur. & l. milites. ſup.
de teſt. mil. & l. 1. ff. eo. Bar. in l. omnes populi, de iuſt. & iu. & uide D. Pe. in cap. ſi
propter, de reſc. in 6. ubi ualet ſtatutum reſpectu unius perſonæ, ſi eſt ſibi fauora-
bile per illum tex. & ſic limita, quod hic dicitur, & uide quæ notaui in tex. d. l. 1.
de doli exce. & uide notabilem tex. in Cle. cupientes, in uer. ſtatuta facientes. vbi
Epiſcopus poteſt facere ſtatuta contra particulares perſonas delinquentes, & quæ
dixi in rub. de conſt.
e Nunquid. Vide quod no. Bald. in l. fin. ſup. de edi. di. Adr. tol. & in l. uis eius, ſup. de
prob. Inn. in c. in præſentia, extra de prob. & per Bal. in l. ordinarii, ſup. de rei vend.
f A.B. Secus in aliis. Facit gl. 1. q. 2. notum. & gl. in c. cum eccleſia, de cau. poſſ.
g Neceſſaria. An in poſſeſſorijs requiratur libellus, uide in c. 1. de lit. conteſta. glo. in
l. momentaneæ, inf. unde ui. & ibi Bar. in l. ſi coloni, inf. de agri. & cenſ. libr. 11. &
Spe. in §. nunc dicendū. hic all. uer. 25. & Bar. in l. momentaneæ, ſup. qui leg. perſo.

LEX VII.

1 *Appellatio ab interlocutoria quare non interponatur.*
2 *Accuſator appellare poteſt. ſi iudex non torquendum pronunciat.*
3 *Iudex quando interloquitur aliquem minorem, qui non eſt, appellare poteſt aduerſarius.*
4 *Appellatio ſi ab interlocutoria interponatur, quæ cauſa dicatur probabilis.*

1 Ante ſententię. Ante diffinitiuam nō appellatur.
h. d. † No. ꝙ ideo non appellatur
ab interlocutoria, quia lęſio eſt initiata, non completa, cum poſ-
ſit victus in interlocutoria vincere per diffinitiuam, ſi pro eo fe-
ratur; vel appellare, a diffinitiua, quæ eſt totum continens, ſi fera
tur contra ipſum: ius enim ciuile appellationem ab interlocuto-
ria ideo renouet, quia grauamen reſcindi poteſt, ut no. Io. Mon.
in cap. fin. de appel. libr. 6. Oppo. quod immo appellatur ab inter
locutoria, quæ reſpicit præparationem cauſæ, vt ff. qui ſatiſ. cog.

l. ar-

l.arbitro. Sol.ibi non reuocatur per appłonē, ſed ɔ̃trio. Imperio, quo ordinarius reuocat factū delegati, ſi nō ſit ad eū appellatū, ſiue ſit ad eū appellatum, ſiue ſit deſerta appło:nā hoc nō facit ex iuriſdōne deuoluta, ſed ex propria: vel ibi nō appellatur, quia circa executionē præiudiciū generat. Executio.n. eſſet inanis, ſi fideiuſſores non eſſent ſoluendo, & ſic vtraque ſolutio eſt vera.
a Op.ꝙ *a* imo appellatur ab interlocutoria, vt ff.de app.rec. l.ij.So. ibi tortura continet grauamen irreparabilis afflictionis, & ideo appellat, ne torqueatur: quia vbi per appłonē interponēdā a diffinitiua, non remanet ſaluū in capitulis per ſnīam interlocutoriā deciſis, tunc pōt appellari, vt in lege ɔ̃ria, aut remanet ſaluū ius, & tunc non pōt appellari, vt hic. Iſta eſt ſol.cōis Doct. vt probat in d.c.fin.de app.li.6. Sed hæc ſol. vr̄ falſa: ſi.n. eɔ̃ pronunciat non
2 torquendum accuſator pōt appellare, arg.extra de mutuis pet.c. prudentiam, & tn̄ non imponitur afflictio corporalis, dic ergo, ꝙ ideo appellatur, quia iſte articulus reſpicit merita cauſæ principalis, ad quæ venitur per torturam, & per non torturam impedit examen. Tertio opp.de l.ſi quis prouocatione.s̃.de appell.Sol.ibi appellatur non tanquam ab interlocutoria, ſed tanquam a graui
) læſione, vel eius metu probabili. Quarto op.de min.l. ait Prætor. §.permittitur. Sol. ibi interlocutoria erat lata præter ordinē iuris, quo caſu, indiſtincte pōt appellari: vel ibi ideo, quia continebat legitimationem perſonarum. Alij dicunt, ꝙ ibi Iuriſconſultus ponit quoddam motiuum, non tn̄ determinat, quod poſſit
3 appellari: & hoc tenet Nicol. de Mata. quod not. † Quinto opp. de l.intra vtile, ff.de min. vbi dr̄, ꝙ minor petit reſtōnem in integrum, dicendo ſe minorē, & læſum ſui facilitate, vel dolo aduerſarij: & iudex ex aſpectu forte, uel ſcriptura nataliū, vel teſtib.aliquib. motus, interloquitur, eum minorem eſſe, ex quo aduerſarius dicit ſe læſum quia forte probationes non videbantur ſufficientes, ꝙ appellare pōt.tn̄ Iudex videt appłonem iniuſtam, pronunciat eam iniuſtā, nec vlterius procedit, ſed remittit cauſę cognitionē, & ſnīam ad Iudicē a quo. quod aūt illa eſſet ſnīa interlocutoria, apparet: quia ſi fuiſſet diffinitiua, nunq̃ fieret remiſſio cognitionis ad iudicē a quo. Item apparet alia rōne, quia fertur ſeorſum a principali, & non diffinit negotiū. Solu.ibi interlocutoria ferebatur ſuper meritis cauſæ, quia ferebatur ſuper vno de fundamentis libelli, & ſic erat valde preiudicialis, nimirum ergo ſi appellatur, ſecus aūt in interlocutoria, quæ inferret leue preiudiciū: quia tunc non appellat̄, vt hic. & hæc vera ſol. Sed Iac.But. dicit, ꝙ ibi ante lit. conte.fuit obiectum de minori ætate, & pronunciatum. vnde ibi appellatur tanq̃ ab emergenti, quod ridiculū puto. Nam cum hoc concernat cām ſuſtantialem petitionis, non eſt de hoc pronunciandum ad ingreſſum iudicij ante lit.ɔ̃t. ſuper libello. nec procederet iſta exceptio ad impediēdum libellū introduci, & litem cōteſtari, alias pari rōne poſſet pronunciari de articulo leſionis, quod eſt fatuum ſentire, & eſt opi. Satur-
b nina. *Item* qn̄ aliquid mandatur per interlocutoriam, *b* ꝙ non poſſet plus mandari per diffinitiuā, pōt appellari ſine expreſſione cauſæ, de appe.c. peruenit. *ſ*m Inn. ibi Bar.ɔ̃, ff.de min.l. ait Præ-
4 tor.§.permittitur, vbi vide.† Quæro, qn̄ appellat̄ ab interlocutoria, quæ cā ſit probabilis? Dicit Io.Mon. ꝙ eſt arbitrarium ſi cauſa non eſt expreſſa in iure, vt in c.Romana, de app. lib.6.per Ioā. And.& l.j.ff.ex quib. cau. ma. Quæro, an ab interlocutoria poſſim appellare, antequam feratur. Rn̄.non, quia debeo expectare verbum Iudicis, vel æquipollēs, puta, quia Iudex procedit ad id,
c quod non ſe compatitur cum iure meo, vt no.Io.Mon.*c* in c.nō
d ſolum, de app.li.vj.ibid.ait, ꝙ ſi proponens *d* exceptionem aptam in materia, & in forma, non admittit me paratum probare, ꝙ appło mea ſtatim transferret iuriſdōnē ad iudicem ad quem, tn̄ corā eo non vincam, niſi probem veritatem exceptionis; non.n. plus operatur appło, niſi admiſſionem ad opponendum, & probandum, nec.n. plus tenebitur facere primus Iudex, in cuius locum ſuccedit iudex appłonis, qm̄ in appellatione eſt quædam ſubrogatio, l.cum apud, ff.iud.ſol. Sed ſi reus non obtulit ſe probaturū, non eſt transfuſa tota iuriſdiō, *ſ*m Io.Mō. Quæro de tali qōne, citato debitore meo, & non comparente, feci me mitti in poſſeſſionē bonorum eius: quidam comparet, & dicit reuocandam miſſionem, quia in p̄iudicium eius proceſſi, & Iudex pronunciauit non reuocandam: quæritur an poſſit appellari? Dicit Butr.ꝙ ſic: quia nulla diffinitiua ſperatur inter me, & eum, licet ſperet inter me, & debitorem meum. Tu diſtingue, aut contradictor intentabat ſolam poſſeſſionem, & non appellat: aut proprietatem, vel vtrumque: & tunc appellat, vt j̃.ſi de momē.poſ.l. j.Tandē multas pulchras, & vtiles qōnes vide per me, s̃. de epiſ. au.l. ij. Vltimo extra opp.cuiuslibet interlocutoriæ grauamē p̄t ſine appellatione reparari, vt l.quod iuſſit, ff. de re iud. ergo non poteſt appellari, vt ſup.de app.l. omnem honorem. Sol.quod eſt in mero arbitrio, pronunciantis, non impedit appellationem.
e text.eſt extra, de ap.c.cum ceſſante. Quæro ſi ordinarius *e* committit vnum articulum delegato, & ille male pronunciat, vtrū ab iſta ſnīa appelletur, tanquam ab interlocutoria, an tanquā a diffinitiua? Gl.in d.l.ij.dicit, ꝙ tanquā a diffinitiua, quod falſum eſt, licet enim diffiniat iuriſdictionem pronunciantis, non tamē
f diffinit negocium, & not.iſtum paſſum. ¶ Pone, *f* iudex pronunciat probatum, vel non probatum, vtrum iſta ſit interlocutoria, & vtrum poſſet appellari, & quod tempus datur ad proſequendum? Reſpon. interlocutoria eſt, & appellari poteſt, & datur ad proſequendum annus, vt in diffinitiua: tamen iudex appellationis ex officio ſuo poterit reſtringere moras, & arctare terminos, ne diu proteletur negocium principale, hoc pulchre no.Io. Mon. in c.cupientes, in gloſſ.ut per teſtes, de elect.lib.vj. ¶ Pone, iudex
g *g* ad quem pronunciauit, dicens, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, & pronunciamus appellationem eſſe deſertam, primam ſententiam ſententialiter confirmantes, appellatur ab iſta confirmatione, quæritur quid iuris? Reſpon. verba iudicis
h non poſſunt *h* facere, ut interlocutoria ſit diffinitiua. Et ideo quātum ad primam partem de appellatione deſerta, debet appellari tanquam ab interlocutoria, quātum vero ad ſecundam partem de confirmatione, non expedit appellari, quia ſuperuacue hoc adiūxit. Nam ſi deſerta eſt appellatio, ergo eſt deſerta iuriſdictio. Et ex hoc ſequitur, quod in cauſa appellationis deſertæ, non habet pronunciare bene iudicatum: ex quo ſequitur, quod ad eum non pertinet executio, ad hoc facit quod no.in c. Romana, in fi. de app.lib.vj.in Nouella.

ADDITIONES.

a A.B.Opp.quod No.ꝙ appellatur ab interlocutoria, quando grauamen eſt irreparabile in diffinitiua. Idem dicas, quando eſt difficile reparari. Vide Bar.in l.1.in prin.ff. de app.Bar.in l.id quod pauperibus, ſup.de epiſc. & cler. & uide eundem eleganter loquentem, in l.2.ſup.de epiſc.aud.& l.arbitro, ff.qui ſatiſ.cog.
b Per interlocutoriam. Vide Bal.in l.minoribus, ſup.de his, quib.ut indig.
c Io.Mo.Per c.dilecto, & c.ex parte, ext.de app.
d Si proponens. Vide Bar.in l.3.ff.de appell.recip.
e Si ordinarius. Vide in l.ſi quis, ſup.de reb.cred.in auth.hodie, ſup.de iur.calum.& in l.2.ſup.ſi aduer.rem iud.
f Pone. Facit ꝙ no.Bar.in auth.ſed, & ſi quis, in ver.quæro, an iſta.ſup. de teſtibus.
g Pone, Iudex. Vide Bal.in l.ſi Præſes.ſup.quomodo, & quando iudex.
A.B.Pone Iudex. Tene menti, ſi iudex fert interlocutoriam, & dicit illam eſſe diffinitiuam, erit tamen interlocutoria. vide tex.ſing.l.ſi Præſes.& ibi glo.ff.de pœn.ſecund.Bald.ſup.de iureiu.l.actori.
h Non poſſunt. Vide Bal.l.ſi quis.ſup.de reb.credit. quid de interlocutoria ſuper annotatione bonorum, dic quod appellatur, l.2.& ibi Bal.& Doc.inf.ti.1.

LEX VIII.

1 *Appellationis beneficium denegatur publico debitori.*
2 *Conſtare tunc dicitur, quando quis manifeſte, & aperte conuictus eſt.*
3 *Ciuitas poteſt ſibi ipſi per ſtatutum priuilegium concedere.*

1 Et publicarum. †*a* Si conſtat aliquem fore publicū
a debitorem, ei appellationis benefi-
2 cium denegatur.h.d. Dicitur † autem conſtare, quādo manifeſte, & aperte conuictus eſt, etiam ſi non eſt confeſſus: & in hoc eſt pri-
3 uilegiatus fiſcus, & reſpublica. Sed † nunquid *b* ciuitas poteſt ſibi
b ipſi per ſtatutum concedere priuilegium? Dic quod ſic, quantum ad ſuppoſitos ſuæ iuriſdictioni, vt ff.de priu.cred.l. Antiochenſiū. & ibi gl.ord.no.hoc tamen in prærogatiuis potius, quam in modo procedendi. Vnde valet ſtatutum, quod in cauſis illius ciuitatis, vel municipij, procedatur ſummarie, & de plano, etiam appellatione remota.

ADDITIONES.

a Et publicarum. Ad hanc leg.vide Bal.in l.3.in 4.opp.inf.tit.j.
b Sed nunquid. Vide gl.in c.fi.de hære.in 6.Bar.in l.nec quicquam, §.fi.ff. de off.Procon.& Bal.hic ſequitur ſimpliciter Pet.de Anch.in c. canonum ſtatuta, in ver. hic etiam quæro, de conſt.& uide Bal.in l.prolatam, ſup.de ſent.& inter.om.iu.

Si pendente appellatione mors interuenerit. *Rub.*

¶ Nota, quod quando confiſcatio fit ipſo iure, mors non extinguit pronunciatum, nec impedit pronunciandum, vt l. Caius. ff. ad Silla.& ff.quod quiſque iuris.l.3.§.quod autem.

LEX PRIMA.

1 *Appellationis inſtantia tranſit ad hæredem.*
2 *Appellationis inſtantia ad anomalum ſucceſſorem non tranſit.*

Etiam. ¶ Heredes appellatoris mortui appellatione pendente, in ciuili cauſa coguntur appellatio-
1 nis cauſas reddere, vel ſtare ſententiæ. hoc dicit. ¶ † Not. appellationis inſtantiam tranſire ad hæredem, quinimo ſi non erat inchoata inſtantia, ſed erat ſolummodo appellatum, iſta ap-
2 pellatio tranſit tanquam ius hæreditarium. ¶ † Sed nunquid *a* q̃-
a tum ad tranſitum inſtantiæ intelligitur inſtantia cæpta per citationem? Reſpondeo, ſic, ſi negocium eſt tranſitorium ad hæredem, alias non, vt ff.de fideiuſſo.l. ſi cum hominem, ff. de inf.l. ſeruus.ff.de Præt.ſtipul.l.ij. Fallit in fiſco, nam oportet omnia de nouo inchoari coram procuratore Cæſaris, quia ipſe ſolus eſt iudex congruus inter fiſcum, & priuatum, vt ff.ſolut.matrimon. l.ſi conſtante, §. fina.& ſibi ſoli eſt ſtabilita iuriſdictio. Dicit Petr. quod inſtantia non tranſit ad eum, qui eſt quaſi hæres, vt eſt fiſcus, vt no.ff.de noua.l.nouatio. Item Cy.& male.nam ad filium, qui ſuccedit per authen. bona damnatorum. Item ad eum, cui addi-

ADDITIONES.

a Sed nunquid. Vide Imo.in l.pænales, in prin.ff.ad l.Falc.& Bar.in l.ſi cum hominē & quæ ibi dixi, ff.de fideiuſ.
And.Barb.Sed nunquid. Et vide ibi Bal.& D.Io.qui ſingulariter loquitur.

a addicuntur bona, qui eſt anomalus *a* ſucceſſor no. Inſt.de eo,cui
lib. cauſa bona addicun. tranſit inſtantia iudicij, quia non habet
priuilegium Iudicis.ſecus in fiſco, qui habet Iudicis priuilegium
cauſis inchoatis,& inchoandis,& idem eſſet,ſi quis ingrederetur
b monaſterium, *b* quod a Papa ſimile priuilegium haberet.

ADDITIONES.

a Anomalus.Bal.& Bar.contra,in l.ſi conſtante,§.fi.ff.ſol.mat.
b Monaſterium.Vide Imo.in contrarium,in l.ſi eum,ff.de fideiuſ.& ad iſtum tit.quã do quis pendente appellatione deceſſit, an ſequens in gradu poſſit proſequi, vide Bal.in l.eos,§.ne temere,ſup.de app.

LEX II.

1 *Terminus ſi vero contumaci per ſtatutum ſit aſſignatus ad moram purgandam,intra illum terminum contumax appellare poteſt.*
2 *Appellationis cauſam proſequi non tenetur hæres, quando ab annotatione appellatur.*
3 *Bannitus ex forma ſtatuti ſi non compareat,habetur pro confeſſo: ſi ſua culpa comparere non potuit,an ſtatim habeatur pro confeſſo.*
4 *Bannitus ad querelam proponendam reſtitui non poteſt.*

EIUS QUI. Requiſitus,& annotatus ſi appellauerit,eo mortuo pendente app. bona eius tranſeunt ad hæredes,non ad fiſcum. Trib. modis legitur:vno modo,ꝙ fuit appellatũ ab interlocutoria annotationis bonorum. Scđo mõ, ꝙ fuerit appellatum a diffinitiua lata ſuper crimine ꝑcedente annotatione bonorũ. Tertio mõ, ꝙ fuerit appellatum a ſnĩa lata ſuper crimine,non ꝑcedente annotatione bonorum.Opp.cõtra primã lecturã;quia ab interlocutoria nõ appellat̃,vt ſ̃.tit,j.l. pe. Sol. hic erat talis interlocutoria, q̃ ꝑ ſe ſtabat, & in appłone a diffinitiua non veniebat recognoſcenda, quia concernit verã ꝯtumaciã, & non merita cãæ.Scđo opp. ꝙ contumax non appellat,vt ſ̃.tit.1.l. 1. Sol.ibi loquitur in vero contumace, hic in ficto, vel ibi ſopitũ erat tempus comparitionis, hic autẽ ſecus: quia poterit purgari contumacia intra annum.† Ex hoc no. ꝙ ſi vero contumaci per
1 ſtatutum aſſignat̃ aliquis terminus ad morã purgandã, ꝙ verus contumax intra illum terminũ appellare põt, quod valde no. Ex hoc infert̃, ꝙ verus contumax in prima citatione, qñ eſt iterato citandus,poſſit appellare.Itẽ quod verus cõtumax expectatus de benignitate, in illo ſpatio cõparitionis permiſſæ poteſt appellare. Tertio op.nam aut annotatio fuit ſolẽnis, & ipſo iure non p̃t appellari, vt ſ̃.tit.1.l.fi.aut non fuit ſolẽnis,& ipſo iure non valet,& non eſt neceſſe appellare. Solu.dic, ꝙ fuit ſolemniter annotatus, tñ habebat excuſationem, forte ꝑꝑ infirmitatẽ, vt ſ̃.de re mili.l. ignorare. Ex ꝑdictis conclude, ꝙ a banno, quod eſt interlocutoria,p̃t appellari:tñ ſi non eſt ſolẽniter latum,eſt ipſo iure nullum.
a Et adde,q̃a annotatio non eſt pæna criminis, *a* ſed cõtumaciæ,ſi-
b cut,& bannũ non eſt pæna criminis. Vñ veniẽs ꝑpetuo audit̃ *b* ſuper defenſione criminis,niſi ſtatutũ diceret,ꝙ bannitus habeat̃ ꝓ confeſſo:iõ ſi poſtea capiat, Ptãs non cognoſcet de crimine, ſed pronunciabit eũ puniendũ tali pęna, velut cõfeſſum de crimine, ſm Iac.But. Caueant igit̃ ſibi bãniti ciuitatis Peruſinæ:quia lapſo termino banni,licet non inueniantur ꝑ aliquem officialem ꝯdẽnati, & ſit lapſum longum tp̃s: tñ ſi caperent̃,debent ꝯdemnari, tanquam confeſſi,quia, & ſi inſtantia periret, nõ tñ ꝯfeſſio perit.
2 †Quærit gl. quando appellatur ab annotatione,& ſumus intra annum, vtrum hæres teneat̃ proſequi cãm appłonis, & ſentit gl. ꝙ non,quia extincto principali,extinguit acceſſorium,vt ff.de ſuſp. tut.l.ſi poſt finitam. In text.ibi,annotatus.i.interlocutus annotandus.Incorporatio autem non fit niſi poſt annum, & cum ſit illa
3 mera executio, ab ea nõ appellat, niſi modus excedatur.† Quæ-
c ro,nunq̃d *c* ſi ſtatutũ dictat,ꝙ bannitus,qui non ꝯparet intra octo dies,habeat̃ pro conuicto,& ꝯfeſſo:vtrum,ſi interim certum eſt, ꝙ ſua culpa comparere non p̃t,ſtatim habeat̃ pro ꝯfeſſo, ita ꝙ fiſcus poſſit ſtatim inuadere bona tanq̃ conuicti, & confeſſi? & vr̃ ꝙ ſic,quia de neceſſaria, & contingenti idem eſt quod de ꝑſenti, vt ff. de verbor. obl.l. cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo.& ff.de noua.l.ſi pupillus,§.j.Contrarium verius eſt trib.rõnibus. Primo quia verba legis requirunt tp̃s conſumatum,vt no. in c.vbi periculum,de elec.lib.6.Secundo,quia haberi pro confeſſo eſt pęna a condtione incipiens:quia interlocutoria præcedens non obligat, vnde non incipit a præcedenti obligatione,& ideo expectandum eſt vltimum temporis momentum,vt ff.de verbor. oblig.l.in illa
d ſtipulatione,ſi calendis.Tertio,quia hæc pœna *d* trahit ſecum executionem,& ideo requiritur factum conſummatum vere,nõ autem interpretatiue,vt no.in ca. perpetuæ, de elec.lib.6.in Nouel.
4 †Quæro,ſtatuto cauet̃, *e* quod querelæ bannitorum non audian-
e tur,mõ bannitus ex aliqua iuſta cã petit ſe in integ.reſtitui ꝯ bannum,quod poteſt,vt hic per Cy.& l.j.§.de qua,ff. de poſtu.an repellatur ab hoc beneficio per diſpoſitionem dicti ſtatuti? Reſpõ. non,quia nõ videtur bannitus, qui habet in integrum reſtitutionem,vt ff.de reſti. in integ.l. non videtur, & eſt ſimile in excommunicatione,cuius querela non auditur, niſi contra ipſam excõmunicationem proponatur,vt in c.1.de reſcr.in 6.

ADDITIONES.

a P.D. Criminis. Et ideo non adeo fit, vt bona contumacis fiſco incorporentur, ſed magis vt probentur.vt per Bar.C.de prohi. ſeque. pec.proinde debet cum boni Iudicis fieri diſcretione,vt loco ſup.alleg.& ideo de ſupellectilibus nõ fit ſecundum iſtum in leg.j.ad fi.C.de bonis vacan.lib.10.& uide eundem in leg.fina.C.de edi. diui Adr.toll.uer.item cum contẽ.Et adde quod Fran. Are.dicit eam eſſe ſequeſtrationi hærẽt,vel primo decreto.in leg.ex facto,de vul.& pup.in ſecundo autem caſu.Qualiter autem ac quando fiat,quod de vi,atque effectu,vide in Spe.tit.de acc. §.ſequitur videre,ver.1.
b Perpetuo auditur. Vide Bal.in l.j. ſup. de poſt.itẽ poteſt petere ſe ex cauſa reſtitui ſecundum iſtum hic,in fin.
c Nunquid. Vide Bar.in l.cum ſtipulatus,hic alle.
d And.Barb. Hæc pœna. No.vbi apponĩt pœna,ipſo facto requirit̃ factum conſummatum. vide Bal.in l.ſi quis nõ dicam rapere,ſup.de Epiſ.& cler.& quod ipſe no.in l.ſi fugitiuum,ſup.de ſer.fug.& in c.j.§.furtum,de pa.iura.fir.
e Statuto cauetur. Quod bannitus poſſit petere ex cauſa reſtitui, tenet Bal. in leg. j. in fin.inf.de requi.reis.& Bar.hic ſequitur Ro.in leg.3. §.ſi ſeruus,ff.de acqui.poſ.

LEX III.

1 *Bonorum confiſcatio venit in tribus caſibus.*
2 *Tacitum quid ſit.*
3 *Appellatio an ſufficiat vna ſi lata ſit ſententia ſuper principali & expẽſis.*
4 *Deportati bona,an per Iudicem reſeruari poſſint.*
5 *Appellationis pendentia idem operatur,quod ipſa appellatio.*
6 *Anathematizatus iuſte,vel iniuſte,an poſſit decedere teſtatus.*

SI IS, QUI Extincta per mortẽ pœna capitali, appellatione pendente, non extinguitur bonorum confiſcatio expreſſa,ſed tacita ſic.h.d.& eſt ratio, quia in primo caſu ſunt duæ ſnĩæ,& iõ extincta vna remanet altera. Sed in ſecundo caſu eſt vna ſnĩa,licet duæ pęnæ,quarum vna eſt principalis, altera per conſequentiam venit,& ideo abolito principali, acceſſorium eſt ſopitum, & Iudicis cognitione alienum, ac ſubtractum. Conſidera bonorum ademptionem copulatiuam. Pone ſtatutum ex diſpõne legis eſt per, cum, ex diſpõne vero iudicis qñq; eſt per,&:& idem,quod in coniunctione legali,ſed ſi fit per, &,aut cã cognita cã aggrauãdi, & additur in afflictione, aut ſine cauſæ cognitione,& non addit legi,ſed cadit in ꝯñtiam, & ſublato antecedenti,tollitur ꝯñs,aliud eſt ergo copula verbalis principaliter iungens,aliud eſt in ꝯñtiam cadens,vel conſidera,ꝙ tacita ademptio non eſt ſnĩa hoĩs, ſed legis, ſicut damnatus furti non poſſet a ſola infamia appellare,quia ſnĩa hoĩs eſt vna tm̃, & ideo appellatione ab eo interpoſita ſi mors interim ſuperuenit,abſorpta eſt ſnĩa hominis,& per ꝯñs tacita ſnĩa legis, vt l.j.in prin.ff.ad Ter.& l.furti,§.j.ff.de infam.& no.in l.j.& fi. ſupra ſi a
1 non com.iud.† Modo reuoco in dubium, vtrum lex noſtra intelligatur in deportato,vel in damnato in metallum,vel ad mortem naturalem,vbi ſpiritus ſeparatur a carne, vt ff.de don. inter virum,& vx.l.cũ hic ſtatus,§.ſi ambo. Reſp.in iſtis trib. generib. pænarum,cõfiſcatio bonorum venit ex neceſſitate,vt ff.de cap. dimi.l.tutelas, §. ſi libertate, ergo expreſſio iudicis nihil operatur,quia exprimit illud,quod de neceſſitate inerat,& non erat in ptãte iudicis non ineſſe,ar.ff.ſi cer.pet.l. cum quid, & infra de fideiuſ.l.non recte differentia ergo nõ debet fieri inter expreſſum & tacitum, ſed debet fieri inter crimina. Aut enim eſt tale crimen,ex quo irrogatur exilium tale, ex quo exul poteſt bona retinere,vt in relegatione: & tuuc refert,vtrum iudex dicat, relego te cum ademptione bonorum, an dicat relego te, & adimo bona. Primo caſu extincta relegatione, bonorum ademptio eſt extincta. Secundo caſu non,quia modus ſignificandi attributus dictioni cum ab intellectu,eſt ſignificare acceſſorie, vt no.in l.ij. ſup.de ver.ſig.ſed modus ſignificandi dictionis &,eſt ſignificare principaliter & per ſe.vt l.ſi cui, ff. de fun.inſtr. aut eſt tale exiliũ, ex quo neceſſario bona confiſcantur, & tunc indiſtincte extincta pœna principali,quæ cohæret perſonæ, extinguitur acceſſoria, quæ cohæret bonis. non. n. intelligitur iudex aliquid diſponere ſuper bonis, ſed ſolummodo exprimere diſpõnem legalẽ, ſecundũ Per.& Cy.& But.quia non debet iudex plus grauare,q̃ lex grauet:& mens iudicis præſumitur eſſe conformis menti legis,l.& puto,§.j.ff.fam.erciſ.& ff. de iuſt. & iu.l. nã & ipſum. Sed contra eos vr̃ tex.in l.i.ff.eo. Item opi.glo. Item opi. Ber.extra,de cle.coniu.ca.qm̃.& adde quod no.ff.de reg.iur.l.ea ſola.ſed Bar. dicit,aut exprimitur per modum,per quem ineſt,& nihil operatur,aut per modum,per quem non ineſt, & tunc operatur, & in omni delicto aut exprimitur per modum conſequentiæ,aut per modũ per ſe ſtantem,ſeu principaliter,& tunc expreſſio aliquid operatur de per ſe,& idem tenet gl. Dum tu dicis,ineſt de neceſſitate.reſpondeo non eſt verum,quia non ineſt eo modo,quo exprimitur,ita tenet ipſe in l.j.ff.eo. Conſidera, ineſt per legem, & exprimitur per hoĩem,& ſic non ineſt ex diſpõne ipſius diſponẽtis,ſed ex diſpõne diuerſorũ, qua rõne ſi homo prouidet per diuerſam rõnem a prouidentia legis, debet prouidentia hominis aliquid operari,vr̃ aũt homo aggrauare ſnĩam legis diſponendo per coniunctionẽ ſubſtantiuã, & non per coniunctionẽ adiectiuã,quia cum excedit terminos legis, manifeſtũ eſt, ꝙ aggrauat pœnã,vt in §.pęna grauior. & iſta fuit intẽtio Bartolucij de Pratis,q̃ hucuſq; nõ intellexit Bar.dixit.n.ille,ꝙ aut iudex aggrauat pœnã,aut nõ, quẽ ego declaro, q̃a vr̃ aggrauare pęnã vbi ſurgat effectus,qui non ſurgit ex mera legis prouidentia,& per hoc habes intellectum iſtius materiæ. Itẽ tacitum eſt ex generali legis

proui-

prouidentia,ſed expreſſum eſt ex ſpeciali Iudicis ſententia; & ideo
expreſſum ceſſare facit tacitum,niſi incidant in eũdem effectum,
de leg.3.l.heres meus,§.duæ ſtatuæ.Item quandoque virtus taci-
ti antecedit virtutem expreſſi,vt ff.de teſta.tut.l.quæro,§.1.vltra
hoc via eſt brocardica, vtrũ expreſſum operetur plus vel minus,
quam tacitum,an tantundem,& ex prædictis apparet,quod ſi idẽ
per idem,operatur tantundem,vt no.ff.de reg.iu.l.expreſſa nocẽt.
Sed quæro,quid vocas tacitum? Reſpond.illud quod ſine verbo-
rum prolatione hr̃ pro expreſſo:& allegatur ad hoc l.ſi extraneus,
ff.de cond.ob.cau.& male, quia verba ſunt apta comprehendere
vtrumque,vnum caſum ex vi cauſæ finalis dificientis & expreſſe,
qui dabatur pro futuro matrimonio: vnde oritur cõdictio ob cau
ſam:alium ex vi ſtipulationis, & quoties verba ſunt apta compre
hendere vtrumq;nihil intelligitur omiſſum,vt no.Cy.ſm̃ Dy.in
l.ſi.ſup.de poſthu.hæred.inſt.Illud ergo dr̃ tacitum,quod lex ſup-
plet:illud autem,quod nõ ſuppletur,dicitur omiſſum,vt l.ſi cum
3 dotem,in prin.ff.ſol.mat.†quærit hic Cy.ſi lata eſt ſententia ſuper
principali,expenſis,vtrum ſufficiat vna appellatio?& dicit ꝙ non.
Tu diſtingue, aut eſt appellatio generalis, & tunc ſufficit:aut eſt
a ſpecialis,& ſi quidẽ a ſorte,aut a tota ſorte,a & ſufficit, aut a par-
te ſortis,& non ſufficit, niſi appellatus proſequatur partem omiſ-
ſam,vt ſup.de app.l.ampliorem,in prin. aut appellatur ab expenſis
tm̃:& tunc non ſufficit quo ad ſortem,quia diuerſa condemna-
tio eſt, nec ex conſequentia apta eſt parere exceptionem, vt ff.de
4 iureiu.l.ſi actor.† Vltimo quæro,nunquid b deportato Iudex poſ-
b ſit reſeruare bona? Reſpond.gl.or.dicit ꝙ ſic,in l.ſi qua militi, §.j.
ff.ex quib.cau.ma.quam ſing.no.& puto,quod illa glo. dicit verũ
in dñio de iure gentium , ſecus in actionib. perſonalib. quæ ſunt
de iure ciuili : vnde nomina debitorum non poſſunt ei reſeruari
5 propter ſtatus ſui obſtantiam.†Quæro,deportatus c deceſſit intra
c tp̃s appellandi, vtrum ſi idem ac ſi deceſſiſſet appellatione pende-
te? Gl.dicit ꝙ ſic,ff.de app.l.ex iudiciorum,& ideo ſi bona fuerunt
expreſſe adempta, hæres debet appellare : alias non eſt neceſſaria
d appellatio.Sed quidam opponunt d contra gl. quia ſententia tra-
hit ſecum executionem,vt l.qui vltimo,ff.de pœ̃n.quæ poſt mortẽ
non poteſt reuocari ? Rñ. immo ſic ; quia iſta executio non erat
confirmata per lapſum tp̃is appellandi,& ſic pendet eius effectus.
ſic ff.de donat.inter virum & vxor.l.cum hic ſtatus,§.ſiue.& hac
e ratione videretur,quod teſtamentum, e quod interim faceret de-
portatus,vel ad mortem damnatus, contra quem Poteſtas fecit
executionem corporalem,intra 10.dies valet, ſi inſtitutus appel-
lat ratione bonorum:ſecus ſi non appellat.appellabit autem non
nomine defuncti,ſed nomine ſuo pro intereſſe bonorũ quæren-
dorum,& idem videtur ſentire quædam gloſ.ff.de teſta.l. ſi quis.
quam gl.allegat hic Cy.Et hoc eſt vtile ſcire; quia quando Pote-
ſtates terrarum condemnant furem ad mortem, & non faciunt
mentionem de confiſcatione bonorum,faciunt confiſcationem
ſtatim ante 10.dies,quod ſi talis caſus eſt,in quo poterat appella-
ri:quia erant confeſſi, non conuicti, quod eorum teſtamenta va-
lent,nec eſt neceſſe,quod hæredes appellent, quia ex diſpoſitione
legis notorium eſt,quod Iudex eſt executus iniuſte, & notorium
æquiparatur ſententiæ iniuſtitiam declaranti ; & ſic idem opera-
tur,quod ſententia Iudicis ad quem , vt l.emptorem in prin. ff. de
act. emp. Quid vltra? bona eorum non videntur tacite confiſca-
f ta,f quia non eſt publicum crimen,ff.de cond.ob cau.l.pen.& eſt
gl.fi.ſup.qui teſt.fac.poſſ.l.2.Vel dic,vt no. Io. And.in c.quamquã,
de vſu.lib.6.in Nouel. Aduerte, gl.quæ eſt in l.eius,qui.§.1.ff. de
teſt.dicit, quod bona damnatorum hodie non publicantur, nec
tñ hodie poſſunt deportati teſtari duab.rõnib. Prima,quia de iure
veteri inteſtabiles ſunt,nec hoc inuenitur per iura noua correctũ.
Secunda, quia de iure nouiſſimo bona debentur certis perſonis,
non tñ vt hæredib. ſed vt priuilegiatis per ius Authenticorum. Et
ſi dicatur,ꝙ hodie nõ habemus iſtos deportatos? Rñ.ꝙ imo; quia
Reges & Principes bene poſſunt hodie deportare in inſulas,ſi in-
ſulas habent,vt ff.de leg.3.l.1.§.a præfectis.Item loco inſulæ,quia
voluntas legis eſt viua lex , & rerum naturam mutare põt, vnde
ſufficit dicere,deportamus:quia ipſum nomen per ſe eſt publica-
tio omnium bonorum , & ademptio eius gratiarum , vt inf. de
ſen.paſ.l.fi. Item habemus bannitos in ęre , & in perſona, qui ha-
g bentur pro deportatis, g cum in ciuitate eorum nulla iura eis pa-
trocinentur,vt no. Inſti.quib.mod.ius pat.pot.ſol.§. relegati.quia
ſtatuta dicunt,ꝙ ſunt extra protectionem Cõis.quod intelſr tam
quo ad leges cões, quam quo ad municipales, vt ff.de alea. l.j.§.
quod aũt.Item habemus eos,qui in pęnam dãnantur ad mortem
verba enunciatiua,hic diſpoſitiua.quod ſic cognoſcitur. Nam
quoties ſermo eſt de voluntate determinandi , & efficiendi per
actum alterius voluntatis,tunc nõ diſponit,ſed enunciat; qa nõ
profertur diſpoſitiue,ſed enunciatiue,vt in ꝯ̃rio. Sed qñ non re-
18 quiritur actus voluntatis,tunc ponitur diſpoſitiue. ¶ †Quęritur
qualiter primum decretum interponatur ĩ hypothecaria; & vr̃
diſtinguendum:aut agitur contra debitorem aut ꝯ̃ extraneum.
Primo caſu,aut agitur hypothecaria gñalis oĩum bonorum , &
e fit miſſio in omnia bona,& ẽt in nomina *e* debitorum,qa hypothecata ſunt:ita ꝙ hic non ſeruatur ordo l.a diuo Pio.aut agitur
ad certam rem:& tunc ẽt in illam fit miſſio:quia quoties agitur
f ad ſpeciem,&c. Idcirco in illam ſpeciem debet fieri miſſio,*f* qa
ipſa ſpecies eſt idem,quod menſura debiti. Item in¦ alia reſolui,
vel exequi non põt,vt l.2.ff.ſi cer.pet.In contrarium vr̃,ꝙ hypothecaria habet naturam perſonalis, vt no.ff.de pact.l.ſi tibi,§.de
pignore.immo in ipſa perſonali informatur pignoratitia , & ad
traditionem pignoris Prætorij informat̃,vt ſingulariter no. in l.
4.ſ̃.mand.Solu.ſi debitor poſſidet,fit miſſio,vt in reali,ff. de pig.
g l.ſi fundus,§. in venditione. Sed tunc quæritur vſque ad qđ tp̃s
poſſit debitor recuperare poſſeſſionem?Rñ.aut vult recuperare
ſoluẽdo debitum, aut ſatiſdando refectis expenſis. primo caſu
poteſt perpetuo,i.vſq.ad 30.annor.vt no.in l.cũ notiſſimi,§.ſed
ſi quis de præſcri.30.ann.Alij.dñt,ꝙ in infinitum:¦qa dñt,ꝙ iuri
offerendi non pręſcribitur,qa conſiſtit in quadam ꝯdõne,q̃ põt
qñcunq.impleri.Secundo caſu non auditur,niſi vſque ad annũ
ut l.ſi quis emptionis,§.pen.de pręſcrip.30.anno.& extra,vt l.1
te non conteſt.c.quoniam frequenter.Si vero agitur hypohecaria ꝯ̃ extraneum poſſeſſorem,tunc refert,aut poſſeſſor non prætendit hypothecam , & tunc auditur vſq.ad annũ:aut prætendit
poſteriorem hypothecam,ex quã naſcitur ius offerẽdi, & tunc
idem, quod in debitore, ſ. ꝙ aut vult recuperare tenutã ſatiſdã
h do,aut ſoluendo.Sed tunc *h* quæro de tali qõne:miſſus ſum in
poſſeſſionem ex primo decreto in perſonali,comparet debitor
ſm̃ formam iſtius authenticę, ſatiſdando de expẽſis reficiẽdis.
& petit,ꝙ de poſſeſſione recedã:ergo dico, ꝙ de poſſeſſione nõ
debeo recedere,quia habeo hypothecam conuentionalem,cuius reſpectu volo retinere poſſeſſionẽ. Rñ.cedere debeo poſſeſſioni,¦quia non ſum eo nomine miſſus. Vnde non poſſum mihi mutare cãm poſſeſſionis,niſi ex pacto eſſet mihi licitum pro
i pria authoritate poſſidere,vt j̃.de pig.l.3.illud eſt *i* certum,quod
in eadem re poſſum habere pignus prætorium,& conuentiona
K le,vt dixi ſ̃.de iud.l.cum debitoris.¶ Sed pone,*K* imploraui officium Iudicis ex l.edicto,nam gl.ibi ſuper uerbo,diſpoſitione, tenet,ꝙ iſtud eſt offm̃ Iudicis,& Iudex dedit mihi licentiam intrãdi,nunquid potero ingredi ſine publico nuncio in poſſeſſionẽ?
Rñ.ſic ad hoc facit gl.ff.de re iud.l.miles,§.qui iudicati,& ĩ Specu.de primo decreto,§.reſtat.verſi.penul.ubi omnino uide,ſeruatis tamen finib.iuriſdõnis ſuæ,vt no.in d.l.edicto,& l.cũ vnus,
§.ſed is qui,quando realitas iuriſdictionis conſiſtit apud territo
19 rium,ut l.fi.vbi.& apud quos.¶ † Quæro,nunquid ille, *l* q tanq̃
dominus miſſus eſt in poſſeſſionem ex primo decreto,poſſit p̃ſcribere?Rñdeo,non:ſi allego primum decretum tanquam titulum,quia non affert titulum præſcribendi.Item quia reſpicit
nudam poſſeſſionem,uel ſimilis eſt ei,q dicit , nudam poſſeſſionem emo,qui nullo tempore quærit dominium,quia nõ habet
titulum ad hoc ordinatum.de eo autem,qui mittitur ĩ perſonali,non eſt dubium,quia ille nullam poſſeſſionem acquirit,ut ff.
20 de acq.poſſ.l.3.§.genera.ergo non pręſcribit.¶†Quęro,nunqd
m *m* hæc authen.habeat locum in eo,qui mittitur in cauſam iudi-
n cati. Reſpon.non,*n* quia poſt ſententiam non habet locum cautio de iudicio ſiſti,ut ff.de fideiu.& mãdatoribus.l.Grece,§.poſt
litem conte.Si ergo vult recuperare,ſoluat non ſatiſdet.Idcirco
enim miſſus eſt creditor, vt ſibi ſoluatur,non ut lis deciſa refricetur,vt ff.vt in poſſeſ.leg.l.ſi pecuniæ, §.fin. & verba Butrig. in l.is
conſequẽter,§.ſed & cum unus,ff.familię erciſcun.¶ Ex hac litera dicit Iac.de Are.ꝙ ſi aliquis mittatur in poſſeſ.bonorum aduerſarij:quia ceſſat ſoluere quod debet:ꝙ non debet ante diſcedere, quam ei fuerit ſolutum: nec auditur aduerſari⁹ volens reſtituere expenſas,& recuperare tenutã, niſi ſoluat, quod debet.
ſecus in eo,qui mittitur ꝑꝑ contumaciam non reſpondẽtis , &
facit l.2.ff.pro hærede.& de priuil.credit.l.ſi pupillus,§.fin.Butr.
¶ Quæro,nunquid habeat locum miſſio ex primo decreto ĩ hominibus. Reſpondeo,ſic in ſeruo,qui eſt aſinus,vt no.ff. de iure
o deliberan.l.cum aliquis.Sed *o* in liberis,qui ſunt homines peculiares alicuius Baronis,a quibus recipit ficta & cẽſus,dico ꝙ mittitur in poſſeſſionem non hominis,ſed qualitatis eius:ideſt illorum ſeruitiorum, & hoc verum in ſeruitijs, quæ poſſunt delegari,

---

ADDITIONES.

a Sed pone Vide per Bald.in l.qui ante Kalendas,ff.de verb.obl.
b An poſſit.Vide Auth.ſi oẽs.ſu.ſi mi.ſe ab hæ.ab.per Bart.ubi vr̃ tenere contrarium.
& quod in ſimili no.Bar.in l.ſi finita,§.Iulia.in verſi.quærit ẽt gloſſ.ff.de dã.infe.&
Cy.in l.2.in 4.q.ſi ex noxa.cau.ag.& Saly.hic.
c An poſſit.Facit l.Fulcinius,§.idem. Celſus,§.ex quib.cau.in poſſ.eat.
d Nunquid per hæc Facit quod no.Imo.in l.ſi finita,§.ſi plures,ff.de dam.infe.
e In nomina.Vide glo.& ibi Bald.in fi.l.3.ſu.de procu.dic vt per Barto.in l ſi cõſtante
in prin.In 3.queſt.4.partis , ff.ſol. mat.& per Cyn.hic in 16. quæſt.& gloſſ. in §.ſi
vero.in uerbo , ſecundum menſuram,in authen. de exhiben.re. & illam ibi ſequitur Ang.
f Miſſio.vide in l.Fulcinius,§.idem Celſus.& hic adde Bald.in l.1.§.fi.de acq.poſſ.
g Sed tunc.vide no.per Bar.in l.ſi finita,§.Iulia,ff.de dam.infe.
h Sed tunc.Vide Bar.& alios,in l.3.§.fi.ff.de acq.poſſ.per Bald.in c.1.de mil.vaſ.qui
con.eſt & in add.Spec.in ti.de ſent.verſi.an miſſus.& Saly.hic.
i Illud eſt.vide quæ habentur in l.1.inf.etiam ob chirograph.
K Sed pone.uide quod no.Bal.in l.ſi finita,§.Iul.verſ.quæro qualis.ff.de dam.inf.
l Nunquid ille.uide tex.& ibi no.in l.ſi finita, §.Iulia.ff.de dam.inf. quid in ſecundo
decreto.vide inf.& Imo.in l.ſi finita,§.ſi plures,ff.de dam.inf.
m Nunquid.uide Bal.in l.properandum.§.ſi autem reus,& ibi Bal.ſup.de iud.
Nunquid.vide no.per Bar.in l.ſi prius,in 7.q.4.ff.de no.ope.nun.
n And.Barb.Reſpondeo , non. Qualiter fit miſſio , ſi petatur remedium,l.2.ſu.de reſcin.vend.
o Phi.Dec.Sed.ad hanc quæſtionem,uide per Abb.in ca.ſuborta,de re iud.ubi tradit
qualiter ratione ſuperioritatis miſſio fiat.

gāri,ſecus in alijs,vt ff.de cond.indeb.l.ſi non ſortem,§.libertus
a ¶ Sed nunquid *a* pōt fieri miſſio in regalibus,vt in Marchia,&
Ducatu? Reſpond.non, quia nullo modo obligari, vel alienari
poſſunt,niſi per ſimilem ↄ̄ctum:quia habens Marchiam totā,&
quotam partē alij infeudare pōt, dum tñ æque nobili faciat in-
ueſtituram de tota,vel quota.Sed de rebus pōt īfeudare ſufficiē
ti,licet non ſimili,alias Comes Sabaudiæ non poſſet infeudare,
quia non habet ſimilem,nec Comes virtutum,quod ergo dr̄ de
21 ſimili,intelligitur quando de tota,vel de quota,¶†Sed nūquid
pp debita Comitis fiet miſſio in ipſum Comitatum? Rñ.nō,qa
Cęſaris eſt.ff.de le.j.l.apud Iulia.§.fi.Sed in redditibus ſic,qa iu-
re proprio fructus lucratur,vt ſint proprii,non feudales , arg.de
vſufr.l.defuncta.aut ſubſtantia feudi realis non ambulat per di-
uerſum titulum,ſed pp commoditatis ſic,hæc vera ſunt,niſi ip-
ſe Princeps ſit iudex inter creditores,& Comitem,qa tunc ſi de
ſuo feudo pōt ſatisfacere petentibus,non dēt niſi de fructibus tā
tum vt dixi. ego dico, ꝙ non pōt ſubſtantiam feudi in feudū da
re pp credita,quia ius non vult hoc.In ſumma reſpice regulam
quę dicit,tm̄ vnicuiq.acquiritur,q̄tum ratio iuris permittit,ff.đ
ſtip.ſeruor.l.ſi ſeruus cōis Mæuij,& caſtrenſis pecul.§.fi.& hęc
vera,bene eſt quęſtio de credito.Si autem eſt quæſtio de feudo
ſi quidem in ipſo Rege cognoſcēt optimates Regni,qui habēt
in feudum Regias dignitates,qui vocantur Pares capitanei. qa
ſic intelliguntur iſto caſu pares,cum agitur de regalibus. Sed ſi
inter inferiores eſt quæſtio,cognoſcit Rex,vel ſuum conſilium
ex commiſſione Regis,vt alibi plene no.de hoc ī c.Romana,ad
22 ſi.de appel.lib.6.in Nouel.¶†Quæro , qualiter fiet miſſio in rei
vendicatione intentata ↄ̄ ciuiliter poſſidentem tantum? Reſpō-
deo inducetur miſſus in feudum non corporaliter đtēturus,ſed
b perinde ciuiliter *b* poſſeſſurus,vt not.in l.2.ſup.ubi in rem actio.
¶ Quæro,qualiter fiet miſſio in rei vendicatione, quādo agitur
ↄ̄ eum,cui dñs commodauit? Rñ.in ipſam aſininam detentatio
23 nem,vt ff.de rei vendic.l.officium.¶†Quæro,qualiter fit miſſio
c in vti poſſidetis:*c* non enim pōt mitti in poſſeſſionem rei , quia
plenam poſſeſſionem habet , nec in poſſeſſionem turbationis?
Reſpon.mittitur in poſſeſſionem omnium bonorum latitantis
vt non ante inde diſcedat,quam reus caueat ſe nō moleſtaturū
actorē,donec ipſe reus probauerit,ſibi ius eſſe,īuito aduerſario
poſſidere,vt ff.de ope.no.nun.l.ſi prius.& ibi not. Ibi eſt talis ca-
ſus. Vicinus meus uolebat officere luminib⁹ domus meæ ędiſi
cando in ſuo pariete,agebā ↄ̄ ipſum confeſſoria,qa dicebā,ꝙ do
mus mea non poterat obſcurari pp ſeruitutem altius nō tollē-
di,reus eſt ꝯtumax,q̄ritur de remedijs? Rñd.ꝙ Iudex iubeat cō
tumaci,ꝙ p̄ſtet cautionē de non ædificando , niſi prius ꝓbet ius
ędificandi hr̄e.vnde iſte iuſſus eſt primum decretū, ꝙ īterponit
verbis affirmatiuis,qa iubetur,&executionē hēt negatiuā,quia
non pōt ædificare,& perinde eſt,ac ſi Iudex diceret, nō uis eſſe
reus,quia non vis comparere.ſis ergo actor.Secundo quæritur.
quid eƺ,volebam altius tollere domum meam , uicinus meus
dicebat ſe nunciaturum nouum opus ratione ſeruitutis, deīde
ago negatoria,quæritur quæ erunt partes Iudicis, ſi re⁹ nō vult
comparere? Reſpondetur, ꝙ Iudex debet ei iubere,ne nunciat
nouum opus,& ne vim faciat actori ædificare uolenti,donec đ
ſeruitute ſua probet,quod non poteſt probare,niſi primo inten
tet confeſſoriam , & tunc fiet de reo petitor. hoc dicit l.ſi prius.
24 ¶†Modo quæro, an per iſtam legem *d* miſſio fiet aliqua in poſ-
d ſeſſionem,nam littera non dicit,ꝙ fiat miſſio? Dico , ꝙ iſtud eſt
æquipollens,quia patientia aduerſarij,& poſſeſſio ī ſeruitutib.
ſūt quodammodo vnum,& idem,cum patientia loco traditio-
nis habeat,vt l.3.§.dare,ff.de vſufr.¶ Oppo.qđ fiat miſſio alio
modo,vt l.is cuius,ſi ſer.vend.Solu.ibi in perſonali, hic in reali.
e ¶ No.ꝙ pęna *e* non defendentis eſt trāſlatio poſſeſſionis,& iſtud
eſt verum in reali. Et ſi ante litem conteſtatam, vel quaſi datur
annus ad purgandum contumaciam,l.ſi quis emptionis.§.pe.đ
præſcrip.30.ann.ſed lite conteſtata,vel quaſi,nullum datur tp̄s ,
nec eſt aliud remedium niſi agere,vt plene dixi s̄.quo.& quādo
iud.l.conſentaneum.¶ Quæro de intellectu d.l.is cuius,ff.ſi ſer.
vend.prout intelligitur in reali. Reſpon.dicebam aquæductum
meum eſſe,quem familia tua impediebat,tua uoluntate expreſ
ſa,vel tacita:tu reus comparere nolebas, quæritur de remedio.
Reſpondetur, ꝙ mittar in poſſeſſionem omnium bonorum ex
primo decreto,& non ante diſcedam , quam aquæductū mihi
conſtituas,ideſt patiaris,quia ſeruitus conſtituit̄ quotidie ꝑ pa-
tientiam.&ſubtiliter no.s̄.de vſufr.l.corruptionem.Item dāna,
ſupple pp quæ miſſus ſum,mihi reſarciantur.Et no.ꝙ ideo dixi,
& familia tua impediebat,ad denotandum,ꝙ non eram ī quaſi
poſſeſſione,cum plena mihi turbaretur de facto reo conſentien
te.Porro ſi eſſem in quaſi poſſeſſione,nō oporteret mihi ſeruitu
tem per patientiam conſtitui,ſed conſtitutam aduerſus īquietu
dinem defendi,arg.ff.de arb.l.inter Statilianum.ff.de iureiur.l.3
§.proderit.ibi dum dicit,neve vim patiatur in poſſeſſione,&c.&
iſte etiam eſt bonus ītellectus d.l.is.cuius. & ita intelligit Roffr.
in tit.ſi alicui debetur ſeruitus realis.& in tit.de actione ex ſtipu-
latu interpoſita ab ædificante.& Do. Ray. in verſi.ꝯſtituiſſe.ſub-
25 audit poſt annum,ſecundum Roffr.¶†No.ergo pp contuma-
ciam ſernitutis non conſtitutæ,fieri miſſionem in aliena bona:
vel ſi petebam conſtitui ſeruitutem aquęductu, reus abſentauit
ſe,ne lis conteſtaretur ſecum:datur mihi remedium,qui cā ſum
matim cognita mittor in poſſeſſionem olim omnium bonorū.
hoc primo. Sed quæritur , qñ de dicta poſſeſſione debeā diſcere
Rñdetur,qñ ius aquæductus erit mihi conſtitutum, & reſarcita
damna tempore, quo tu , vel familia tua , de voluntate tua non
fuiſti paſſus me aquam ducere:vnde forte mea prata , vel arbo-
res fuerunt deſiccatæ.h. d. ¶ Not.ergo ,propter contumaciam
ſeruitutis non ꝯſtitutę fieri miſſionem in omnia bona.Secundo
no.non recedi de poſſeſſione,niſi ſeruitus ꝯſtituatur. Item & ni
ſi damna reſarciantur.Dubitatur ergo,qūo intelligantur illa ver
ba,& non ante diſcedere,q̄ reus ius aquęducendę ꝯſtituiſſet. đt
Roffr.ꝙ illud eſt verum poſt annum:ſed iſtud eſt nihil,qa hic a-
gebatur ꝑſonali.dictū aūt Roffr.poſſet eſſe verū,cum ageret̄ rea
li:ſed gl.antiqua Nicolai Furioſi ſuper ver. ꝯſtituiſſet. ſupplebat
vel ſatiſdaret de iudicio ſiſti.vel hoc iō dr̄,quia per dolum ſe ab-
ſentauerat.vel dic(dicit ipſe)ꝯſtituiſſet,& donec probet non cō-
ſtitutam:hoc.n.ipſo,ꝙ ſe abſentauit ꝯſtituit,i.pręſumitur ꝯſtitu-
ta.prima verior. Vel dic ſm̄ nouum ītellectum,ꝙ ſicut Iudex a-
liqñ ꝯſtituit ius pignoris Prætoris, ita pōt cōſtituere aquęductū
Prætorium,& nihilominus mittere in poſſeſſionem aliorum bo
norum,& ſi reus non negat ſeruitutem deberi, hēt locum textu.
quia debet vſumfructum ꝯſtituere.Si aūt negat.hēt locum ſatiſ-
datio,vt in auth.noſtra.iſte aūt aquęductus Prætorius, hēt natu-
ram ſimplicis miſſionis ex primo decreto,& interim miſſus pōt
26 vti,& reus tenetur pati.¶† Modo viſo intellu iſtarum duarū le
gū redeo ad propoſitum & quæro, nunquid ſatiſdando de iudi-
cio ſiſti,& refectis expenſis reficiendis,poteſt petere,ꝙ miſſio re
uocetur. Rñ.ſic;niſi Iudex aſſignauerit terminum,intra quē dēt
venire de ſuo iure probaturus,& terminus ſit lapſus,vt s̄.de ing.
f manumiſ.l. diffamari.q terminus cā cognita *f* aſſignatus habet
in iſto poſſeſſorio vim ſecundi decreti.¶ Quæro , qualiter fiat
g miſſio *g* ſi pater dicit filium eſſe in ſua ptāte,& filius negat: & vr̄
ꝙ Iudex ſecularis nō poſſit de iſta cauſa cognoſcere , vt extra de
ord.cog.c.tuam.Specu.dicit,quod immo poteſt recipere proba
tiones,quia immo iſte proceſſus eſt ordinarius.in titu.de pri. de
cre.§.reſtat.ver.quid ſi agatur actione.& eſt notabile dictum, &
h practicabile *h* in palatio in omnibus cauſis ſummarijs, Bar. dicit
ꝙ aut eſt qō facti,aut impedimenti.primo caſu cognoſcit Iudex
ſecularis,puta an Titius deſponſauerit Bertam. Secundocaſu,
puta ſi dicatur matrimonium non tenere , puta pp affinitatem
vel aliud impedimentum, tunc cognoſcit Epiſcopus,ita no. ipſe
in l.

ADDITIONES.

a Sed nunquid.Facit notat Bald.in l.ſi is,qui.§.fi.ff.de pig.

b Ciuiliter.Et quid ſi tantum detinebat,vide Bald.in l.2.ubi in rem actio.

c Vti poſſidetis.vide Bal.in l.1.& Bar.in l.ſi prius,in vlt.q.ff.de ope.no.nun.& quod no.dicit in fi.proximæ q.

d An per iſtam leg.vide Bal.in l.ſi is,cuius,ff.ſi ſeruus vend.ubi loquitur de l.ſi prius, & dum dicit,aquæ,vult forte dicere,aliquæ.vide Bart.in d.l.ſi prius, in 8.not. prima part.

e No.ꝙ pœna.vide l.ſi prius,& ibi Bart.ver.circa ſecundum,de ope.no.nunc.& Bal. in uer.quæro an annum.

f Cauſa cognita vide Bar.in l.ſi prius,in 3.q.ff.de ope.no.nun.

g Miſſio.vide Bal.in l.ſi prius,in 7.q.ff.de ope.no.nunc.& quod no.Bar.in l.1.in fi.ſupra de teſt.

h And.Bar.Fiat miſſio.No.mirabile,ꝙ iudex ſecularis poteſt recipere probationes ſuꝑ filiatione.& vide ſup.de Lat.li.tol.l.1.ubi dedi pleniſſime remiſſiones. adde, ꝙ opi.Bar.ſequitur.Fed.de Se.conſ.240.Arch.14.quæſt.4.cap.quid dicam. D. An. in cap.cum ſit generale,de foro comp.alleg.caſum c. ad noſtram,el 2.de iureiu. licet glo.in Cle.diſpendioſam,de uſu.reſpondeat ad illum tex. videlicet,quòd, ibi per Papam fit narratio facti,quia ibi refert iuramentum partis. ſic ex eo non infertur diſpoſitio iuris.Facit ſecundo, quia pro extorſione bonorum,ubi non particulariter agitur de peccato.poteſt recurri ad ſecularem,ut in titul. de fur.ui bonorum, raptorum ſupra de uſu.ſunt extorſiones,alias per extorſionem cuiuſcunque recurritur ad Papam,quod eſſe non debet,vt cap.cauſam,qui fil.ſint legi.quia licet quilibet ratione peccati ſit de foro eccleſiæ,ut c.nouit,de iudi.tamen quo ad pœnam temporalem eſt de foro laici.facit tex.cap. poſt miſerabilem , de uſu.ubi eſt quæſtio facti,& ſecularis ſe impedit.Item ſecularis habet poteſtatem compellere quē ad remittendum iuramentum,quando illicitum extorſi,ut ſing.not.Fede. de Sen. conſi.266.& refertur in cap.primo,de iureiu.& cap. debitores. Item ſecularis punit periurum,23.quæſt.5.c.Rex debet ergo tamen Bal.in l.omnium,ſup. de ſacroſ. eccleſ.& in l.quoties,de iud.tenet,quòd nullo modo poterit,quia eſt cauſa principalis,ut tenet gl.c.cum ſit generale,Lap.in allegationibus ſuis,56.70.alleg.gl.c. ex literis,de iureiu.glo.ca.fi.de iud.tertio alleg.in Cle.1.§.cæterum,de uſur.ubi Papa vult per cenſuram eccl.uſurarios eſſe compellendos ad edendum codices eorum, ut poſſit conſtare uſuraria prauitate,ergo eſt fori eccleſiæ,ſed ipſe idem hoc limitat in alle.55.niſi uſura ſumatur pro intereſſe,ut eſt quando fideiuſ.compulſus iſtā ſoluere,repetere poteſt,ut no.per gl.c.peruenit,de fideiuſ.Iſta adde ad Bal.& uide Mod.in l.Titia,ſol.matr.

i Practicabile.uide quod no.Bal.in l.Titia,ff.ſol.mat.& expreſſius.in l.2.ſupra de Carbo.edi.in l.1.de confeſ.ſup.& Io.And.in addi.Spec. in ti. qui fil.ſint.leg.1.§. verſi. pone.& Ant.de But in ca.tuam, hic alleg.

a in l.Titia.ff.ſo.ma.Tu coniunge iſtas opi.dicas, *a* ꝙ aut procedi-
tur de plano,puta p̄ confeſſionem,vel ſummariæ, & pōt cogno
27 ſcere iudex ſecularis:aut ordinarie,& tunc Eps.¶ †Vnum no.*b*
b ꝙ vbi ſufficit probare quaſi poſſeſſionē,qō non eſt ſpūalis, & iō
pōt cognoſcere Iudex ſecularis,coram quo mouetur poſſeſſo-
rium.& accedat ꝙ no.in c.diſpendioſam,de iud.ī Cle.Si ergo q̄-
ritur qualr̄ fiat miſſio. Rn̄.in oīb.bonis, non ꝙ poſſit poni ſm̄ de
cretum,ſed vt reus tędio affectus veniat rn̄ſurus.immo plus pu-
to,ꝙ hoc caſu pp̄ ↄtumaciam actoris reus poſſit mitti in poſſeſ-
ſionem bonorum actoris,quia iſtud iudicium eſt duplex, & idē
c dico *c* in vti poſſidetis,& in oīb.duplicib.iudicijs.¶ †Quęro,qua
28 liter fiat miſſio in feudis? *d* Reſpond.aut eſt qō debiti,aut feudi-
d primo caſu pōt fieri ex primo decreto,non ex ſecundo,quia eēt
quædam venditio,vel permutatio,vt ſ̄.de ſent. l. libera.niſi eſſet
feudum,quod ex pacto poſſet vendi,vel ex abuſiua conſuetudi
ne,vt in c.1.de feudo nō hn̄te propriam naturam feudi.& ſic fa
cit plus legis ptās,quam ſnīa,alibi dr̄,ꝙ facit ſnīa, hoc facit legis
ptās,vt no.ff.de fideic.lib.l.cum quaſi.§.ſi plures.¶ Secundo ca-
ſu,*ſiue* vaſallus hēat qōnem cum dn̄o, quo caſu cognoſcūt pa-
e res curie.*e* i.qui ſunt vaſalli per feudum,& iurm̄ fidelitatis.nā il-
li,q non iurant fidelitatem, non intelliguntur eſſe pares, ſiue ſit
f q̄ſtio *f* inter vaſallos,ſiue de poſſeſſione bonorum, ſiue de p̄prie
tate dominus cognoſcit,vt no.in c.Romana,ad fi.de appel.li.6.
in Nouel.niſi quæſtio poſſeſſionis requireret ſeueriorem vltio-
nem,puta legis Iuliæ de vi publica,vel priuata ī vi expulſiua, vel
accuſationis iniuriarum,in ui turbatiua facta malo ordine,vt ff.
de actio.& obl.l.ſeruus.tunc enim quo ad hunc effectū non po-
teſt.cognoſcere dn̄s feudi,quia non poteſt punire,niſi ſecūdum
naturā feudi.vt no.Inn.extra,de iud.c. ceterum, ſed cognoſcet
ordinarius loci,etiam ſi ciuilis incidat in criminali:quia prīcipa
lis cauſa rapit ſecum acceſſoriam,vt ſ̄.de iud. l. quoties & ita ſi
ne alia mutatione teneas de hoc pūcto.fiet ergo miſſio, ſed qua
liter,& per quem,dic vt in c.1.de mil.vaſal.qui cont.eſt,& ſi non
ſufficiunt remedia legum,ille,qui ius habet,poteſt aduerſarium
29 diffidare,& ei guerram licitam facere.textu.eſt not. ¶ † Quæro
g qualr̄ fiet miſſio. in ſeruitutem? *g* Reſpond. vt dicit l.is,cuius.ſi
ſer.vend.v.g.peto aquæductum conſtitui, mittor in poſſeſſionē
omnium bonorum contra eum;qui non facit agēdi ſecum po-
teſtatem, quod eſt interpretatum contra latitantē: lex tn̄ ponit
aliquando iſta,vt diuerſa,vt ff.de fideic.liber. l. Stichum. Et ſi tu
dicis,immo pro menſura debiti declarati? Rn̄.nō tenetur actor
declarare intereſſe,cum ſibi non interſit,tn̄ ſeruitus imponi dēt
vt ff.de ſer.l.ſi fundo.¶ Si autē actor declararet intereſſe, fieret
pro menſura debiti declarati,vt in auth.noſtra.In hac aūt miſſio
ne dēt ſtare actor,& inde non diſcedere,antequam ius aquæ ſit
h conſtitutum.ꝙ intellige,ſi miſſus ſtetit in poſſeſſione *h* p̄ annū,
ſm̄ Roſ.vt ipſe no.in ti.de actione ex ſtipulatu interpoſita ab æ-
dificāte.Vel dic ꝙ verbum,conſtituiſſet, intelr̄ per patientiam:
nam in ſeruitutib.ſufficit patientia, nec oportet ꝙ agenti det ti-
tulum,quia non agitur ad hoc,vt ff.de vſufr.l.3.§.dare.ſed & dā-
na ſiccitatis debēt refund.h.d.l.is cuius.ſm̄ intellectum gl. Alius
intellectus eſt,ꝙ ibi loquitur in confeſſoria, vbi contra latitantē
fit miſſio in omnia bona,& non ante diſcedit miſſus,quam ſer-
uitus cōſtituatur,ſcilicet per patientiam, nam ſeruitus quotidie
conſtituitur.nec enim poteſt tota patientia in inſtanti præſtari,
vt ſubtiliter not.in l.corruptionem.ſ̄.de vſufru.Ideo autem dixi
quod familia prohibeat,ſ.domini voluntate, & quia factum fa-
miliæ meæ,quæ eſt ī poteſtate mea,ex cuius facto obligor, repu
tatur factum meum.Item qa ad me peruenerit,vt oſtendat, ꝙ ſi
cut poſſeſſio ponit reum in rei vendicatione: ita turbatio in con
feſſoria.Item & damna ueniunt,quia ſine aqua prata fiunt ari-
da,ſicut patet in pratis fęnarijs,de quibus in Lombardia percipi
tur ſumma vtilitas.vterque igitur intellectus eſt bonus.¶ Oppo
i nitur *i* de l.ſi prius,ff.de noui ope.nunc.vbi alia forma iubet con
tumaci, ꝙ præſtet cautionem de non ædificando contra præten
ſam ſeruitutem,niſi probauerit ſe ius ędificandi hr̄e.Sol. vtraq.
via eſt bona. Sed quæ pœna eſt iſta: quia oportet probare ſe ius
ędificandi in ſuo habere,cum tam aptitudine iuris, quam iuris
præſumptione, omnia prædia ſint libera per cauſam naturalē
prædiorum, quia ſeruitutes prædiorum ſunt quędam accidētia
quæ non pręſumuntur,vt no.in l.altius,ſ̄.de ſer.& aqua.dicit Io.
quod negans ſeruitutem deberi,probat hoc eo ipſo, quod ali-
quando fuit liberum,ergo & nunc. Alij,quod cum actor iuraue
rit de calumnia,& ſemiplene probauerit, non p̄ſumitur prædiū
30 liberum,vt ff.ad exhibend.leg.theſaurus. † Aliqualis enim pro-
batio requiritur plus in reali,quam in perſonali, propter maius
præiudicium ſecūdum quoſdam, quorum opinio recitatur ex
tra,vt li.non conte.c.quoniam frequenter. Item iſte contumax
debebit probare prædium ad ſe pertinere, ego dico, ꝙ non præ-
ſumitur liberum, niſi agatur negatoria, quia factus eſt de reo
actor.& tēpore,quo diſputabitur de iſta præſumptione,vtriuſq.
partis iura diſcutientur:vnde iſta præſumptio cum reſpiciat p̄-
bationes,debet allegari ordinato iudicio negatorio, nam ante
non patrocinatur.Sed quare de reo efficitur actor? Rn̄. quia iu-
dex tacite decernit ita, ex quo non uis eſſe defenſor, ſis actor.
K Quæro, quibus remedijs compelletur *K* cauere? Rn̄deo, vt l.1.
31 §.quid ergo. de ven.inſpi. † Quæro, an intra annum poſſit pur-
l gari *l* contumacia ſatiſdando de expenſis, & damna reficiendo?
Rn̄.ſic,ſm̄ Rofr.vt ipſe no.in ti.ſi alicui debeatur ſeruitus realis.
m Quæro,nunquid *m* ſicut Prætor poteſt conſtituere pignus p̄tc-
rium,ita poſſit conſtituere ſeruitutem prætoriam ex primo de-
creto,quantum ad ſimplicem vſum facti? Reſpond.ſic,ar.l.Ful
cinius,§.fi.ff.ex quibus cauſis in poſ.eat.quæ ſeruitus ſic conſti-
tuta non tribuit ius,& eodem modo reuocatur,ſicut reuocatur
primum decretum.Quæro, nunquid *n* in rei vendicatione poſ-
ſit interponi ſecundum decretum? Gl.dicit ꝙ non.Inn. in c.dile
cto,de verb.ſign.dicit,ꝙ ſic, tu dic, ꝙ non poteſt inteponi ad iu-
dicatiue,ſed poteſt interponi abnegatiue, quia, ſtatuitur reo di-
latio ad docendum de ſuo dn̄io,quo non docente, interloquen
do pronunciabit ipſum de dn̄io non audiendum,& iſta interlo
cutoria erit ſecundum decretum & iſta ſunt ſubtilia, & notabi-
lia.Non ob.ff.de rei vend.l.in ſpēli.vbi reus non cogitur docere
de dn̄o,qa illa rl̄a fallit hoc caſu pp̄ ipſius rei ↄtumaciam,per q̄
de reo efficitur actor, Et ſcias,ꝙ licet actor poſſideat, tn̄ nolens
p̄t pati rei vendicationem,vt nō.ff.de excep.rei iud.l.ſi a te.§.j.&
12 ibi eſt gl.ſolennis.† Modo reuoco in dubiū, qualiter fiat miſſio
o in iurib.*o* incorporalib.& iſta qō diuiditur in duas,quia primo q̄
ritur qualr̄ fiat in iurib. incorporalibus conſtituendis. Secundo
qualiter fiat in iuribus incorporalibus iam conſtitutis.Venio ad
primum,peto mihi conſtitui ſeruitutem. Reſp.aut perſonalem,
& tunc mittar in poſſeſſionem facultatis utendi ipſo iure, ac ſi
conſtitutus eſſet,puta vſufr.quia hęc eſt res petita, quę certa ſpe
cie continetur.Et idem de vſu, quia vtraque iſtarum ſeruitutū
eſt pars dominij,vſusfructus tamen eſt plenior pars,q̄ vſus,vt ff.
de leg.2.l.cum filius,§.dn̄s. aut peto conſtitui ſeruitutem prædia
lem:& tunc nomine prædij,& nō nomine perſone meę mittar
in poſſeſſionem exercitij,ſeu facultatis illius ſeruitutis. Nam li-
cet obligatio mea ſit,& non prędij, tn̄ executio fit in prędio, vt
l.qui aliena,§.fi.ff.de neg.geſt.ecce caſum in l.is cuius,ſi ſer.ven.
Petebam cōſtitui ſeruitutem aquęductus,reus abſentauit ſe, ne
lis poſſet ſecum conteſtari,datur mihi remedium, quia cā ſum
matim cognita mittar in poſſeſſionem oīum bonorum.hoc pri
mo.Sed quæro, qn̄ debeo de dicta poſſeſſione diſcedere? Reſpō
qn̄ ius aquæductus erit mihi ↄſtitutum, & reſarcita damna tp̄is
quo tu vel familia de tua voluntate non fuiſti paſſus me aquam
ducere:vnde forte prata mea,vel arbores fuerunt deſiccata.h.d.
Not.ergo pp̄ contumaciam ſeruitutis non conſtitutæ fieri miſ-
ſionem in aliena bona ſecundo not. non recedi de poſſesſione,
33 niſi ſeruitus cōſtituatur.Item & niſi damna reſarciantur.† Du-
bitatur ergo,qūo intelligantur illa verba, & non ante diſcedere
q̄ reus ius aquæducendæ conſtituiſſet? Dicit Rofr. ꝙ iſtud eſt ve
rum poſt annum: ſed iſtud nihil eſt, quia hic agebatur perſona-
p li,dictum aūt Roſ.poſſet eſſe verū cum ageretur criminali.*p* Sed
gl.antiqua Nic.Furioſi ſuper ver.cōſtituiſſet.ſupplebat,vel ſatiſ-
q daret de iudicio ſiſti.vel hoc nō dicit,qa per dolum *q* abſentaue-
rat.vel dic,ſicut ipſe ↄſtituiſſet, ideſt donec probetur non con-
ſtituta.hoc.n.ipſo, ꝙ ſe abſentauit ↄſtituit,ideſt præſumitur con
ſtituta.prima verior.Vel dic nouum intellectum, ꝙ ſicut iudex
aliquādo conſtituit pignus Prætorium, ita poteſt conſtituere a-
quæductū Prætoriū,& nihilominus mittere in poſſeſſionē alio-
rum

ADDITIONES.

a Et dicas. Vide Bal.in l.quoties,ſup.de iud.
b Vnum no. Vide per aliquos in d.Cle.diſpendioſam,hic alle.
c Idem dico. Vide in l.ſi duo,§.1.ff.vti poſſ.
d In feudis. Vide ſup.ver.ſed nunquid propter debita,& Bar.in l.ſi finita.§. ſi de vec. in 5.q.ff.de dam.inf.
e Pares Curiæ.Qui ſint iſti,uide ſu.uer.ſed nunq.d propter debita,& quis cognoſcat de feu.vide Bal.in l.pen.ſup.ſi a non compe.iudi.& ſup.eod.ver. ſed nunquid propter debita.
f Siue ſit q. Vide in c.1.§.prætcrea.& §.in ſuper.prohi.feu.ali.per Frid.& in ca.1.de contro.feu.apud pa.termin.
g In ſeruitutem. Vide Bal.in l.ſi prius,in 10.oppo.1.par.ff. de oper.no. nunc.& Bald. late infra.
h In poſſeſſione.vide Bal.ſup.in ver.quæro de intellectu.
i Opp.Vide infra.
K Compelletur. Vide Bald.in l.ſi prius,in ſecunda,quæſtio.& ibi gloſſ.ff.de nou. operis.nunc.
l Purgari.vide per Bal.in l.ſi prius,in 9.opp.1.par.ff.de ope.no.nunc.
m Nunquid.vide Bald. in l.ſi finita,§.Iul.de dam.inf.& inf. in antep.col.
n Andr.Barb.Quæro nunquid.De verbo,volo, uide Bald. in l.ſerui electione, de legat.1.
o P.D.Iuribus, Adde hic per Innoc. in capitulo,1.de eo, qui mit.in poſ.cau. rei ſer. & per Specu.in titu.de contu.§.ſecundo,Et per iſtum in l.is,cuius,ſi ſeru.vend.vbi per Bar.
p Incorporalib.vide ſup.qualiter autem fiat in negatoria,vide j.verſ.quæro qualiter fiat miſſio in negatoria.& Bal.hic loquitur in perſonalibus, de uſufr. & uide Bar. in l.ſi prius,in 6.q.ff.de nou.ope.nun.
q Per dolum.vide Imo.in l.ſi prius,in gl.in uer.defenderetur, ff.de ope. no.nunc. & iſtam opinionem uidetur tenere etiam Iac.de Are.ut ſtatim refert Bal.

tum bonorum. Et ſi reus non negat ſeruitutē debere, hēt locū
tex.ꝙ debet vſumfr.conſtituere.Si aūt neget, habet locū ſatiſ-
datio, vt ī auth.noſtra.iſte aūt aquęductus prætorius hēt naturā
ſimplicis miſſionis ex primo decreto,& interim miſſus pōt vti,
& reus tenetur pati. Modo venio ad caſum, qñ ago pro ſerui-
tute intentans confeſſoriam. Et iſta qō diuiditur in duas:nā aut
ego agens ſum in quaſi poſſeſſione, & turbor, aut nullo modo
ſum in quaſi poſſeſſione,& ſic nō turbor,ſed non admittor per
reum poſſidentem ad libertatem.Primo caſu conſiderandum
eſt, quod in confeſſoria officio iudicis debet̄ poſſidenti patien-
tia,vt ff.de ſer.ruſt.præ.li.j.in fi.vnde poteſt dici,ꝙ patiētia ſit res
petita ꝯſecutiue,licet non principaliter:in ipſam aūt fit miſſio ꝑ
iuſſum patiendi,& cautionem non impediendi,donec ꝯ̄ria pſo-
na,i.reus probauerit ſe ius impediendi habere, & iſte iuſſus ē in
terlocutio,& pōt reuocari ꝯ̄rio imperio,& iō vocatur primum
decretum.i.prima interlocutio ī rē ipſam, vt ff.de oper.no.nūc.
l.ſi prius.Caue tibi,iſte non eſt l intelectus,l.ſi prius,ſ.qñ.agēs cō
feſſoria poſſidet quia agens,q̄uis poſſidet,in nullam aliā rē mit
titur, qa eſſet miſſio impertinens iuri intentato, & qa qđ petit,
intus habet,ſed contumax punitur alia via.ſ.per cautionē,& o-
neris probandi translationem,quod intelligit Ia.de Are.ſi reus
e latitat,*a*alias non ſic grauiter puniret̄:ſed ſatiſdando,& expēſas
reficiendo,daretur ei defenſio abſq.eo, ꝙ in onere ꝓbandi, vbi
reus erat prius,nunc eſſet factus actor.alius caſus eſt,qa agēs nō
eſt in poſſeſſione ſeruitutis,& tunc ex primo decreto ponitur in
quaſi eius detentatione,qa ſicut ſe habet detentatio in reb.cor-
poralibus,ſic ſe habet quaſi detentatio in rebus incorporalibus.
hoc tenet Dyn.in d.§.Iul.in 4.q.alle.l.a quo fundus. de dam.īfe.
& ff.ſi ſer.vēd.l.is cuius familia.prout intelligitur in tex.all.vnde
ibi ſuper verſi.agi poſſe.dicit Cy.confeſſoria actione,ſ̄m Odofr.
ſed gl.intelligit perſonali actione.Cy.& ſuper gl.quæ incipit ſu.
de nouo.ibi, Sol.vt ibi dicit, agitur perſonali.Alij dicunt,quod
agitur in ꝯfeſſoria in rem actione:& qa nō ꝯparuit reus,fit miſ-
ſio in poſſeſſionem oīum bonorum, & ꝑmanebit actor in poſ-
ſeſſione;donec ueniat reus,& caueat de non impediēdo,& cō-
ſtituat ſeruitutem non ꝑ ꝯ̄ctum,ſed ꝑ patientiam,& qđ dr̄,ꝙ in
ꝯfeſſoria nō ꝯſtituitur ius,verum eſt ꝑ diffinitiuā ſñiam,ſed hiç
ꝯſtituitur ꝑ interlocutionem ad tp̄s,donec agit̄ negatoria,& ꝓ-
bauerit reus ius non eſſe actori aquæducendæ.Cy.hic autem ꝓ
b bat iuris præſumptione,*b*quia prædia præſumunt̄ libera,niſi ali-
quæ præſumptiones ſint in ꝯ̄rium,vt no.in d.l.ſi prius.Conſide-
c ra,verum eſt.*c*ꝙ prædia in generali ſua natura p̄ſumuntur libe-
ra,ſed non p̄ſumitur,& tenens prædium ſibi dn̄s prædij.Nō ob.
gl.l.ſicuti,§.ſed ſi quæratur,ff.ſi ſeruo ven.quia hic ꝑ ꝯ contuma
ciam aggrauatur onus probandi, vt debeat Iudici dn̄ium ꝓba-
re odio contumaciç. non ſufficit ergo contumaci probare ſibi
negatoriam ꝑ poſſeſſionem, & quaſi,ſed oportet ꝑ alia indicia
probare ſibi negatoriam cōpetere ad hoc, vt non impune Præ-
torem contempſerit ſ̄m legem.Pone,quod hoc dicat, Ego quæ
d ro,*d*quid ſi ille, qui eſt in poſſeſſione ſeruitutis, petit hanc poſ-
ſeſſionem ſibi confirmari,vt l.j.s̄.de Carb.edic.Reſpondeo, cū
hic petitor non habeat hanc commenſurationem tanti cū tan-
to, quia nil petitur præſtari, fiet miſſio ꝯ̄ latitantem,vt olim,in
34 oīa bona,arg.d.l.is cuius.†Quæro,qualiter fiet miſſio in vti poſ-
e ſidetis,*e* cum agens aſſerat ſe poſſidere.Reſpon.fit miſſio ī ean-
dem poſſeſſionem tenendam:tñ diuerſo modo,qa ex nō pacifi
ca in pacificam.vnde reus repellitur ab inquietando,& iubetur
non inquietare,donec probet de iure ſuo, ſ.ſe eſſe potiorem in
poſſesſione,vel agētem non posſidere,vt ff.de aqua quotidiana
f & æſtiua.in l.pen.& intelligitur,ꝙ iſta cautio*f* præſtatur agenti,
præmiſſa ſummaria cognitione de iure agentis, non per ſolum
iur̄m,ſed per probationes ſaltem coniecturales. Nam ī actioni-
bus realib.ſꝑ dēt liquere ſummatim de iure agentis,anteq̄ ī poſ
ſeſſionem mittatur, quia agit de p̄iudicio circa poſſeſſionē, vel
quaſi inferendo,& iō non eſt incōueniēs illud qđ dr̄ in l.ſi prius,
de transl.oneris ꝓbandi.& vnum ſcias,ꝙ in iſtis iurib.īcorpora
g libus,*g* in quib.uenit patientia,ut no.ff del b.leg.l.Aurelius,§.cē
tum.tenetur non ſolum qs pati,ſed ēt de inquietatione eorum,
quos prohibere pōt.tex.eſt no.in d.l.is cuius.& arg.ff.de pact.nō
impoſſibile.Quero, qualr̄ fiat miſſio in negatoria. Rñ.i.aut a-
gens tendit ad remouendum quoddam turbamen qđ fecit ad-
uerſarius nōdum aſſecutus aliquā quaſi poſſeſſionē ſeruitutis.
Debes em̄ ſcire,ꝙ aliud eſt quaſi poſſidere ſeruitutem, qđ non
h pōt fieri niſi per patientiam *h* dn̄i prædi. Aliud eſt turbare,quod
eſt ꝯ̄ oēm patientiam:ſic & vtroq.caſu dn̄s prędij hēt negatoriā
dico ergo,ꝙ ſi agens eſt in poſſeſſione dominationis,& liberta-
tis,fit miſſio per cautionem, & iuſſum,vt l.ſi prius. Si autē eſſet
in poſſeſſione dominandi, non eſt tñ in poſſeſſione libertatis,
non ſtatim, vt deſinat ſeruitus,ſed ut reus tædio affectus ueniat
rñſurus:non enim proprie poſſumus dicere,qđ mittatur in poſ
ſeſſionem ſeruitutis,quia in re ſua non posſidet ſeruitutē.vide:
id,quod apud aduerſarium eſt, uocatur ſeruitus:apud dominū
uocatur libertas,quæ non eſt aliud, quam quędam naturalis di
ſpoſitio prædiorum, quia ſic ſunt diſpoſita, & apte nata, eo qđ
libera ſunt nata,vt no.s̄.de ſeruit.& aqua.l.altius. Ex hoc ſequi-
tur,ꝙ libertas eſt q̄dam naturalis habitudo prædij,ſeruitus autē
eſt accidentalis habitudo, & extrinſeca qualitas prædij, vt ff.de
i verb.ſign.l.quid aliud.Sed hic *i* quęritur,quare negatoria dicitur
competere pro libertate,& confeſſoria pro ſeruitute. Dicit Pla.
ex vi nominis,quia qui agit negatoria,dicit ſeruitutem non de-
beri,qui agit ꝯfeſſoria,dicit ſeruitutem deberi: & cum actiones
denominentur a ꝯclōne libelli,iō ſic vocantur,non autem intel
lexit Pla.de voce,ſed de ſenſu vocis.Conſidera,quia qui defen-
dit libertatem,non aliud ſupponit,niſi quia abnegat ſeruitutem.
Ille autem,qui prætendit ſeruitutem, abnegat libertatē, Quare
ergo vtraque non dr̄ negatoria? Reſpon. quia actiones denomi
nātur ab extremo,in quo ſunt actiue,non in quo ſunt paſſiue,vt
35 l.1.in prin.ff.ſi pars hæred. petat.† Quærunt Docto. qualiter fiat
miſſio in iudicio diuiſorio,in quo mutua relatione hinc inde a-
gi videtur,quia aliter adiudicationes non poſſunt fieri, quia ubi
nulla petitio,ibi nulla adiudicatio,vt ff.de procura.l.ſi defuncto
§.qui ad communia.Reſpon.contra contumacem fit miſſio in
ſuam portionem tenendam,donec ad Iudicem venerit,& ſatiſ-
dederit,& expenſas refuderit, & hoc propter perſonales præſta-
tiones:quia ſi agatur ad perſonales praſtationes,caſus eſt idem,
quod in mera perſonali ſeruatur,vt in l.apud Iulia.ff. quibus ex
cauſis in poſſeſ.ea.Sed ſi agatur ad ipſam diuiſionem,tunc ſi ſo
lus conuentus poſidet,dico ꝙ mittar.in poſſeſſionem partis pro
indiuiſo,ad inſtar realis,vt d.l.ſi quis emptionis,§.pen.Si autem
vterque poſſidet,aut conuentus negat actorem eſſe conſortem,
& tunc dicam in eum transferri onus probationis propter con-
tumaciam,argum.d.l.ſi prius.Sed ſi non negat,immo ſolam di-
uiſionem detractat,tunc dico mulctandum,argum.*Inſti*.de off.
iud.§.pen.& l.1.§.quid ergo. de uentre inſpicien. iſta ſunt verba
Dyn.Sed ego aliter dixi,quia vbi in re petita non poteſt fieri miſ
ſio,quia agens poſſidet,fit miſſio in alia arbitrio boni uiri. & iō
dixi,quod fiet miſſio in portionem contumacis,vel forte in poſ
ſeſſionem pro diuiſo iuxta naturam petitionis.Nam dicere,pro
ut dicit dominus Dy.quod pro indiuiſo,vt in reali,non uidetur
bona ſimilitudo.verum eſt enim, quod quando agitur reali ad
partem pro indiuiſo,fit miſſio pro indiuiſo:ſed in iudicio diuiſo
rio ideo agitur, vt diuidatur, non vt pro indiuiſo poſſideamus
& ſimus in communione,vt no.in l.& puto,§.primo,fam. erci-
ſcun.& in ſumma puto.quod in huiuſmodi caſibus perplexis re
linquatur arbitrio iudicis in quam rē,& quatenus faciat miſſio
nem ex primo decreto,ſicut eſt in arbitrio ſuo,quib.vijs, & mo-
dis ſuam iuriſdictionem defendat,vt l.ſatis.de in ius voc.& l.j.ff.
ſi quis ius di.non obtemp.Illud aduerte, quod vbi Iudex mittit
ex arbitrio,non præcluditur via reo per lapſum anni,ſed locum
habet auth.noſtra tam in reali,quam in perſonali iudicio, vt ſu.
6 de iud.leg.ſancimus. & arg.extra,de conſt.cap.ex literis.† Quæ-
ro,pone,ꝙ ex conceſſione Principis prætendo me habere paſſa-
gium fluminis, vel ex flumine publico diuertendi aquam ad
meum molendinum:vicini contradicunt, ago contra eos offi-
cio iudicis, quod puto,eſſe in rem ſcriptum, quia licet iſtud ius
non ſit ſeruitus,eſt tamen quoddam priuilegium reale, quia ſu-
biectum iſtius eſt ſtatus permanens, & eſt(vt ita dixerim)quod-
dam dominium per ſe,i.mixti imperij. Reſpond. eodem modo
mittar in poſſeſſionem, quo fit miſſio in libertatibus,& ſeruitu-
tibus,vt d.l.ſi prius.& ideo lex illa in materia horum iurium in
corporalium eſt valde peregrina non ſolum dictatu,vt dicit Ro-
fred.ſed & ſingulari ipſius legis difficultate, & vtilitate. Iurium
aūt quædam ſunt incorporalia,nam omnia iura nō ſunt incor-
poralia,cum ea, q̄ prædijs adhęrent,prædalia ſunt, vt ſeruitutes.
quædam corporalia,vt ea quæ conſiſtunt in generibus, ſicut eſt
colligere paſſagium a quibuſdam incorporaliſſimum, vt per
nāles

ADDITIONES.

a Latitat.Vide ſu.prox.q.& quod ibi dixi.& de hoc eſt gl.in l.ſi prius,in verſi. defenderetur,& ibi Pau.de Caſt.ff.de ope.no.nun.
b Præſumptione.Vide Barto.in l.prius,in 2.oppo. tertiæ partis,de operis noui nunciat.
c Verum eſt Adde iſta verba ad not.per Bar.in l.ſi prius,in 2.oppo,tertiæ partis præalleg. licet Docto. ibi maxime Imo. ſentiant contrarium, & uide ibi gloſ.in verb. egiſſent.
d And.Barb.Ego quæro.Bar.in l.3.§.fi.ff.de acq.poſſ.tenet contra dixi in c. quoniā, §.fi.vt lite non cont.
e Vti poſſidetis Vide Bal.ſup.in verſ.quæro,qualiter fit miſſio in vti poſ.
f Iſta cautio.De qua in l.ſi prius,ſup.alleg.vel de quo in iſta auth.
g Incorporalibus.In contrarium videtur facere l.ſi tibi domum,in prin.ff.loc.
h Phil.Dec.Patientiam.Et adde quod etiam huiuſmodi patientia poteſt eſſe violenta,per quam talis quaſi poſſeſſio quæritur, vt no.per Bar.& Alexand.de nou.oper. nuncia.in l.1.§.in operis.per Inno.in c.olim,lo 3.de reſtitut.ſpol.& D.But. in cap. fin.de cauſa poſ.Sed per quot actus quæratur, habes per Abb.in cap.olim, de cauſa poſ. & propr. & not. per eundem in cap.cum eccleſia Sutrina, illo titulo, vbi vide.
i Sed hic.Vide per Bar.in l.ſi prius,in prima oppo. ſecundæ partis,ff. de noui operis nunciat.